DOCTRINALE DE TRIPLICI MORTE,

NATVRALI, CVLPAE, ET GEHENNAE,

REVERENDI PATRIS,
Ac sacræ paginæ professoris Parisiensis,

IOANNIS RAVLINI

ORDINIS CLVNIACENSIS

Opus egregium.


Iam iam diligenti accuratione à Reuerendo Patre Magistro Aegidio Grauatio Roch. Eremitanum expurgatum, Scholijs, ac Indice ornatum.



VENETIIS, Apud Altobellum Salicatium. 1585.
Ad Fortitudinis Insigne.

NOBILI,

AC REVERENDO D. D. IO. BAPTISTAE BOTTANO.



Iacobus Fontana. S. P. D.

SI quà alia ratione, alioue artificio fieri posset: vt nostrorum vis animorum, nostraque in alios propensio, affectusve, quæ nostris animis penitus omnino insita sunt: ostendere ualeremus erga illos, quos interdum accidit vt diligamus, obseruemus, & vereamur, pręterquam, vel scribendi forma, vel litterarum elementis, verborumq; perpolita compositione, certè qualiacũq; sese obtulissent, ea omnino secuti fuissemus: verum quia nec vlla alia melior via, nec vlla aptior ratio inueniri datur, ad nostri animi concepta exprimẽda, præterquàm litterarum suffragia, eisdem vsi sumus, solis enim hominibus concessa fuerunt. Quamquàm etiam nonnullis sunt,

qui idipſum per picturã fieri poſſe aſſerunt, cum tamen, ſi quis rectè conſideret, nihil aliud ab iis, quàm colores, geſtuúmve ſigna elici valeant. Proinde cum nos ſummopere expeteremus, & animum noſtrum erga te, quantum affectus ſit, & quantum nobis tua erga nos beneuolentia ſeſe exhibeat, vireſcitq; magis, ac magis in dies, re ipſa palam faceremus. Cum apud nos duo uolumina imprimenda extarent, quorum alterum Paradiſi Itinerarium vocatur, alterum vero de Inferorum ſtatu nuncupatur: nihil tandem melius nobis viſum eſt, quàm ut ſub tuo nomine in lucem ederentur: ea itaque perbelle impreſſa ad te deſtinauimus, reliquum eſt, vt tu eadem ſuſcipias ea humanitate, quam ſemper erga nos benigne oſtendiſti, ornes, atque, quantum in te eſt, defendas, hoc mihi nihil gratius contingere poterit. Vale.

CONSVLTISSIMO VIRO MAGISTRO IOANNI DE BONY IVRIVM GEMINA SCIENTIA EXCVLTISSIMO DOCTORI.

Necnon Parrhisini Senatus Pręsidi meritissimo equissimo: suus humillimus, ac obseruantissimus Orator R. R. haurire salutem ab eo, qui operatus est salutem in medio terræ.



CONSVEVERVNT præses circumspectissime equissime: res arduas loca inuia & inaccessa studiosè aggressuri viros bonos, industrios, sagaces, rerum agendarum peritos, fortes, magnanimos, Duces sibi pręsidesve preci bus pręmijs, vel honoribus allicere, comparare, aut conciliare. Cuius sententiæ, ac consilij fuit Iethro Cyneus legislatori Moysi, inquiens. Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum (in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiā) qui iudicent populum omni tempore. Hinc Moyses a Thermute Pharaonis filia pręcibus impetratus: Aegyptiorum exercitui dux & princeps constituitur, acceptaq; vrbe Saba (quām Mereoen Cambises appellauit) regali Therbidis connubio honoratur. Obab Madianita promissis obsequijs, & muneribus Israelitic peragrationis per desertum dux illicitur. Gedeon, & Iepte oblata iudicandi potestate Iudaica certamina tractant. Ioseph Patriarca Aegyptiaci imperij secunda sede a Pharaone donatus, prouidè & insigniter septenni fame Aegyptum eripuit. Hinc filijs Israel transnataturis portentuosa maris rubri pericula. Peragituris viam desertam, & inaquosam. Penetraturis incognita Iordanis fluenta, pręfecti sunt Moyses, Aaron, & Iesus naue (quem Hebræi Iosue nominant) duces prudentissimi, atq; sapientissimi. Hinc ortę sunt ille tres politiæ regalis, scilicet Aristocratica, & Thimocratica, quarum quælibet sibi præficit viros bonos, & studiosos, vnum, vel plures. Quæ omnia egregiè, ac prudenter obseruauit, atque ita nobis obseruandum duxit, boni equiq; studiosissimus defunctus patruus (cuius spiritus cęlesti perfruatur gloria, velim) tibi deuotissimus: mihi verò beneficentissimus. Animo siquidem

reuolutãus humanæ naturæ ad malum promptitudinem, atque quamplurimos in via morium errare animaduertens, ne sicut ouis quæ perijt vagaretur post greges sodalium religionis, monasticaque obseruantiæ architypum, diuum Benedictum vitæ suæ, iuxta sanctorum Patrum Cluniacen. sanctiones ducem sibi conciliauit ipso sua ad Basilien. custodem epistola his verbis id asserente. Cum arrideret mihi mundus falleretque plurimum, inter decipiendum videbam plurimorum mortes terribiles, mirabiles, nonnullos quidem doctos, quasi stultos, & idiotas morientes. Alios in tremore maximo, ac si ad patibulum postes existerent. Alios diuitijs refertos quamprimum post mortem sic pauperes, vt omnia (velut in ventum puluis) spargerentur, & tunc, vt verbis vtar Salomonis: Laudaui magis mortuos, quàm viuentes. Inde vt mortuus, & per Deigratiam fractis catenis ferreis quibus detinebat, mortis discipulus efficerer, quæ multos erudit, quamuis tarde. Elongaui fugiens parentes meos distantia, quasi ducentorum octoginta miliariorum, & Parrhisios distantia ferè ducentorum, & in hac solitudine Cluniaca iam nuper mortuus sum. Hæc ille. Præterea circumspecta cælestis ascensus difficultate vijs nostris ducem præficiendum docuit. Docuit enim, vt qui operibus luti, & palearum diuitiarum, scilicet, & honorum in Aegyptiaco Medo a Pharaone, & præfectis operum eius opprimuntur: posthabita Aegypto transfretaturi hoc mare magnum, & spatiosum, vbi reptilia vitiorum quorũ non est numerus itineris ducem (vt Moysen filij Israel) Archimarinum habeant. Moyses enim aquaticus, vel ex aquis assumptus, interprete Hieronymo dicitur, quod Archimarino (iuxta sui nominis æthymologiam) prẹclarè congruit, vtpotè, qui velut aquaticus sæpius mare traijciens sciat enarrare pericula eius, quibus ereptos Iudæos ad pœnitentialis deserti vastitatem prospere traducat. Quamobrem virum generosum Ludouicum de Grauilla Archimarini appellatione dignatum, ab Aegypto in desertum per mare Rubrum nostrisve sanguinibus, idest peccatis rubricatum, itineris ducem, in eo libro qui de pœnitentia dicitur capitali epistola edixit. In quo rubrici maris aquas diuidendas, sistendasque Pharaonem cum curribus, & equitibus aquis obruendum, superbiæ ventos sedendos sirenum illecebras Scyllę, Syrtis, Charybdis, voragines, & id genus deuitanda maritima pericula scite & concinniter explicat. Quibus exceptæ nostræ corporeę naues pœnitentiali deserto fęliciter appellant. Docuit insuper suis quadragesimalibus concionibus, postposita seculari sapientia, spretisq; Aegyptiacis virulentijs, lecto mari Rubro in vastam deserti solitudinem traductis vię antistitem nobis deligendum, vitiorum supplantatorem. Qui (velut Aaron) iniquitates sanctuarij deuoret, vel eas, vt Hirtum emissarium in desertum deportet. Qui inter Dei furorem, & ipsius populi irritantia demerita, medius existat. Qui aquas Marath, insuetarum, scilicet virtutum (immisso Crucis dominicæ ligno) edulcet. Qui verbi diuini nauseam (obiecto veteris nequitiæ fermento) prohibeat. Qui Moabitidarum,

rum, Madianitidarumq́ue cupidinea lenocinia (velut Phinees) ecclesiasticę, vel secularis potentiæ gladio vindicet. Qui Amalechitas Idumæos, & Amorræos indutus armis charitatis, & lorica fidei euertat inimicos omnes crucis Christi per arma iustitiæ virtutis Dei a dextris, & a sinistris prorsus exterminans. Huius prouinciæ partes Iacobo Ambasiano Cluniacę eremi generoso cultori, & principi (directis eidem suis prænominatis quadragesimalibus concionibus) credidit. Cuius virga virtutis, virga inquam sanctitatis, & directionis (velut virga Aaron) monasticam reformationem gloriose germinauit, atque turgentibus gemmis erupit passim flores sanctitatis, & religionis. Porrò traiecto mari Rubro superatisq́; deserti pœnitentialis aspe ritatibus, anxietatibus, et angustijs, reliquum est ad terram promissionis anhelatibus, Iordanem transmeare. Cuius transitus ordinem, & discrimina prę fatus patruus in hoc suo volumine (cui Doctrinale mortis nomen inditur) diffusè explanata reliquit. Quandoquidem Iordanis auctore Hieronymo iudicij riuum signat. Mors verò humidi radicabilis riuus est, quo traiecto, vita (inquiunt Physici) extinguitur, deueniturq́; ad iudicium quo Israelitis populo Dei terrę promissionis possessio: gentibus verò exterminium diffinitiue, & arresto adiudicatur. Hinc sapiens. O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & quæ minoratur viribus, defecto ætate. Hinc mors ęquissime iudicis munere fungiturq́ue nec pręce, nec precio flexa: vnicuique quod suū est tribuit. corpus, s. terræ, animam vero Deo, uel diabolo, dicente sa piente. Puluis reuertatur in terram suam, & spiritus redeat ad eum qui dedit illum. apud quem non est personarum acceptio, nec miseretur pupillo, aut orphano, nec timet potentem, nec ueretur nobilem, nec dimittit diuitem, nec contemnit pauperem, nec parcit sapienti, nec condonat insipienti. Vnde. Mors dominos seruis, & sceptra ligonibus æquat. Dissimiles simili conditione trahens. Et Horatius. Pallida mors equo pulsat pede pauperum tabernas Regumq́; turres. Verum quàm tremendus sit istius Iordanis transitus, verbis insinuat qui dicit. Timor mortis conturbat me. Et sapiens. O mors, quàm ama ra est memoria tua. Et Dominus Iesus effectu demonstrat, qui hunc transitū recogitans cępit tristari, & mœstus esse, ita ut factus sit sudor eius sicut gut tę sanguinis decurrentis in terram. Idcircò transituris, duce prudente, & cir cūspecto conducenter opus est. Atqui reuera sublati sunt e medio Archimari nus ab Aegypto in desertū marinæ traiectionis ducatu insignitus, & Amba sianus deserte religionis antistes præhabitus. Quamobrem consultus dominus quis in tam arduo negotio nobis præsideat præeat ve? Quærite bonum (inquit Amos vaticinio) vt viuatis, & erit Dominus exercituum vobiscum. Vir enim bonus si fuerit (testatur Salomon) non cadet, nec vnus quidem capillus in terram. Quod confitendo admiratur Cœli ianitor Petrus. Et quis est qui vobis noceat, si boni ęmulatores fueritis? Rationem subnectit sapiens. Qui bonus est hauriet gratiam a domino. Ex quibus concludit idem. In

omni opere bono erit abundantia. Quibus idem persuasus Iordanem transiturum quemque hortatur. In bono sit cor tuum. Cui obediens Iesus Sirach sua oratione susurrabat domino. Zelatus sum bonum, & non confundar. Quæ omnia de viro re bono, & prudente (qualem vix reperit vllum. Milibus e cunctis hominum consultus Apollo) dicta nullus potest inficiari. Verumetiam bono nomine nequaquam deroganda docet præallegatus sapiens, qui interrogatus responderet. Curam habe de bono nomine. Cum itaque præses optimè bonus sis re nedum nomine in bonitate tua (velut alter Iosue, qui Saluatorem sonat) doce nos transire Iordanem istum, quo feliciter ad terram lacte doctrinæ, & melle gloriæ manantem perueniamus. Satis enim superq; omnibus manifestum est: quia eduxit Dominus quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuũ tanquam meridiem. Idcircò parauit tibi in iudicio præsidis thronum, vt iudices orbem terræ in æquitate, & populos in veritate tua. cò quòd de vultu tuo iudicium prodeat, & oculi tui videant æquitates: ita, vt cognoscaris Dominus iudicia faciens. Noscunt enim omnes quia æquitas iudicia tua. Verum altiora sunt iudicia Domini dicente Apostolo. O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius? Ad quæ iudicia per mysticum Iordanem mortem, scilicet indubiè transitur. Pro quorum diuinorum iudiciorum quantulacumq; comprehendenda cognitione, & intelligentia. Ecce fructuosæ doctrinæ: Doctrinalisve mortis volumen, tuo nomini, & verè bono dicat, ac deuouet, tui quondam obseruantissimus: mihi quidem pater, & Mecenas munificentissimus, præfatus patruus frater Ioannes Raulin (cuius anima beatorum pace fruatur) Vt hoc suum volumen nũc primum in lucem eductum (velut Iosias repertum ab Helchia fęderis librũ) nedum publicandum mandes, sed etiam (iuxta Ezechielis sententiam) cunctis interiori cibo comedendum imperes, vt quasi mel se præstet in ore dulcedine doctrinę, & exinde pęnarum & horrorum infernalium in eo descriptorum terrore amaricentur ventres legentium. Ne (sicut Ioachim legis librum repudians) ignominiose incidant captiui in manus Nabuchodonosor regis Babylonis. Eia censor circumspectissime, læta fronte, hilari animo suscipe seminum fructus, quos Dominus in defuncto patruo seminauit, quos a suffocatione, & putrefactione ereptos, defuncti patrui nomine, humillimus tibi offero. Quibus sustentatus traiecturis Iordanem (velut alter Iosue) pręsis, tuis æquissimis iudicijs dirigens eos in viam pacis. Vale.

Stupea conculcans macta virtute flagella
Suscipe gratanti xenia parua manu.
Inuidet incinctus spinosa sepe molossus
Deficiet fracta prædula sepe cani.

INDEX RERVM
MEMORABILIVM,
QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR,
Alphabetico ordine diſpoſito.



A

B

Bom

E

F

L

M

Mundi

Q

R

S

T

Termi-

FINIS.




TRACTATVS PRIMVS IOANNIS RAVLINI DOCTORIS EXIMII,

De mortis consideratione.



Duodecim in mortis temporalis consideratione vtilitates. Cap. I.

A *Mortis consideratio ad quid vtilis sit.*



Onsideratio mortis ad duodecim vtilis est. Primò ad benè & vtilè philosophãdum. Vnde Basil. Philosophia est assidua mortis meditatio: per eam enim philosophatur homo de
B mundi sapientia summam esse stultitiã. Sapientia etenim mundi in tribus consistit, Primò in diuitiarum aggregatione, Secundò in deliciarũ procuratione, Tertiò in honorum acquisitione. Contra q̃, tria opponuntur in hominis morte. Contra primum, Nudus ingredietur terram, sicut nudus egressus est de vtero matris, & solum sudarium secum defert. In quo magna fatuitas ostenditur laborantibus ad hæc congreganda quæ cito perdũtur. Contra secundum a vermibus comedetur, & caro sua cibus vermiũ efficietur. Contra tertiũ sub terra ponetur, qui super alios esse voluit. C
Vnde Petrus Alphõsus dicit, quòd cum tumba Alexandri esset aurea, & in propatulo multi philosophi cõuenerunt circa illam, quorũ vnus dixit, Alexander heri ex auro fecit thesaurum; nunc econuerso aurum de eo fecit thesaurum. Alius dixit, heri non sufficiebat ei totus mundus, hodie ei quatuor solæ sufficiunt vlnæ terræ. Alius heri populos multos potuit a morte liberare, hodie nec eius iacula potuit deuitare. Heri terram præmebat, hodie eadẽ præmit ipse. Alius heri gentes eum timebãt, hodie eum vilem reputant. Heri habuit amicos & inimicos, hodie omnes habet
æquales, nec enim amicos, nec inimicos D
habet. In libro enim & doctrina mortis, sæpe legens multa præclara dicere solet.

Ibi enim inuenit grammaticus quid dicat, declinationes.s.& variationes rerū per diuersos casus: quia per mortem omnia declinant, etiā maxima imperia decidunt & variantur. Vnde 2.Reg.14. Oēs morimur, & quasi aquæ in mare dilabimur.i.declinamus. Ibi logicus cognoscit oēs mundi argutias esse sophisticas & vanitates. Ibi videbat mortem opponere vitæ varijs argumentis & difficilibus p varias infirmitates & casus, iuxta illud Eccl.34. Contra vitam mors; ibi animaduertit argumēta mortis esse insolubilia: hæc enim sonant verba quondam posita metricè in tumulo cuiusdā magistri Parisien. Si morti possent concludere dicta Sophistæ. Conclusisset ei tumulus quem continet iste. Huic simul opposuit mors, & conclusit eidem. Dicere fas illi non fuit, vnde locus? Ibi Rhetor adinuenit quantam vim habeant rhetorici colores & suauia eloquia quæ morti persuadere non pñt, vt nō rapiat ipsos. Inexorabilis enim est, quæ nulla allegatione, aut prece, retardari, vel impediri potest, quādo vult venire. Nō enim daret pro toto mūdo vnius diei inducias, immo & in fine eloquentes facit elingues & mutos. Ibi Arithmeticus deficit qui cum cæterarū rerum numerum discutere possit, suorū dierum numerum per eam cognoscere nescit, quem mors terminat & cōcludit. Inde quærebat eum Dauid dicens. Psal. 118. Quot sunt dies serui tui? & iterum. Psal.38. Notum fac mihi domine finem meum: & numerum dierum meorum. Ibi Geometer mensuram & periodū nō terræ elementaris, sed suæ propriæ recognoscit: quam quidem mensuram describit Dauid in Psal.89. Dies annorū nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autē in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Ibi Musicus nouam notam, nouum cantum, & nouā choreā discit: vnde est ista vulgaris chorea quæ dicitur la dance macabre. Est.n. chorea luctus non gaudij, sed mœroris, ita vt secundum Apostolum Hebr. 12. omnis disciplina in præsenti non videatur esse gaudij sed mœroris. Ibi denique Astrologus discit velocitatem cursus, nō

Mortis liber multa docet.

Mors inexorabilis est.

solis tantum & planetarum.i.principum & magnorum quomodo omnis potētatus vita breuis eius, verumetiam variabilitatem terræ omnium, & uelocitatem cursus omnium hominum ad mortem. Hinc est, quòd in mortis meditatione omnes artes quodammodo discūtur, & ibi summè quis philosophatur. Secundò, valet ad regimen totius humanæ vitæ, secundum quòd ad finem dirigi debent præcedentia ipsum finem: ideo debet homo per memoriam se ponere ad finem vitæ suæ ad vitam regendam, sicut nauta se ponit in fine nauis ad eā regendam & dirigēdam. Vnde Iob. 12. Interroga iumenta & docebunt te, quomodo scilicet se sua cauda defendunt a muscis, & ita quō per caudam mortis defendes te a mundi tentationibus & periculis, & volatilia cœli & indicabunt tibi. Sicut enim aues volando, & pisces natando p caudam se dirigunt, sic homines in mari tribulationum & in aere prosperitatis nimiæ se per caudam mortis dirigere debent. Et sicut videmus, quòd vultus & sensus animalium respiciunt versus terram, sic mens & cogitatio hominum debet respicere versus mortem. Esa.51. Videte sub terra deorsum, leo enim terram respiciens fit audacior contra venatorē. Dan.10. Vultusque meus hærebat terrę. Inde voluit dominus suos discipulos esse in consideratione finis sui. Vnde Ioā. 13. Cum dilexisset suos qui erāt in mūdo, in finem dilexit eos .i. dilexit eos in memoriam finis sui stare, sicut & ipse ante transitum sciuit, quia ex hoc mundo transiturus erat ad patrē. Sed multi sunt de quibus Psal. 10. Auertit faciem suam ne videat in finem. tales enim sunt qui mortem suam velut inimicam odio habent, nec eam possunt audire, nec de ea loqui, nec eam videri, ideo auertunt faciem suam ab ea ne videant eā, ideo tanquam imparati sæpe recedunt de hoc mundo. Non sic se regebat princeps quidam religiosus, & semper sui finis cogitatiuus, qui cum a quodam suæ curiæ Mimo interrogaretur, quare talē vitam duceret, & non esset in festis & ludis sicut cæteri, respondit ei per exemplum.

E

F

G *Explā cōtra mūdi amatores.*

Para-

Parauit enim cathedram altam de lignis antiquis & putridis sub qua fecit ignem copiosum, & super cathedra ligauit gladium acutum & euaginatum, & fecit ibi Mimum situari. Quo facto petijt ab eo quare esset tristis, & quare non faceret bonum vultum, ille mærens & tristis respondit. Quomodo possum facere lætũ vultum? Video enim quòd non possum diu viuere, cathedra i qua sedeo debilis est & putrida, ideo durare diu non potest. Si eado inferius, combustus sum, si erigo me superius mortuus sum. Tunc princeps adiecit. In tali statu sum, semper enim considero debilitatem corporis mei, quod semper corrumpitur & putrescit, & diu durare non potest. Considero subtus me ignem inferni, supra me gladium diuini iudicij; ideo timore sollicitor, nec possum in pñti vita gaudere. Iste enim bene situs erat in fine nauis suæ, ideo benè regebatur. Hinc Damascenus in libro quem scripsit de vita Barlaam & Iosaphat dicit, quòd sancti martyres &
H eremitę interrogati a rege Auemur, quare secum circunferebant ossa mortuorũ, responderunt ei vt ab eis non recederet memoria mortis. Inde est quòd Deus homni dedit oculorum regimen in anteriori parte faciei, vt videat quod ante se est, futurum est mortis, quam omnis homo quotidie in alio experitur. iuxta illud Psal. 88. Quis est homo quæ viuet,
I & non videbit mortem? Tertiò, valet ad terrenorum, & temporalium omnium contemptum. Nam mors superueniens, ostendit hæc omnia primo fuisse vana, &
K inutilia, iuxta illud Eccl. 11. Meminisse dicit homo tenebrosi temporis, & dierũ multorum. s. dierum mortis, quæ cum venerint vanitatis arguentur pterita. Mors enim vana probat fuisse quæ precesserũt & sapientia hui us mundi vanam esse,
Terrenorum contemptus. quæ circa diuitias, delicias & honores attẽdit: eum enim nihil inde afferat homo secum in morte, apparet eum fatuũ fuisse in importuna inquisitionem; & cum sub terra ponatur, apparet cum fatuè egisse in sui exaltatione. Et eum a vermibus comedatur, apparet eum fatuum fuisse irs deliciarum apparatu: Fatuum enim est

curare qualem carnem vermes sunt comesturi vtrum pinguem an macilentam. Ideo Hiero. Facile cõtemnit omnia qui
L se cogitat moriturum. Vnde legitur ꝙ cum ecclesia de Crespi in Vallesio esset consecranda, & propter hoc vellent inde extrahere corpus comitis ibi nuper sepultum, inuenerunt bufonem super eũ faciem eius corrodentem, & vermes & alios serpentes, ad quod cum exterriti omnes fugerent, filius accedens, & vidẽs hæc; & de humana morte recogitãs, post modicũ relictis omnibus fugit per mundum pauper factus & eleemosynas quærens. Cum autem super his perseuerãdo, Romã venisset; factus carbonarius cuiusdam cardinalis, cui fuit confessus, iacens sub gradibus fine beato quieuit, intantũ ꝙ hora mortis eius, dicuntur campanæ per se pulsasse; & sic inductus est ad mũdi contemptum, propter mortis eonside
M rationẽ. Secundo mors ostendit illa temporalia hic seruata nihil aut paucũ prodesse suis amatoribus, vnde Virgilius circa finem vitæ suæ duos versus fecisse dicitur qui sunt, Pastor arator eques paui colui superaui. Capras rus hostes fronde ligone manu. In quibus ostenditur se in compilando tres libros, grauiter laborasse. s. librum de Bucolicis, in quo tradit artem pastoralis curę. Librũ de Georgicis, in quo tradit artem agriculturæ, Librũ Aeneidos, ĩ quo tradit artẽ militię & pugnę. & tñ nec de capris bene pastis reportauit lac, nec de agris tã bñ factis reportauit segetes, nec de hostibus supatis reportauit spolia. Nullus enim ĩ morte de suis delicijs potest lac alicuius dulcedinis, nec de suis diuitijs segetes alicuius satietatis, nec de suis victorijs dignitates alicuius honoris. Hoc dicit Psal. 48. Ne timueris (iqt) cũ diues factus fuerit hõ, & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius quo ad honores, qm̃ cum interserit non sumet omnia neque descendet eum eo gloria eius. Et notanter dicitur nõ su- N
met omnia, quoniam de his aliqua secũ portat quoniam de delicijs secũ portat amaritudinem. Prouerb. 5. Nouissima illius amara quasi absynthiũ: de diuitijs extremam esuriem, sicut diues qui gut-

tam aquæ habere non potuit : de honoribus omnimodã delectionem. 1. Mach. 2. Gloria eius stercus & vermis:hodie
O extollitur,& cras non inuenietur. Sunt enim diuites admodum vnius instrumẽti quod vocatur Latirelire, quæ semper aperta est ad recipiendum, nunquam ad emittendum,nec fructificat quod continet , quousque ad parietẽ percussa frangatur,& tunc fructificat,sed non cui debet aut vellet, quia pecunia tunc in diuersis partibus effunditur & rapit eam, quæ pius potest pertingere . Sic diuites aperti ad recipiendum,clausi ad dandũ , percutiuntur a Deo, & frãgũtur in morte,& tunc bonis effusis fructificant, sed quibus non debent aut vellent:& ita nihil reportãt fructus de eis,nec pro se,nec pro his quos vellent vt plurimum; ideo
P non mirum si homo contẽnat eas respiciens ad finem earũ & finem suum Vnde salmo sentiens maris amaritudinem reascendit ad aquam dulcem,& si occurrat obstaculum caudam ponit in ore, & illud transilit donec ad aquam dulcẽ redierit. Sic homo sentiens huius mundi amaritudinem,& quòd amarum sit & laboris sum diuitias & honores acquirere,acquisitas custodire,custoditas subito perdere, & quod ibi fructificare non potest,debet conuerti ad Deum suum benignum & misericordem,& si occurrat impedimentum caudam,idest finem suum, in ore cordis,idest in memoria reponat, & sic euadat facile mundum & contemnet. Vnde quidã magnæ litteraturæ vit datus mundi uanitatibus,audiens in matutinis semel legi de longa uita patrum
Q primitiuorum,& quòd semper in fine dicebatur ad quẽlibet & mortuus est, cogitauit quòd ei sic eueniret quãtuncumque uiueret,& ex hoc concipiens mundi cõtemptum religionem intrauit & fa
R ctus est uir magnæ sãctitatis.Quartò ualet ad cognitionem sui ipsius propriam.
S Primo ad cognitionem suæ fragilitatis, quod ualde considerabat Iob 30. Comparatus sum luto & assimilatus sum fa-
Cognitio suipsius a medi- uillæ & cineri.Luto propter initij nostri considerationem, quia ex uili limo facti sumus. Fauillæ propter uitæ breuitatẽ.

Cineri propter mortem. Inde mater ecclesia hoc suis filijs commemorat in principio quadragesimæ, Memento homo, quia cinis es, & in cinerẽ reuerteris. Ideo si ab aliquo quæreretur unde uenis?quod portas?& quo uadis?facile respõdere posset de cinere uenio, cinerem porto,& in cinerem uado:ideo homo dicitur terra. tatione mortis oritur.
Gier. 22. Terra terra terra audi verbum T
domini,idest homo quæ uenis de terra, & uadis in terram,& portas terram,audi uerbum domini. Secundo ad cognitionẽ quidditatis & essentiç suç, ut enim dicit Ber. in libro meditationum, Multi multa sciunt & seipsos nesciũt. Nesciunt.n. multi se esse mortales, quemadmodum Alexander,quæ se putabat esse filium Iouis, & immortalem, quæ postea percussus sagitta,dixit, omnes putant me filiũ Iouis, sed vulnus istud monstrat me esse hominem. Si autem istud vulnus hominem demonstrabat, multo magis mors quia homo est animal mortale,ut dicunt phylosophi;& hoc ualde utile est nobis cõsiderare,ne de nobis magna prçsumamus,nec ambulemus in mirabilibus super nos. Ait enim Psal. 9. Sciant gentes quoniam homines sunt.Sed & licet multi sciant se esse mortales,non tamen hoc facto ostendunt, quia uiuunt ac si essent immortales;utinam saperent & intelligerẽt ac nouissima prouiderent. Deut. 32. V
de quo quidam philosophi leguntur reprehendisse Alexandrum Magnum, de quo legitur, quòd transiens per mundũ audiens loqui de quibusdã philosophis, eos ad se accersiri fecit,quorum responsiones cum eidem placuissent, dixit eis quòd peterent quicquid vellent. At illi petierunt immortalitatem,quibus Alexander, prius reputaui vos sapientes, nunc insipientes, quare inquiunt: Ait, quomodo possem vobis dare immortalitatem,quam mihi ipsi conseruare non possum? Quibus illi:Ergo mortalis es tu?Sũ inquit.Cui illi.Quare ergo ita cupide & male viuis ac si esses immortalis? Et sic Alexander licet sciret postea se esse mortalem,non tamen vixit,ac si se sciret esse mortalem. Vnde prouerbialiter dicitur. Ad omnia remedium est nisi ad mortẽ. Mortis certitudo.

Heb.

Heb.9.Statutũ est hominibus semel mo ri.& Eccl.9.Nemo est qui semper viuat, aut qui huius rei habeat fiduciam. Tertio valet ad cognitionem propriæ conscientiæ, cum enim homo se sentit mortalem & nescit quando morietur,statim velut limax cum pungitur se retrahit in testam suam: Sic homo ex illa consideratione mortis se retrahit in conscientiam suam. Vnde Moyses Exo.8. sparsit cineres in cęlũ,& conuersę sunt in cyniphes qui homines pungebant.Sic si consideremus cęlestia spargendo cineres .i. considerando finem nostrum & miseriam vltimã,tũc statim generabũtur in nobis cogitationes paruulę pungentes conscientiam nostram & interiorem hominem.

X Quinto, valet ad repressionem carnaliũ desideriorum; vnde Grego. Nihil tantũ valet ad domanda carnis desideria,sicut cogitare qualis erit caro moritura. Ait enim Plinius, quòd pellis leonis sanat

Y hæmorrhoides si supersederit patiẽs. Sic si quis sederit cogitando mortes præcedentium amarorum carnis, & superborum:qualiter malè mortui sunt,tunc hæ motrhoides..i.fluxus sanguinis,& volũtas luxuriæ sanari poterit : vnde circa hoc habetur.1. Reg.5.& 6. figura de Philisteis,quæ patientes infirmitatem in membris pudibundis,fecerunt sibi sedes pelliceas.Sic quæ in membris pudibundis per luxuriam infirmantur, debent in

Z pellibus mortalitatis humanæ per iugẽ meditationẽ sedere,si velint sanari. Vnde Greg.Quid enim sit carnis substantia testantur sepulturæ, nihilque sic ad domandum carnis desideria valet,quòd vt quisque hoc quod diligit,quale sit mortuum penset. Si enim ad hoc penset luxuriosus,quę lectum carnalem habet & deliciosum,uidebit in morte se iacere in lecto vermium & putredinum. Esa.14. Subter te sternetur tinea & operimentũ tuum vermes.Sentiet insuper pro suauibus odoribus inferni putredinem.Esa.3. Erit pro suaui odore fętor, quemadmodũ bene sentiebat quędã pater in vitis patrum, quæ cum vehementer tentaretur de quadam muliere,audiens quòd esset mortua,latẽter iuit ad sepulcrũ eius,

Carnis desideria quomodo cõprimantur.

& ipso aperto, intinxit pallium suum in putredine, & sanie illius, & reuersus ad cellam, cum occurreret ei cogitatio de illa muliere,applicat ad nares illum horrorem fetidum,dicẽs sibimet. Ecce hoc A quod desiderabas,delectare,& saciare in eo, & sic faciebat donec mortificaretur concupiscentia eius.Et generaliter,si qs consideret delicias corporis ex vna parte,& ex altera parte mortem, nihil illas delicias iudicabit, quia in morte semper inueniet miseriam præcedentibus bonis contrariam, ꝯ præcedentẽ pulchritudinem,deformen turpidinem: ꝯ fortitudinẽ, debilitatẽ:ꝯ agilitatẽ, grauitatẽ·ꝯ appetitum ciborũ nauseam & contemptũ: contra complacentiam, omnium displicentia,&c. & quæ prius videbantur bona, ostendunt quòd sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. propterea maceret se qlibet pœnitẽtia, ut corpore deficiente, aĩa lętetur in nouissimo. Eccles.30. Omni enim tali dicitur.Hiere. 31.Est merces operi tuo,spes in nouissimis tuis. Sexto ualet ad humiliationẽ, B unde Chryso. Cum conuersus fueris ad Deum,& cęperis opera facere iustitiæ: ne aliquando acta tua recorderis, sed finem tuum cogita, quia præteritorũ bonorum cogitatio, negligẽtiã operatur aut iactantiam,consideratio autẽ mortis timorem. Sicut enim pauo uisa cauda, superbit,uisis pedibus eam deponit, sic homo uisis bonis suis,superbit,uiso fine, causam habet humiliationis. Exemplũ. 3.Reg.21.de Achab,quę audita commi natione mortis facta illi ab Helia,intantum humiliatus est,ut diceret dominus ad Heliam:Nonne uidisti Achab humiliatum coram me?Eccl.10.Quid superbis terra & cinis?scito autem humiliatur homo, cum considerat primo aliorum fi nem,qualiter,scilicet superbi, & inflati C quondam mortui sunt.Sunt enim pelles aliorum animaliũ ut serpentum, & leonum,& luporũ medicinales.Sic ea quæ remanent in memorijs hominũ de mortibus superborum & crudeliũ, sunt animę superborum medicina, ad tollendã omnem inflaturam. Ad dolorem enim tumoris mitigandum, necesse est appo-

Mortis cõsideratio hominem humilias.

nere frigida. Sic ad superbiæ tumorē delendum, optimum remedium est apponere frigiditatem mortis, qua membra rigida, & frigida apparebūt. Multi enim superbi & elati, cum perueniunt ad finē vitæ videntes quę mala gesserunt, & onera quę secum gerunt, trementes horrendum Dei iudicium, vellent nunquam in honore stetisse, sed multō tarde est. Sunt enim tales, similes equiti: qui quando intrauit passum periculosum, vtpote fossa: tum paludem vel potestatem arctum, de quo cū difficultate potest exire, vellet ꝙ nunquam in via ascendisset equus, licet antea placeret sibi. Sic quæ sunt in honoribus & dignitatibus quando erūt in graui passu mortis, vellent nūquam illas dignitates ascendisse, sed tunc nimis erit tarde. Securius autem est ire peditando propter lubricitatem vitæ huius mūdi & non ascendere, sed ad humilia declinare. Ber. Mundus est vbi malitiæ plurimum sapientiæ modicum: ubi sunt omnia uitiosa omnia lubrica. Secundo, cū considerat mortem indifferenter ad æqualitatem reducere nobiles .s. & rusticos, diuites & pauperes, fastidiosos & pannosos, doctos & indoctos. Eccl. 2. Similiter moritur doctus & indoctus, & æqua utriusque conditio. Legitur enim de rege Bragmannorū quòd interrogatur ab Alexandro cur ita attentè intueretur ossa mortuorum, respondit se ideo respicere, ut uideret si discernere posset inter capita prædecessorum suorum, & aliorū plebanorum. vnde Micheæ 6. Humiliatio tua in medio tui. Licet enim mundus sit multum latus, tamen non est nisi vnus solus punctus in medio mūdi æqualiter respiciens sursum & deorsum, orientem & occidentem, austrum & septentrionē, & super istum fundatur mūdus. Sic licet multi sint homines, tamen non est nisi vnus solus punctus quæ æqualiter respicit omnes .s. punctus mortis, & est punctus generalissimus, quia æqualiter respicit iuuenem & senem, diuitē & pauperem, sapientē & stultū, & ideo iste punctus debet situari in medio nostri .s. in corde per continuam meditationem. Tertiò, quia hęc cōsideratio statim uidet

D

Superbiæ tumor quomodo remouetur.

E

superbiā omnem in nihilū per mortē & infirmitates decidere. Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua, cōcidit cadauer tuū. Sicut. n. magnus ventus per paruā pluuiam cessat, sic magnus fastus & superbia per paruam infirmitatē, & consequenter a fortiori per mortem. Exemplum de Isabella quadam de genere regali quæ in pompis fuerat excellētior, in morbo mortis undique per omnia membra cancro corrupta, clamabat & ostēdebat quam retributionē pro seculi fastu habuisset. Sic de Antiocho percusso morbo elephantino. 1. Mac. 6. Sic uoluit humiliare Alexandrum Magnū quidā philosophus per considerationem huiusmodi mortis. Nā sicut legitur in gestis eius fuit ei missus quædam lapis preciosus, qui in una parte statere positus, pōderabat plusquam aliquid uel aliqua quę possent poni ex altera; posito uero puluere super lapidem minus ponderabat quàm aliquid quod posset ex altera parte poni. Cū autem multi sapiētes super hoc mirarentur respōdit unus. Domine rex iste lapis demonstrat vobis qualis est is, nunc enim plus ponderatis quam totus mundus qui uos sustinere non potest. Sed posito puluere super uos in morte minus eritis quam aliquid mundi. Considerēt hæc igitur quæ in huiusmodi dignitatibus sunt. Nā talibus quos prius uocauit Psalmista eos dicendo. Psal. 81. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes cōsequenter subdit. Vos autē sicut homines .s. simplices & idiotæ moriemini, & sicut unus de principibus .i. dęmonibus cadetis .s. a superbia uestra. Quartò, quia horū bonorū, & huius gloriæ in morte finis est opprobrium, & miseria, vnde uolēs emere equum quātuncūque ad uisum ex omni parte pulchrū, si in probatione eius inueniatur ī posteriori parte impotēs, uel turpis, uel irremediabiliter claudicans, non multū illū equum appreciabit, nec carè emet, nisi sit fatuus. Sic de mūdo & his quæ in mūdo sunt quæ per pulchra exterius uidentur & delectabilia, si posteriorē illorū partē considerauerimus, inueniemus ea turpitudine, uel miseria aliqua claudicare: diuitię nāque quę quasi duos

F

Lapis quidam preciosus, et admirādus.

pedes

pedes hīc deberent,vt sinuarent & sup portarent tā in principio,quàm in fine, tā in morte,q̄ in uita,sed in ultima parte claudicant, omnia finiuntur in paupertate,iuxta illud Psal.75.Dormierunt somnū suum,& nihil inuenerunt,&c.Sic sapientia mūdi huius in morte finitur in stultitia & ignorantia. Psal.6. Nō est in

G morte qui memor sit tui. Aristoteles.n. dum in infirmitate ultima laboraret, & a discipulis rogaretur, ut diceret eis aliquid uerbum snia plenū, ingemiscēs ait. Humiliatus in hunc mūdū intraui, anxius uixi,cōturbatus egredior,quo uadā sum inscius & ignarus.Humiliatus quip pe intrauit,qa cū culpa & fletu, pauper & nudus. Nocti.n.comparatur tempus mortis,quod est naturaliter obscurū, & diei & luminis priuatiuū,ideo bene con

Mortis tempus nocti cōparatur.

H sulit Sap.Eccl.11. Et si multis diebus vixerit homo,& in omnibus his lętus fuerit,meminisse debet tenebrosi tpis. Sic erit de pulchritudine & fortitudine, & delicijs huius seculi in quibus quis delectatur,quia vt dr̄ Apoc.18.Quantū glorificauerit se & in delicijs fuerit, tm̄ ei dabitur tormentum & luctus. Sic de honore & potētia huius seculi,primo ī vilitate,& terræ ꝓfunditate,qa frequēter accidit, ꝙ in hoc mundo qui altiorē locū tenent dum viuunt,profundiorē in terra foueam hn̄t post mortem, quia diligentiores & fortiores fossores terræ q̄ pauperes,vt de illis verificetur veritatis pro missio. Marci.9. Qui voluerit inter vos primus esse,erit omni nouissimus; & nō solum nouissimus in terra,sed et̄ in præmio,& primus in tormento; quia Sap.6.

I Exiguo concedetur misericordia,potentes autem potenter tormenta patientur. Accidit.n eis sicut accidit in familia ludi scacarij ludo.n.durāte,rex omnia personagia excellit,vbi prædatur & accipit, sed in fine cum clauditur in sacculo cū cętera familia,aliquando est profundius in sacco ꝙ cęteri.Sic erunt nouissimi pri mi,& primi nouissimi,& tūc erit eis hoc vile testimonium saluatoris.Luc.13.Tūc incipies cum rubore nouissimum locum tenere. Est enim de omni gloria mundi & omnibus mundanis rebus inordinatè dilectis,sicut de dulci & venenoso potu qui ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit quasi coluber.Prouer.23.Et si cut de via amena quæ ducit per prata ad patibulum.Prouer.14.Est via quæ vr̄ ho K mini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.Septimò valet ad cauendū a L peccato,vnde Eccl.7.In omnibus operibus tuis memorare nouissima,& in æter num non peccabis.Inde mors dr̄ a mordeo mordes,quia consideratio eius mordet conscientiam retrahendo a multis malis Hoc.n.summum remediū est con tra peccatores obstinatos,vt cōfessor eis iniungat de morte cogitare;vt.n. dicit liber de donis. Narrabat quidam archiepiscopus Bisuntinus magister in Theologia,ꝙ cum quidam piratæ essent in periculo tempestatis,vouerunt ꝙ si euaderēt confiterentur.Liberati ergo accesserunt ad quendam eremitam, cui cū magister eorum confiteretur, & ipse increpans eū mitteret ad Papam, turbatus contra militem ex responsione eius,eremita ipsum interfecit.Similiter fecit secūdo:Tertius autem cū ei cōfiteretur benignè eum alloquens & tractans, iniunxit ei,pro pœnitentia hoc solum,ꝙ quandocunque videret aliquem defunctum,iuuaret eū ad ponendum in terra si posset, & tunc cogitaret de morte sua: quod cum fecisset deuotè & frequenter cępit ei horrescere suus status,& fugiens ad eremū mortuus est in magna pœnitentia, ad quā re ductus ē ex mortis memoria,& similiter ad fugiendū statum peccati.Quasi dicas mortem effectū peccati, & per peccatū mortē in aliquē ꝓcessisse, nō ergo mors vel mortis memoria peccatum destruit. Respondetur primo ꝙ sicut dicit Sap.1. Deus mortē nō fecit,sed impij manibus & verbis accersierūt eā,gustato.n. ligno .i.fructu ligni quem acceperūt primi parentes nostri manibus suis,licet non immediatè mortui sint, tn̄ immediate necessitatē moriēdi incurrerunt, & ex tūc cæperūt ad mortē tēdere & nūtijs mor tis affligi: & licet tunc diu viuerēt,tn̄ in fine moriebantur,nec inter illū qui vixit decē annis, & qui mille aliquid interest, postquam idē finis vitæ aduenerit;nisi ꝙ

Mors vn de dicitur.

Mors a Deo orta non est. magis senex, magis onustus peccatis cōficiscitur, & magis a p[...]ria patria differtur. vnde Aug. in pronost. Vide mortē non a Deo, sed per errores intus venisse hoībus in paradiso deliciarū; timeant proinde qui delicijs vacāt, ne mors eos pp delicias occupet, sicut & primos parentes. Dr̄ secundò, ꝙ non solum mors est effectus peccati, sed ēt ostendit quale sit peccatū, ex effectibus. n. cognoscimus causas, & ex artificio cognoscimus artificē. Nesciuit. n. Adā perfectè quid fecerat cum peccauerat, sed mortuo Abel filio suo cuē intellexit mortuū esse pp peccatum, plenius agnouit quid peccando fecerat: & dans se luctui, dr̄ ibidē fleuisse centum annis: non dolēdum est de malo ex quo secutū est tm̄ malū. s. mors. *Adam quando damnū peccati agnouit.* M N

Attendamus. n. huius mali longitudinē, latitudinē, sublimitatē, & profunditatē. Longitudinē in hoc ꝙ mors durabit vsque in finem mundi. 1. Cor. 15. Nouissime inimica destruetur mors. Latitudinē in hoc, ꝙ per totū mundum hæc pœna extenditur. Profundum in hoc ēt ꝙ paruulus vnius diei, vel qui est in vtero materno, vel qui pauperrimus est pp peccatū moritur. Sublimitatē in hoc, ꝙ vsq; ad altissimū peruenit. s. vsq; ad filiū Dei. Peccatū. n. oēs propinquos nostros qui mortui sunt occidit, & oēs qui remanserunt nobis & nosipsos occidet, quāto ergo odio debemus illud odire, cū pro morte vnius solius amici nostri, hominē intercmptorē, summo odio hēamus. Prętrea Dn̄s in cruce de peccato Iudæorū quo occidebant cū dānauit oīa peccata seculi. Rom. 8. De peccato dānauit peccatū, sic & nos de effectu peccati. s. mortis causa mali, debemus considerare malitiā peccati, & eam odire. Contra scorpionis morsum nulla melior medicina q̄ ipsius mortui scorpionis sanguine plagā inungi, sic nec melius remediū cōtra morsum peccati venenosi, q̄ intingere memoriā suā malo quod peccatū gessit in orbe introducendo mortē. *Remediū contra scorpionis morsum*

O Octauò, valet ad remissionē fraterni odij, quis. n. cogitās, ꝙ in hora mortis, indigebit misericordia illius, qui non remittit, nisi remittentibus, audebit seruare rancorem: nos. n. ita orare iussit, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ad hoc est exēplum. Quidā. n. miles fugatus a quodā alio milite inimico suo mortali, & iā fere comprehensus; vertens se ad illū prostrauit se corā eo in modū crucis, & obtēta hora dicendi aliqua dixit. Dn̄e vere, ego sū reus mortis erga vos, sed rogo vos vt amore illius qui pro suis crucifixoribus orauit, mihi remittatis: vt possitis & vos in hora mortis efficacius a Dn̄o remissionē obtinere; allegando vt vobis dimittat sicut mihi & vos dimisistis. Ad hæc verba confractus ille, corde remisit, & dimisit eū. Ecc. 18. Memento nouissimorū & desine inimicari, ppea considerās hō, ꝙ semel erit æqualis inimico suo. s. in morte, quāuis pro tunc sit superior, cōmoueretur, ne inflectur animus cōtra eū, sed ad sibi simulē declinet. Senec. li. 3. de naturalibus qōnibus. Quid chētulo tuo irasceris? sustine paululū, venit mors q̄ vos pares faciet. *Mortis consideratio facit iniurias remittere.*

Nonò, valet ad tēperandū lętitiā, q̄ multis nocet, nisi tēperetur; sicut. n. vinū purū cito inebriat, mixtum vero sobrietatē facit, sic mundana lætitia cito animā resoluit; mixta vero cum mortis amaritudine tēperatū facit. Prouer. 14 Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Vnde dicebat Dn̄s Hierusalem exultanti. Hierusalem Hierusalē, & quidē in hac die q̄ ad pacē tibi, si cognouisses, & tu supple futura super te, flerces. hoc considerabat beatus Ber. dicēs. Dic mihi vbi sunt amatores huius seculi qui ante paucos dies nobiscum erant? nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. P *Lætitia quō est reprimēda.*

Decimo, valet ad futurorū prouisionem. Qui. n. cogitat alibi se habitare perpetuò, nisi sit fatuus, puidet iuxta posse suum quomodo illuc præmittat necessaria. Exemplum hr̄ ex Damasceno in historia Barlaā, ubi dr̄ quòd fuit consuetudo in regno quodam, quòd nullus regnaret ibi, nisi per annum cum uoluptatibus & desiderijs suis, qua iuxta uoluntatem suam implebat; finito uero anno rex spoliatur omnibus cum uituperio O

mit-

Vna sunt ubi quo providentur a nobis.

mittebatur ad quandam insulam in perpetuũ exilium, & alius eligebatur. multis uero fatuis regibus sic exulatis & in illa insula fame & miseria periclitantibus, successit quidam sapiens qui cũ regnauit pro posse suo præmisit in insula multa necessaria, sobriè se habens in regno suo, ut largis ibi mitteret vnde uiueret: & ita de illis fuit ei bene cum illic expulsus est; & hoc dicit dominus Luc. 16. Exemplo uillici iniquitatis ut faciamus nobis amicos pauperes & debiles uiros sanctos de mammona iniquitatis, ut recipiant nos in æterna tabernacula. unde Eccl. 13. Ante obitum operare iustitiam, quoniam nõ est apud inferos, idest in alio seculo inuenire cibum nisi supple, puideas ante de illo. sicut. n. nauta qñ gubernat nauem, ponit se in fine nauis ut uideat propinqua pericula, & futuras maris angustias, ut sic euitet eas; sic debet homo ex fine suo considerare futuras angustias & necessitates, ut sibi prouideat: quia secundum Psal. 103. Illic naues pertransibunt, s. per arctum foramem mortis. O quã longè ante, & quã solicitè prçuident sibi nautæ quando habent transire locum piculosum. Vnde dicebat Psal. 38. Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi, ut. s. mihi prouideam antequam transeam. Sunt. n. multi similes illis quos necessitate mare ut transeant, & tunc sibi nolunt prouidere de necessarijs ad transfretandum, sed spatium nõ habẽt, unde est quòd in fame & nuditate moriũtur; bene. n. debet põderare homo, ut in alio seculo mittat, unde possit perpetuò uiuere. quia Eec. vlabit homo in domũ æternitatis suæ. Sed multi sunt similes diuiti epuloni, de quo Luc. 11. dr, ꝙ congregauerat in hoc seculo multas diuitias, & p annis plurimis, sed nihil in alio seculo congregauerat, qui a diabolis raptus est, & perierunt omnes cogitationes eius in vna hora, quibus cogitabat iucundari, destruere horrea sua, maiora ea facere, epulari, &c. de quo, & similibus dicit Psal. 143. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. i. quam fecit suam suis meritis, vel demeritis, in illa die, scilicet mortis, peribunt omnes cogitationes eorũ: nec mirum si pereant, quia secundum Psal. 55. Omnes cogitationes eorum in malum. Ratio autem potissima quare tales sibi non prouident, habetur Threno. 1 Sordes eius in pedibus eius, nec est recordata finis sui. Sunt. n. similes ranis in aquis dulcibus habitantibus cauda carentibus, & semper clamantibus, sed superuenientes timentibus, & ideo tacentibus. sic tales carent memoria caudæ suæ, & clamant per iactantiam: sed superueniente morte, recedunt timidi futurorum malorum, quæ eis post huius seculi bona prouenient. Vndecimò, valet ad pœnitentiam libenter assumendam. Niniuitæ enim ad cõminationem mortis, egerunt pœnitentiam. Ionæ 3. Propter hoc. Luc. 3. Inducebat Ioannes populum ad pœnitentiã, dicens. Facite dignos fructus pœnitentiæ, & sequitur ratio, iam enim securis ad radicem posita est, hoc enim est comminatio mortis. Narratur autem, quòd quidam miles flagitiosus, cum vellet aliquam sibi iniunctam a Papa Alexandro pœnitentiam facere, idem Papa dedit ei anulum suum quem pro pœnitentia portaret, tali conditione, quòd quandocunque respiceret eum, quòd cogitaret de morte sua, quod cum fecisset pluribus diebus, rediit ad eum dicens, ꝙ paratus erat plus omnem aliam pœnitentiam complere quàm illam. Itẽ de alio milite dr, ꝙ cum non inueniret confessor suus quam vellet agere pœnitentiã, iniunxit ei, quòd imponeret seruienti suo, ꝙ in primo ferculo semper apportando baculũ decorticatum diceret ei, Dñe reducatis ad memoriam ꝙ necesse habetis mori, & nescitis qñ. cum autem sic factum fuisset pluries, & pp hoc oia quæ comedebat sibi verterentur in tedium, rediens ad confessorem suum, dixit, ꝙ paratus erat omnem aliam pœnitentiam agere magis quam illam: & sic memoria mortis inducit ad pœnitentiam, & ad bona opera exercenda. operatur enim velocius operarius cum tendit ad occasum, vt suam perficere valeat

S Mortis meditatio ad pœnitentiam inducit.

leat dietam: sic cum nos appropinquamus ad mortem, tanto magis debemus intendere bonis operibus & pœnitentiæ: motus enim naturalis, velocior est in fine quàm in principio, vt dicunt philosophi, sic cũ naturaliter tendimus ad beatitudinem, debemus velocius moueri in operibus bonis cum magis accedimus ad mortem, non sicut illi de quibus, Psal. 106. Appropinquauerũt vsque ad portas mortis, anima eorum in malis tabescebat: sed sicut illi de quibus Hier. 41. qui ostenderunt thesaurum frumenti, olei, hordei, & mellis, & sic euaserunt mortẽ. vnde Chrysostomus. Ecce si mutuo acceperis equum, nõne assiduè operaris opus tuum in eum dicens apud te, cras tollendus est a me, etiã corruptibili vasculo, quare non vteris ad vtilitatem animæ tuę, sciẽs quia postmodum tollẽdum est a te quia non est tuum? Magna insania odire quod nostrum est, & amare quod non est nostrum. Studere seruare quod seruare non possumus; & negligere quod in ęternum habebimus. Vnde in vitis patrum dicebat senex quidã cuidam iuueni. Gallus alis se verberans nequaquam horas noctis obliuiscitur. Sic tu pœnitentia corpus tuum castigãdo horas noctis mortis ne obliuiscaris. Est enim mors stimulus stimulans asinũ nostrum ad laboriosa opera sustinenda & assumenda. Duodecimò valet ad perseuerandum in pœnitentia. Vnde Apo. 3. Esto vigilans, & confirma cętera quę moritura erant, idest peritura si non vigilares perseuerando: & sequitur, & age pęnitentiam, quod si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur quod fit in morte. Omne enim tempus huius vitæ nostrum est ad laborem pœnitentię peragendum. Sed tempus mortis non est nostrum, nisi ad recipiendum quod meruimus, quia iuxta Psal. 67. Domini domini exercitus mortis. Vnde cum quidam iuuenis nobilis intrasset religionẽ, iratus pater accessit ad locum, persuadẽs ei de redeundo ad statum primum cum comminatione destructionis abbatię nisi hoc faceret, cui post multa dixit filius patri; pater nullo modo redirem nisi remoueretis quandam cõsuetudinem quę est in terra nostra: pater vero promisit se facturum quicquid vellet, & filius ad eum inquit. Consuetudo est in terra nostra, vt ego uidi, quòd ita cito moriuntur iuuenes, sicut & senes, & sciatis ꝙ nullo modo deponam istam pœnitentiã inceptam, nisi illam tollatis consuetudinem. ad quod verbum confusus pater recessit, & alius in pœnitẽtia perseuerauit præ timore mortis de qua cogitauit.

T Perseuerantia in bono ma mortis recordatione ꝑuenit.

Quinque inuitantia ad mortis memoriam. Cap. II.

Nota, quòd multa sunt quæ nos inuitant ad mortis memoriam. Primum est scriptura sacra, dicens. Eccl. 9. Fili cõmunicationem mortis scito, hoc est, scias quòd mors omnibus cõmunicatur. Multi tamen sunt ita occupati, vel excecati delicijs huius seculi, quòd hanc cõmunicationem mortis neq timent, nec cognoscere volunt: similes homini ligato ad arborem, circa quem cautissimus sagittarius multas iaceret sagittas, multos circa eũ & prope eũ occidendo, aliquos supra ipsum, aliquos sub ipso. Et ille miser sic ligatus, quòd euadere nõ potest, comedit, & bibit, & ducit lętos dies, quasi nulla sagitta eum ferire posset, quis talem non diceret insanire? immo debeget ad Deum iugiter clamare. Sic amentes dicendi sunt, qui cautissimum sagittarium Deum vident de arcu suo, nunc mittere sagittas s nos, ad patrẽ, & matrẽ & principes, nunc ad illos qui iuxta nos sunt. i. æqualis ætatis, nunc prope nos. s. fratres, & sorores, nunc a dextris, ad amicos, nunc a sinistris, ad inimicos, nũc subtus nos, ad minores, & non timent, quandocunque sagittarius ille de directo ad signum perueniat. Secundum, ad hoc nos inuitant ipsi defuncti. Eccl. 38. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie: nec immerito reducit eam ad viuẽtis memoriam, qa cito a memoria solet excidere. Mors autem hic appellatur iudicium propter multa. Primò, quia sic homo in iudicio appare-

V

X

Y

Mors dicatur iudicium. apparebit sicut mortuus est. Ecc. 11. Si ceciderit lignum ad Austrũ, aut ad Aquilonem in quocũque loco ceciderit ibi erit. Secundò quia mors est pœna iusto Dei iudicio pro peccato homini inflicta. Seneca. Omnes capitali supplicio condemnati sumus. vnde iudicium mortis primo est iudicium regium nullius appellationi deferés. Iob. 18. Calcet super eum quasi rex interitus. Secundò est sine acceptione personarum. Eccl. 41. Hoc iudicium a Dño omni carni. Vnde quidam versificator. Z Mors dominos seruis, & sceptra ligonibus æquat. Dissimiles simili cõditione trahés. Tertiò, iudicium mortis nõ est iudicium suspicionis, quale fuit Salomonis cũ reddidit infanté veræ matri. 3. Reg. 3. sed est iudicium certitudinis, vbi verè redditur hõ terræ matri suæ. Eccl. 40. Graue iugũ super oés filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulturæ in matrem oium. Iob. 1. Nudus egressus sum de utero matris meę, & nudus reuertar illuc. A Quartò hoc iudicium in executione nõ differtur. vnde dicitur in auctoritate allegata, mihi heri, & tibi hodie, non dixit tibi cras, primò quia sm Augu. Dñs promittit remissionem peccatorũ, sed nulli crastinũ dié, secundò quia mori nõ cessamus: & sic quotidie iudiciũ mortis executioni demandatur, vñ Seneca. Quem mihi dabis qui aliquod preciũ tpi ponat, qui intelligat se quotidie mori, in hoc oés fallimur, ꝙ mortẽ nõ prospicimus, magna pars eius iam præterijt cum mors sit præuaricatio vitæ, quantũ transit de vita, tantũ moritur de hoie. Inde est ꝙ qui victurus erat sexaginta annis, & iam vixit quinquaginta, nõ solũ semimortuus est, imo ad quinque sui partes mortuus esse videtur. B *Morientium cõditio.* Tertiũ ad hoc nos inuitat status morientiũ. Multum. n. debet esse terribile qñ videmus corpus spũ viuidum, colore nitidum, vertice solidum, tandem cadauer putridum proijci in sepulcrum; & tũc cõsiderare debemus ꝙ in nobis ita erit. vnde Ber. Cogita te moriturum quem scis de necessitate moriturum, discerne qualiter oculi vertentur in capite, venæ rumpentur in corpore, cor scindetur in dolore, labia spumant, facies sudat, pectus anhelat, crura distendunt, vultus horrescit, & velut testa pallescit, nescio vtrum in lectulo molli, an in cruce rigida moriamur? C Quartum ad hoc nos inuitat solénniter tota ecclia, quę semel in anno cum magna solénitate & deuotione cuinslibet capiti cineres imponit, dicens. Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris. hęc lectio fuit cantata primo hoi. Gen. 3. Puluis es, & in puluerẽ ibis; a Dauid sępe incorporata. Psal. 101. Cinerem tanquam panem manducabam, & sępe postea recordata cũ dicebat. Ps. 21. in puluerem mortis deduxisti me, idest memoriam meam. Ideo hanc lectionem nobis a matre ecclesia publicè lectam debemus memoriter tenere, & sępe recordari, dicẽdo cum Abraam. Gen. 18. Loquar ad dñm meum in morte. s. cũ sim puluis & cinis? D Quintum ad hoc nos incitant innumerabilia monuméta, E monumentum. n. vt dicit Augu. in lib. de cura pro mortuis agenda dicitur, quasi mouens mentem. Ad quatuor autem videtur mouere mẽtem nostram. primo ad considerationem nostræ proprię fragilitatis deinde superbiamus. Leuit. 1. Vesiculam gutturis & plumas proijciens in loco cinerum; quasi diceret, *Monumentum ad quatuor mouet mentem nostram.* si quid habes inflationis tumoris, & vanitatis, si quid inconstantię & leuitatis, proijce omnia ista in loco cinerum scilicet in sepulcro, vt scilicet habeas pię oculis mortem & sepulcrum. Vnde in legenda Ioannis Eleemosynarij habetur, fuit consuetudo ꝙ prima die coronationis Imperatoris Cõstantinopolitani, cum esset in gloria sua, latomus deferebat ei tres vel quatuor varietates lapidum marmoreorum dicens Imperatori, vt eligeret de quo vellet sibi fieri sepulcrum, vt hac occasione ẽt tunc mortis haberet memoriam: cuius etiam memoriam habere volebat idem Ioannes *Ioannis Eleemosinarij mos.* Eleemosynarius patriarcha Alexandrinus. Qui cum faceret fieri sepulcrum suum, nunquam voluit idem perfici, ordinans ꝙ in magnis solennitatibus cum F esset in honore suo, aliquis ad eũ veniret qui diceret: Dñe sepulcrũ tuũ imperfectum est, iube illud perfici, quia nescis

qua

Deut. 32. Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. in eadem sepultura sepelientur raptores qui alios membratim deuorant.

Tria impedientia mortis considerationem. Cap. III.



Ota quòd tria nos impediunt a consideratione mortis. Primum est vana delectatio, dicit enim mundi stultitia, si quis semper scilicet mortem cogitaret, nunquam in corde gauderet: sed hoc falsum est, quia illam delectationem haberet in seruiendo Deo, & a peccato se seruando, & bene viuendo: & in hoc est maior delectatio quam male viuēdo & seruiendo mundo, hoc enim sciunt qui experti sunt. Ps. 83. Melior est dies vna in atrijs tuis, &c. Magna enim est lætitia creaturæ consequi suum finem expectatum, quia non deseretur a creatore cui semper deseruiuit. Sed in perpetuam lætitiam deducetur, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor &c. Esa. 64. & cum hoc vitabit horrendam damnationem. Si enim sit aliqua delectatio, seruire mundo repleto miserijs, quæ delectatio est seruire Deo totius consolationis, & custodire præcepta eius quandiu viuitur. Secundum impedimentum est, stulta spes lōgæ vitæ: dicit enim hac spe stulta percussus, Tu iuuenis superest adhuc iuuentutis tempus in quo tibi de bono tempore partem concedere potes, dū vero senueris tunc tui finis recordaberis, & tunc tu dispones, vt bene moriaris. O stulta spes, quot decepisti & decipies: quot personæ sic dixerunt in iuuentute, quæ peiores fuerunt in senectute? Quia secūndum Ouidium. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Quot tales moriuntur morte subita: quis enim dedit tibi securitatem viuendi vsque in senectutem? Nam ita cito sæpe moritur vitulus, sicut vacca, iuuenis sicut senex. Sed cum venies ad mortem quæ cor tuum stringet, oculos claudet, turbabit cerebrum, ligabit linguam, obstruet aures, quid faciet tunc pauper anima: vbi fugiet? si tunc consolationem quærat, vbi inueniet? Tune cedent omnes vanæ delectationes, & apparebit tibi iudex ad denunciandum illam horribilem sententiam. Ite maledicti, &c. Patebunt tunc peccata te accusantia, & conscientia, & ex omni parte canes inferni, ad exequendum sententiam parati. Exemplum de cursorio de quo recitat Greg. 4. dialog. qui veniens ad mortem, & videns Dæmones, petijt inducias. Sed multi sūt ad modum pullorum. Nam quando miluus rapit vnum pullorum, tunc omnes alij galli & gallinæ clamant, & currunt pulli sub alis galline. Sed statim iterum de sub alis exeūt, nec curant, nec plus recordantur raptus primi, & tunc iterum venit miluus, & rapit sicut prius. Sic cū mors aliquem rapit terrentur alij, & clamans ad Dominum, & confugiunt ad alas ecclesiæ, sed statim illius non plus memorantur. ideo plerunque mors subita venit, vel insperata quæ eos improuisos rapit. Tertium impedimentum est falsa credulitas: dixit enim insipiens vbi est infernus, purgatorium, paradisus? Quis vidit, quis reuersus est nuntiare ista noua? sed hunc errorem expellere oportet, qui de hominibus vult sicut de porcis iudicare. sed hic finis non est ad amandum & cognoscendum Deum, ad quem non possunt pertingere cætere minores creaturæ. Si autem creatura Deo seruiat, sibi retribuet, aliter non esset dominus liberalis. Et quia non videtur quòd retribuatur hic in hac vita, quia boni ibi tribulantur, & mali exaltantur, ideo necesse est esse aliam vitam & remunerationem post istam. Isti autem qui hanc falsam credulitatem habent, siue citò, siue tarde velint nolint, semel confitebūtur, sed cum expensis suis.

Spes vana nonnullorū.

Sex sunt causæ timendæ mortis ex parte morientis. Cap. IIII.



Ors timenda est valde pluribus de causis, quarum quædam sumendæ sunt ex parte morientis, quædam ex parte ipsius mortis. Ex parte ipsius morientis sex

sex possunt assignari causę. Prima est, quia in transitu illo transibit homo peccator solus. Nullus enim amicorũ suorum societatem ei faciet, nec facere vellet: immo ipse Christus in hoc trãsitu solus transijt, de quo conqueritur Esa. 63. Torcular .s. mortis calcaui solus, & de gentibus non est uir mecũ. Et quia Christus hunc passum transire pertimuit, debemus timere ne soli transeamus, sed nobis acquirere bonam societatem, sic est enim de paupere peccatore, sicut de mercatore solo, nemus periculosum trãseunte: qui cum videt societatem appropinquantem gaudet. Transitus quippe mundi periculosior est trãsitu nemoris quantumcumque periculosi, quia latrones in nemore non quęrunt, nisi quæ mercator gerit; sed latronibus inferni non sufficit quòd homo omnia bona sua temporalia in morte deponat, quia magis sequũtur hominem propter animam. Quandoque enim homini trãsituro per nemus adiungit se pars vna latronũm & deceptorũ sub specie boni, promittens societatem & adiutorium, quando uero homo est in profundo nemoris, tunc insurgũt latrones occulti, & tunc quæ primo videbantur socij & amici cum alijs insurgũt ad spoliandum hominem. sic homini timenti transire mundum soli, ex vna parte se adiungit Dæmon sub specie boni, suadens si esses magnus homo in mũdo, faceres multa bona, & ex alia parte amici mundani promittentes auxilium, & promotionem: ita quòd homo sub istorũ confidentia se mundo exponat, & quando est in mundo multum inuolutus & immersus, subito insurgit latro occultus scilicet, mors, & tũc Dæmon & mũdus, quæ uidebantur primò amici, insurgunt ad spoliandum & rapiendum: amici spoliant substantiam temporalem, sed Dæmon animam. Sic ergo in morte periculosissimus est trãsitus, & ille mũdi transitus periculosissimus, ideo indigemus bona societate: hæc autẽ optima, si Christũ nobiscum habuerimus, quia se nascens dedit socium, in necessitate enim non deficit vbi omnes alij deficiunt: deliciæ enim in principio morbi ipsum deserũt

Mundi transitus valde periculosus.

diuitiæ in domo & in morte, amici in foueam vna cum honoribus ipsum conducunt, Christus autem properantem in regionem alterius seculi ipsum non deserit: inde orabat Psal. 54. propter nomen tuum domine dux mihi esto. Vnde rex quidam præpositum habuit qui multum ei deseruiuit, & de rebus suis & de corpore, cũ aũt infirmatus visitaretur a rege, & offerret ei rex si q̃d vellet ab eo, petijt a rege vt liberaret eum ab illa graui infirmitate. Cui rex, libẽter facerem, sed non possum. Cui præpositus, & ego promitto illi qui me potest iuuare vel liberare, ꝙ si hoc fecerit, seruiã ei, nõ homini qui nõ põt me iuuare in tali necessitate, quod & factum est. Secunda causa quia nescit moriens dum moritur, si recta uia incesserit, cum tamen tunc sit in termino viæ: scit enim quòd bona vita ducit ad bonum finem, & mala ad malum. Arbor enim ad illam partẽ ad quã inclinata est cadit, si ad dexteram cadit, ad dexteram, si ad sinistram, ad sinistram cadet. Mirabile enim esset quòd arbor inclinata ad partẽ sinistram, caderet ad dextrã: ideo ad illã partẽ ad quẽ inclinati sumus cadimus. Qui .n. consueuerũt malè agere, cadunt in infernum cum moriuntur, & si aliquando accidit oppositum, hoc est ex gratia, & miraculosè. Qui verò assueti sunt ducere bonam vitam, bene moriuntur: peccator autem aliquando scit se non iuisse rectam viã, sed obliquam, & tunc ualde timere debet, quandoque verò dubitat aut nescit, & tunc etiam occasionem timendi habet. Sunt enim similes viatori qui dũ via recta aspera est & dura, & videt iuxta se viam mollem & delectabilem, per prata florida & amena, declinat a uia recta, ingrediens aliam uiam, & dum credit pertingere ad terminum inuenit locum arctum & difficilem, quem putans transire, præcipitatur in foueam uel lutum. Sic multi, quia uia cœli dura est & aspera, iuxta illud Senece. Non est ad astra mollis e terris uia, & illud. Psal. 16. Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui vias duras, ideo declinant ad delectabilia mundi & vanitates, & cum intendunt

Moriẽs nescit finẽ suũ.

tendunt

tendunt finaliter reduci ad uiam rectā iustitiæ,subitò accidit eis passius mortis
R arctus & difficilis, in quo dum credunt redire ad Deum,subito cadunt in infernum,iuxta illud Iob.21. gaudent ad sonitum organi,Ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Tertia causa quia insidias a tergo habet opera sua mala quæ per pœnitētiam nō sunt deleta.Apo.14.Opera enim illorum sequūtur illos,super quo Aug. Opera bonorum sequūtur bonos,opera malorum sequuntur illos.Vnde Iob.9.Dies nostri transierunt velut naues poma portantes. Sicut enim poma post se relinquunt solum odorem,sic opera nostra post se maledictionem,vel benedictionem.Tunc.n. scilicet in morte mutus fit omnis homo, aut raucè loquens & deficiens præter Christum, qui clamans emisit spiritum, ad denotandum quòd coram Deo silebunt ora,loquentur opera.Prou.vlt.Laudent eum in portis opera eius. Quarta

S *Dæmones expectātes exitum sani ua uniuscuiusque.*

causa hostium nequissimorum in faciendo bellum,& expectatio, quemadmodū animam beati Martini ad exitum expectauerunt. Hinc refert Turpinus de exitu Caroli magni,quòd cum esset in oratorio suo post mediam noctem, audiuit turbinem dęmonum transeuntem,& cū interrogaret vnū de vltimis, dixit quòd ibat ad quærendum animā Caroli, quæ parata erat exire de corpore. vnde & ad exitum Christi fuerūt, vt viderent,si q͂d ibi haberent, vt dicit glo. super Tobiam

T de exenteratione piscis. Est enim mors quasi biuium quoddam in quo sunt duę viæ, dextera scilicet & bona quæ vadit ad paradisum, sinistra & mala quæ vadit ad infernum. Et tunc insidiantur latrones infernales in biuio isto, vt ad sinistrā declinare faciant transeuntes:& quia incertum est ad quam viam istarum duarū ducetur anima, ideo necesse est ꝙ cruci Christi & imaginibus quæ ponuntur in biuio.f.Christo & Sanctis eius,per deuotionem innitatur homo, vt ad paradisi hospitium per viam rectam deducatur. Sicut enim videmus quando duo hoīes sunt in via,& sequitur eos canis,sciri nō potest nisi vsque ad biuium cuius sit canis. Sed tunc viris ab inuicem recedentibus,canis magistrum suum sequitur,siue ad dexteram, siue ad sinistram, & sic cuius erat cognoscitur. Sic in via huius vitæ non potest sciri de homine cuius sit Dei.s.vel Diaboli, sed quando ad biuiū mortis peruenerit,tunc sequitur Dominum Deum suum vel diabolum,vt tunc dicat quilibet illud Iob.23.Vestigia eius secutus est pes meus,viam eius custodiui,& non declinaui ex ea. Quinta causa est,quia peccator in regionem sibi ignotam vadit, scilicet in regionem vmbræ mortis,immo magis ipsius mortis. Vnde Ber. O anima mea, quis erit ille pauor cum dimissis omnibus quorum pręsentia tota iocunda tam gratus aspectus, cohabitatio tam familiaris, sola pauens ingredieris in ignotam regionem, & vide quia graue est relinquere notitiā,grauius transire ad incognita, sed grauissimum illuc solus ire.Exemplum ad hoc de quodā duce Lothoringiæ iuuene qui cum esset in extremis,respiciens palatiū & domos suas multas,dixit. O domine Deus quàm contemnendus est mundus iste? quia ecce ego qui tot habui palatia, & tot homines potui hospitari, nescio quo hac nocte debeo ire,vel quis me debeat hospitio suscipere. Is enim timor maxime valet ad mundi contemptum.

Exēplū diuitibus proponēdū.

V Quando enim homo est in loco obscuro & tenebroso, & aliquid eorum quæ naturaliter homo timet ascendit in caput eius, vtpotè imaginationes dæmonum,vel mortuorum,timere solet,& cito se diuertit ad lucem fugiendo. Cum ergo mors sit vltimum terribilium quæ videntur in hac vita, si ascendant in caput hominis tenebrosa loca alterius seculi,& quàm terribile est mori,quia nescit vbi debeat hospitari, nescit si fecit aliq͂d quod sibi prodesse possit post mortem, & certus est,quòd multa fecit, quæ sibi possunt nocere,hoc ipsum debemus uere ad protinus fugiendum, & nō mussitare,sed respicere ad pedes suos,scilicet ad finem suum, ne pedes malè ponat, & irreuocabiliter ruat.Sexta causa est,quia talis tot & tantas cōtumelias intulit ei qui solus potest eum in isto transitu liberare.

berare. Sicut enim incarcerati pro furto vel homicidio, dum sciunt se habere seuerum iudicem, & multos aduersarios, & diem appropinquare quo illic compa rebunt, terrentur, & mallent in carcere miserabiliter viuere, quàm extra turpiter mori. Sic fornicarij, raptores, & adulteri, timent illum diem, in quo habebūt iudicem inflexibilem, quem latere nihil potest, & qui errare non potest, & aduersarios fortes, & cū hoc maximè timent exitū illū, in quo sciunt suā dānationē ꝓximā esse, iuxta illud Ps. 108. Cū iudicatur exeat condemnatus .i. cum iudicatur cōi omnium iudicio .i. mortis exeat in aliam regionem condemnatus ad ęternam mortem, vt mors mortē sequatur. Ideo dicit alibi Psal. 54. Timor mortis conturbat me. Exemplū ad hoc de quodā qui morti propinquus valde timuit, quem cum confortarent amici dicentes quòd gaudere magis debuit, quia & patriæ suæ appropinquabat, & de peregrinatione, exilio & carcere exibat, & quòd esset in fine miserię suæ, & in principio gaudij sui. Respondit. Si bene vixissem, bene diceretis, nunc autem quia malè vi xi, timeo iusto iudicio appropinquare, & timeo quod gaudium finiam, & pęnas incipiā, quasi diceret illud Esaie. 49. In vacuum laboraui sine causa; & vanè fortitudinem meam consumpsi.

Sex causæ timendæ mortis ex parte mortis. Cap. V.



EX parte vero ipsius mortis multæ causæ timoris assignari possunt. Prima est necessitas. Mors enim quædam sententia est irreuocabilis. Si valde timent sententiam mortis in iudicijs secularibus quæ potest reuocari, quantum timenda est ista quæ nullo modo est reuocabilis. 2. Corinth. 5. Omnes in Adam moriuntur. i. secundum glos. necessitati mortis addicti sunt, & 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur: terra enim cū one e suo venit ad heredes, idest caro cū mortalitate venit ad putrefactionem & vermes, Iob. 17. Putredini dixi pater me us es, mater mea, & soror mea vermibus. Vnde Eccl. 41. Hoc iudicium mortis a Domino supple omni carni. Vnde cum Anaxagorę philosopho nūciasset quidā filij sui mortem, nihil enim inquit inexpectatum annuntias, ego enim illum ex me natum mortalem sciebā. vnde Bern. O nequam nequam vbi est illud, nequaquā morte moriemini. Secunda est propinquitas, Est enim mors valde propè, quę est non monitio tātum, sed peremptoria citatio; sed ad hoc pauci cogitāt, vt patet de illo de quo Grego. in 4. dialogorum. Quidam somniauit se multū victurum, & illa die cū multas diuitias aggregasset, subito mortuus est, & omnia intacta alijs dereliquit, iuxta illud Luc. 12. de diuite epulone, cui dictū est. Stulte hac nocte repetent animam tuā: propterea peccator multum timere debet, qui ꝑ diuersa flagitia & subterfugia procurauit exceptiones & dilationes, quando recogitat, quòd oportet eū ante faciem districti iudicis cōparere. Prouer. 2. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam pre cibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima. Tria enim sunt quę solent iu dices corrumpere: affectio, supplicatio familiaris, & susceptio muneris, sed zelus & furor viri, idest Christi non parcit in die vīdictę carnali affectione subuersus, nec acquiescet cuiusquam precibus familiari supplicatione seductus, nec suscipiet dona plurima munerū susceptione corruptus. Vnde Deute. 31. Iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora. Inde est quòd sicut festinat mors ad nos venire, tāto magis festinemus benefagere. Ecc. 14. Fili si habes benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer, me mor esto, quoniam mors non tardabit, hoc isinuat mortuus. Eccl. 38. Mihi heri & tibi hodie, quasi diceret. Sicut est modica distantia inter heri & hodie, ita inter mortem tuam & mortē meam, iudicium tuum & iudicium meum. Credere proinde debemus mortuo hæc dicenti, & nō diabolo nobis longā uitā ꝓmittēti dicēdo. Tu scd̄m cursū naturę diu vi ues,

Mors est sententia irreuocabilis.

2

A Iudicem tria possunt corrūpere.

Diaboli suasio facta inimnibus.

ties, tu multas poteris discere & videre. Isti sunt de schola diaboli, qui cum Eua audiunt nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij. Multi vero tales sunt vt dij reputati, qui non credunt esse aliam vitam secundum modum & statum vitæ eorũ. Est enim vita nostra breuis, & quasi vnius diei mora, cuius diluculũ est infantia, in qua adhuc nihil percipitur: aurora pueritia, in qua lucis paucũ per sensualitatem cognoscitur: ortus solis adolescentia, in qua crescit homo corpore & mente, sicut dies tunc crescit lumine & calore: meridies vero iuuentus, in qua est feruor diei. Sed postmodum succedit occasus solis, quę est vespera senectutis. Deinde superuenit vsque ad decrepitam ætatem, vbi deficit lux rationis & intelligentiæ, & tunc venit nox mortis. Eccl. 18. A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus, & Esa 38. De mane vsque ad vesperam finies me. Ideo viator qui longum terminum habet facere, festinare solet quando videt noctem appropinquare. Sic qui parum profecerunt in iuuentute, laborare moltũ debent in vespere senectutis, ne eos preoccupet nox mortis, quia (Ioan. 9.) venit nox quando nemo potest operari. Ideo Eccl. 11. Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua. Ideo dicit Psal. 54. Vespere & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo laudem. Oues enim comedũt auidius vespere quam mane. Sic nostro modo debemus auidius comedere pabulum gratiæ & doctrinę in senectute quàm in iuuentute. Operarius enim qui opus suum vsque ad vesperam nõ continuat, diei prę mium nõ reportat. Nam si præmium paradisi habere volumus, necesse est vsque ad vesperam senectutis finis & mortis in virtuosis operibus laboremus, quia iuxta Psal. 103. sententiam. Exibit homo ad laborem suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperam. In illo autem vespere mortis, iusti quiescent, & a laboribus cessabunt, iuxtà illud. Psal. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinũ alterius seculi lętitia, & iterum. 64. Exitus matutini & vespere delectabis, idest delectabis bonos in exitu vespere mortis, & matutini iudicij, quando in matutino illo interficiet omnes peccatores terrę. Ps. 100. Et sic patet ꝙ breuis ẽ vita hoĩs, quòd si dixeris multum viuere aliquando hominem, & multoplus alio tempore vixisse, Respondet Psal. 89. quòd mille anni in conspectu Dei tanquam dies hesterna quę preterijt. Et sic multi sunt qui in diluculo, alij in aurora, alij in meridie moriuntur, nõdum perfecta & plena die, de quo cõqueritur Theophrastus Aristotelis discipulus de natura conquestus, quę ceruis & cornicibus longissimã ætatem dedit, quę non sunt rationabilia, vtporè quæ viuunt per tricentum annos, & tamen homo rationis capax, cum tũc sentire incipit & cognoscere, declinat ad finẽ suum. Inde fleuit Xerses rex Persarum, vt scribit Herodotus & Hieronymus ad Heliodorum, cum videret de sublimi loco quasi infinitã hominum multitudinẽ & innumerabilem exercitum, cuius fletus causam requisitus assignauit; quia post centum annos nullos eorũ quos cernebat superuicturus esset: quia sicut scribitur. 2. Reg. 14. quasi aquę omnes dilabimur in terram. Natura enim aquę ẽ quę semper ad iferiora descẽdit, nunquam ascendit ad superiora, si ætas nostra naturaliter descendit ad inferiora senectutis & mortis & sepulcri, nunquã tamen secundum naturam ascendit ad superiora preteritę iuuẽtutis. sicut enim dicit Damascenus in libro Barlaam. Vita nostra est quasi quædam arbor ad cuius radicẽ duo mures sunt, vnus albus, alius niger. s. dies & nox, quę incessanter rodunt radicem illius arboris. Et sicut vox transit cito, & nunquam inde reuertitur, sic hominis vita. Vnde Iob. 7. Memento mei domine, quia ventus est vita mea. Multi enim pronosticant & astrologizant lõgos dies vitæ, cũ tamẽ Astrologi dicant, quòd cum sol est in meridie, tunc est vmbra breuissima: sic quãdo homo in feruore suo credit viuere, tunc sicut vmbra cito transit, sic vita eius. Psal. 143. Homo vanitati similis factus est dies eius sicut vmbra prętereunt. Iob. 7. Dies mei velocius transierunt ꝗ̃ a texente tela succiditur. Tela enim est vita no-

B Vita nostra breuis est.

D Vita nostra quomodò sit arbori cõparata, vento, et vanitati.

stra quę a texente cum clamore telę ciro succiditur, sic homo cum clamore & dolore a uita pręsenti separatur. Tertia causa est multiformitas interficiendi. Creaturæ enim insensibiles vix destruuntur, nisi vno modo. s. per contrarium vel saltem paucis modis; sed mors habet mille modos interficiedi hominem, modo per ignem, modo per aquam, modo per frigus, modo per calorem, modo per cibū, modo per famem, modo per tristitiā, modo per gaudium, & sic de alijs innumerabilibus: peccante enim contra creatorē homine, non immerito sunt omnes creaturę contra eū prouocatę. Sap. 5. Armabit creaturam ad ultionē suorum, sicut rege offenso ab aliquo, totū regnum insurgit in eū. Vnde & Hippocrates summus medicus corporum, rediēs de scholis, & intelligens quòd mater sua summè desiderabat eum videre, præmisit nuntium, imponens quòd aliqua trista diceret ei, timens, ne præ gaudio moreretur: quāto ergo facile innumerabilibus alijs de causis mori possunt homines cū præ gaudio moriantur. Inde est, quòd Valerius Maximus. lib. 9. c. 12. refert duas mulieres subito interijsse præ gaudio visionis suorum filiorum, qui sospites redierant de interfectione quam fecerat Anibal apud Perusium. Vnde 2. Regum. 14. omnes quasi aquę dilabimur in terram, quia sicut aquę super terram expansę p varias transeunt uias, sic nos per diuersas mortis vias, per diuersos morbos, & per diuersas ætates de hoc mundo trāsimus. Vnde mors ordinat quodammodo exercitum suum contra nos. s. famē, sitim, frigus, calores & innumeros morbos, & ipsa in eodē exercitu facit retro custodiam, & sic qui euadit aliquos priorum de exercitu, velit nolit in fine non euadit eam. Sed si quæratur quomodo mortem & ipsum eius exercitum illudere poterimus? Reddamus nos ei salua vita, & exponamus nos pęnitentiæ & afflictioni. Diuites enim huius mundi qui pro posse suo mortis resistunt, & exercitui eius fami, siti, & frigori victi capiuntur, & mors sæuit in istis. Luc. 12. Stulte hac nocte &c. Sed Christus & sui se spōtè tradunt morti, vnde & tradidit spiritum, nec aliquis cum extorsit: ideo mors non manet super eos, sed statim transeūt a morte in vitā: difficile enim est omnes laqueos eius euadere, qa nullus adhuc hominum euasit. ideo propter multitudinem horum modorum debellandi, facilè nos intercipit, & interimit. Psal. 89. Dies nostri sicut aranea meditabuntur, idest sicut opus araneæ quod facilè dissoluitur. Esaia. 38. Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me. Tela enim texentis est vita nostra, quæ diū & cum difficultate texitur, & difficulter texta, parum durat, & finaliter velocissimè succeditur, sic vita nostra diu & difficulter texta & conseruata, subito cadit, & dissoluitur. Finxerunt enim poetæ in inferno esse tres sorores omnia regentes, & disponēter quicquid erat ad vitā, vna nebat, secunda texebat, tertia rumpebat. In vtero materno nemur, extra vterum ordimur, seu teximur, sed in fine rumpimur & frangimur per mortem. Psal. 77. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cū festinatione. & Iob. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore, transierunt quasi naues poma portantes, & sicut aquila volans ad escam. Nā sicut cursor velocissimus modico tempore transit multa terrarū spatia, & sicut nauis cum bono vento multa maris, & sicut auis volans in aere multa aeris spatia, sic vita nostra cito trāsit vsque in aliud seculum, & cito terminata est. Quarta causa est incertitudo. Mors enim valde incerta est, & quo ad locum, & quo ad tempus, & quo ad statum. Eccl. 9. Nescit homo finem suū s. vel vbi morietur, vel qua ætate, vel quādo, vel in quo statu bono. s. vel malo. Sed quemadmodum aues capiuntur laqueo, & pisces hamo, ita & homines in tempore malo. s. ex improuiso. Est. n. mors incerta, primo quo ad tempus, dicit. n. dominus Apo. 3. Veniam ad te tanquam fur. s. in morte: quia sicut fur volens furari in hospitio patrisfamilias, latenter venit ad murum, vel parietem hospitij, & inde tot lapides, & tantum de cemento aufert, donec fiat tantum foramen, q intrare

E Mors mille modis homines interficit.

Moriuntur homines etiā præ gaudio.

C

F

Mors et eius exercitus quomodo a nobis illudatur.

Vita nostra est veluti tela.

Mors est incerta quoad locum, & quoad tēpus, & statum.

H

I idtrare potest, & tunc ingreditur, & accipit quod sibi placet: sic Deus volens quasi furtum accipere hominis animam latenter venit ad murum, & parietē corporis a quo per infirmitates & miserias subtrahit tandiu vires, donec prosternitur corpus, & anima inde educitur & in sibi debito loco collocatur. Huius incertitudinis rationem assignat Augu. dicēs. Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes. unde Tullius lib. de Senectute, frustra sperat adolescens se diu victurum, quid stultius quàm incerta pro certis habere, quin etiam illa ętas multos plures casus quàm senectus habet. Facilius. n. adolescētes in morbos incidunt, grauius ęgrotant, tristius curantur. Quot enim sunt modo qui multa disponunt in tribus vel quatuor annis se facturos, qui ante annum moriuntur? quot ędificant domos, & in eis non habitant? quot plantant vineas, & vinum non bibent? quot lucrātur magna, & in breui ratione reddituri coram Deo cum maximo dolore repręsentabuntur? quàm infelix humana conditio, quę nō animaduertit huius temporis incertitudinē. Vita enim pręsens comparari non immeritò potest periculo fluminis congelati, quia quandoque in principio glacies est spissa & fortis, sed in medio tenuis & debilis, ita q deficit & frangitur sub pedibus transeūtium qui cadentes ibidem submerguntur: sic uita pręsens in principio iuuentutis videtur fortis & sana, ita q homo uadit audacter, confidens in sua foritudine: & quandoque quando est in medio vitę suę dum deberet esse fortior & sanior, subito cadit per mortē, & vita deficit ei. Iac. 4. uita nostra vapor est ad modicum parens. Et mirabile est, quòd huiusmodi incertitudinem temporis mortis non timemus, quia quando in bello est vnus bonus qui trahit huc & illuc, & vndique interficit quilibet illum timet. Dominus autem iuxta Psalmistæ sententiam arcum tetendit & parauit illum: & in eo parauit uasa mortis. Psal. 7. tamen arcus iste non timetur cum videamus istum arcum quotidie percutiētem ante nos, idest antiquiores, & post nos, idest iuniores, & iuxta nos, idest nobis in ętate parens: & supra nos, idest potentiores, & subtus nos, idest inferiores. Sumus enim nos sicut signum ad sagittam, tātum enim circuit sagitta signum nunc de longe, nunc de prope, quòd ad vltimum transfigit illud: ille etiam qui tenet arcum istum fortissimus est, & peritissimus, vt quando voluerit, & sicut voluerit percutiat nos. Esa. 30. Subito cum non speratur veniet cōtritio illius. In hoc aurē quòd minimę pręcauemus nobis cum incerti simus de tempore finis nostri, multo deterioris conditionis sumus quàm aues, quæ videntes arcum extentum non expectant ictum sagittarij, sed ante euolant. Et miser homo expectāt ictum mortis priusquam conuertatur ad Dominum. Si homo haberet sagittam in corpore, non differret extrahere vsque ad mensem, & sagittas peccatorum retinet vsque ad annum. Psal. 37. Iniquitates meæ sicut sagittę infixę sunt mihi, & quia grossius signum citius percutitur cōiter q̄ minus, caueant sibi diuites, & potētes, qui sæpius quàm pauperes ante tempus moriuntur. Secundò est mors incerta quo ad locum, vnde Seneca ad Lucillum. Non vbique mors se prope ostendit, vbique tamen prope est. Item idem nescit homo quo loco mors debeat ei occurrere, ideo in omni loco expectanda est, nec solum mors est incerta quo ad locum in quo morientem rapit, sed etiam quo ad locum ad quem hominem deducit. Inde dicitur Eccl. 9. Nescit homo finem suum: quod considerans, propter Psal. 38. ait. Notum fac mihi Domine finem meum: ut frequenter me intelligam esse in hac vita finiēdum, & in tempore suo mea esse disponenda. Tertio est incerta mors quo ad statum mortis vel morientis. Dubiū. n. est de modo mortis, Alij enim sunt suspensi, alij gladio occisi, alij submersi, & sic de cęteris. Vnus bene moritur, alius male. Vnde Innocentius considerans labilem conditionem uitæ humanę, dixit in persona morientis. Valete, inquit, o amici mei, pro me orate, iter enim extraneum pergo quod nunquam ambulaui,

K *Vita pręsens flumini cōparatur cōgelato.*

ad regionem longinquam quam nunquã vidi,& seculum alterum animarum,vnde nullus reuersus est,ad mansiones metuendas, vbi nullus mihi compatietur, & ad iudicium terribile, vbi nescio quid mihi contingat. Ecce quæro adiutoriũ, & non est qui me eripiat, quæro qui me associet,& nullus mihi cõpatitur.Quicquid tamen sit,licet hora mortis sit incerta,tamen nihil certius morte. Vnde Aug.li.de spiritu.c.28.Nihil certius morte,nihil hora mortis incertius. nam nescimus aut quomodo,aut vbi morimur; quoniam mors ubique nos expectat;idcirco semper debemus esse parati; ut cũ corpus reuertetur in terrã, de qua sumptum est, spiritus redeat ad Dominum qui dedit illum.vnde Gre.lib.12.moral. Ad hoc conditor noster latere nos uoluit finem nostrum, ut dum incerti simus quando moriamur, semper ad mortem parati inueniamur. Quinta causa est cõmunitas, quia mors omnibus cõmunis est, nemini enim parcit, sicut iustus iudex,qui non respicit personam,nec alicui parcit. Nullus enim nec præce,nec ꝑcio,nec allegatione aliqua potest mortem impedire uel retardare quãdo uult venire: inexorabilis enim est, nec daret unam diem,aut unam horam de iudicijs pro toto mundo, ideo dicebat quidam quòd si haberet eligere iudicem, mortẽ prę cæteris eligeret in iudicem,eo quòd non est personarum acceptio apud eam, nec miseretur pupillo,aut orphano,nec timet potẽtem,nec veretur nobilem,nec dimittit diuitem, nec contẽnit pauperẽ, nec fortem,nec parcit sapienti,nec condonat insipienti.Vnde nemo põt ei resistere quin a quantumcunq; forti euellat animam ab eius corpore.Eccl.8.Non est enim in ditione hominis prohibere spiritum,nec habet potestatem in die mortis: ideo qui videt domum proximi ardentem,nõ multum debet confidere de sua domo. Vnde quidam vsurarius graui infirmitate laborans, fecit ante se apportari vasa aurea & argẽtea,numos & gẽmas,& dixit animæ suę. Anima mea, ecce omnia ista paraui tibi,& plura alia habes, quia domos & reditus, remane

Mors nemini parcit.

mecum,noli recedere. Cum autem sic frequenter dixisset & nõ sentiret aliquã alleuiationem per quam perpenderet aliquid de remansione prædicta,dixit tandem. Anima mea ex quo propter omnia ista non vis remanere, nec preces meas audire, vade cõmendo te centum milibus dęmonum, & hæc dicens mortuus est.in quo ostenditur quòd non est in animæ potestate non recedere,aut etiam morti contradicere.Sexta causa est violentia,parata enim est mors omni hora violentia inferre hominibus,& percutere vt conuerti non differemus.Psal.7.Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, sententiam mortis æternæ comminando arcum suum retendit sententiam mortis præsentis cõtestando:vt in Adã. Gen.3. In quacunque hora comederis &c. & in eo parauit vasa mortis.s.infirmitates quæ deferũt mortem vel inferunt. Sicut enim sagitta extensa parata est percurere,& arcus extensus sagittam emittere,sic Dominus differentibus cõuersionem paratus est mortem inferre. Sed multi faciunt, vt auis super ramum quæ dum deliberat quo volabit, a sagitta percutitur.Iob.34.Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi. Eccl.5.Ne tardes conuerti ad dominũ, & ne differas de die in diem,subito enim veniet ira illius:ideo Eccl.14.Ante mortẽ bene fac amico tuo,& secundum vires tuas exporrigens da pauperi.Non defrauderis a die bono,& particula diei bonæ non te prætereat.Si ergo mortis consideremus necessitatem,propinquitatẽ, multiformitatem, incertitudinem,communitatem & violentiam,cum hæc singula timenda sint tamquam mortifera, quantum timenda sint in simul aggregata? Si enim timetur vnus inimicus mortalis, quanto magis multi aggregati? 1.Mach.9. Et viderunt multitudinem exercitus, & timuerunt valde.

Mors violẽtiã infert.

Octo concomitantia mortem, causantia timorem ipsius mortis, quatuor spolia quibus mors morientes spoliat, diuitum hæredes tres complectitur. Cap. 6.

Infirmitatis acerbitas inducit mortis timorem.



X parte vero concomitantium mortem, valde timenda est mors. Primum enim concomitans est infirmitatis acerbitas, vt frequentius (de qua dicit Grego.) vis doloris impedit hominem, ne tunc de alio possit cogitare, ideo væ illis qui vsque tunc differunt disponere de anima sua: quia tunc vix, aut nunquam possunt sufficienter pœnitere. Similes enim sunt illi stulto peregrino qui vult transfretare, & nihil parat de necessarijs sibi vsque ad horam qua oportet eum recedere, ideo dicitur econuerso. Eccl. 12. Memento creatoris tui antequam veniat tempus afflictionis, scilicet infirmitatis, quando propter afflictionem non poteris. De hoc est exemplum de quodam vsurario, qui cum faceret testamentum astante Sacerdote, & multa daret diuersis amicis suis, & nihil ordinaret pro anima sua, dixit ei Sacerdos, dñe recordamini de anima uestra. At ille. Benedicitis domine, quia ego tradiderã obliuioni. Greg. Hac animaduersione percutitur peccator, vt dum moritur obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. De quo Baruch. 2. Quia non audierunt vocem tuam domine, sequitur. & ecce mortui sunt in doloribus pessimis: de quo Psal. 30. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus: de quo etiam Bernar. libro primo, de exhortatorio ad passionem, Euigila tandem euigila miserabilis anima cogita, & si non amore, saltem tremore cruciatum quem iam passura es in morte: certè nulla crux durior est quam mors, ad quam quotidie te festinas, & non attendis: vide quomodo te mors crucifigit, corpus rigescit, crura distenduntur, brachia decidunt, pectus anhelat, ceruix languescit, labia spumant, oculi stupescunt, facies sudat, vultus horrescit, & velut testa pallescit. Sicut enim arbor magna quæ plures radices habet in terra multum defixas, cum securi inscinditur, magno impetu prosternitur ad terram. Ita cum anima separatur a corpore per securim mortis, cum extrahere habeat omnes potentias & vitam ab organis corporeis, hoc fit cum maxima violentia & dolore. Secundum est, corporis & animæ amara separatio. Quanto enim se plus diligũt aliqui, tanto est eorũm amarior separatio, vt patet in viro & vxore: cum ergo anima adeò diligat corpus suum naturaliter, quòd etiam beatæ animæ desiderant incorporari, quis posset dicere quanta est amaritudo in illa separatione? Hanc amaritudinem præuipadebat Rex Agad qui dixit. primo Reg. 15. Siccine separat amara mors. vnde ex epistola Cyrilli Hierosolymitani ad Augustinum de morte Hieronymi, post obitum beati Hieronymi, statim surrexit in Palestina hæresis, quòd animæ non puniebantur, aut præmiabantur vsque post diem iudicij, & quod nullum erat purgatorium. Hac hæresi pullulante postquàm Cyrillus triduum ieiuniorum indixerat populo. Hieronymus beato Eusebio discipulo suo apparuit, dicens. Die crastina iuxta Domini præsepe quo meum inhumatum est corpus facies tria hominum corpora hac nocte defunctorum deportari, & posito sacco meo super eos statim resuscitabuntur, & sic hæresim destruent: quod & factum est, & resuscitati confirmauerunt fidem de articulo illo. Ad vnum vero illorum se contulit Cyrillus, & interrogatus cur lamentaretur, respondit. Si omnes quę in mundo cogitari possent pœnæ & afflictiones, & minori quod in alia vita habetur tormento comparãtur, solatia erunt; mallet enim quilibet viuentium, si illas pœnas transitorias experientia nosceret, vsque ad finem mundi omnibus his simul sine remedio torqueri, etiam quas omnes homines ab Adam hucusque sigillatim pertulerunt, quã vno die in inferno, siue purga-

Corporis morientis effectus miserabiles.

Animæ a corpore separatio q̃ sit amara.

Inferni, & purgatorij pœnarũ acerbitas.

torio minori quæ illic habetur pęna cruciari. Noli ergo mirari si plango qui me cognosco peccasse,& Deum iustum esse, sed potius admirare homines ꝙ se mori non dubitant, & cum aliorum experimento tanta hic securitate viuunt: nec tantas cogitant euadere pœnas:interrogauit insuper Cyrillus, Quid erga eum exeunte anima peractum est? At ille, adueniente hora mortis, tanta in loco vbi migraturus iacebam malignorum affuit spirituũ multitudo, quòd præ multitudine dinumerari non possent, quorum species talis erat, quòd nihil ea horribilius excogitari potuit. Qui ad me venientes,omnia quæcunque in Deum deliqueram ad memoriam reuocabãt, suadentes, vt amplius Dei misericordiam non sperarem, & nisi fuisset ex Dei misericordia,eis resistere non valebam.Sed statim affuit Hieronymus,qui eos fugauit. Tunc ad animæ exitum tam grauis & acerba pœna fuit,quòd certe quantæ fuerint præssuræ & angustiæ non caperet mens humana, nisi vel ego ipse didicissem. Si enim omnis humanorum intelligentia quas vellet angustias & dolores existimaret respectu dissolutionis animæ a corpore, aĩa illa ꝑ nihilo reputaret. In crastino alter ĩterrogatus dicebat. Anima nostra in exitu in ictu oculi fuit ante iudicem Deum, sed a quibus & quomodo deportata, nescio. fuimus tunc ego, & socij mei terroribus repleti in cogitationibus nostris,q̄d iudex ageret formidantes:heu cur nesciunt mortales quibus hoc eueniet, nullum eorũ quę toto tempore gessimus peccatorũ, iudicem latere potuit, immo tanquam essent præsentia, cunctis astantibus clara erant.Hic dæmonium multitudo stabat,mala testificantes quæ fecimus, locum & modum & tempora declarãtes. Nesciebamus quid agere.Sed affuit Hieronymus qui pro nobis orauit, vt ad sedandum hæresim sic suis meritis rediremus,& impetrauit 20.dies,vt cum beato Eusebio Cremonensi iterum moraremur, & pęnitentiam ageremus de peccatis nostris.hæc Cyrillus.Ex illo patet quàm dolorosus est mortis pũctus, quãta angustia in separatione animæ a corpore. Psal.47. Ibi dolores vt parturientis, in partu ruptis carnibus extrahitur fœtus a ventre. Sic in morte cuiuslibet impij,statim extrahitur anima a corpore cum magnis angustijs.Vnde mors,vt quidam volunt,a mordeo mordes dicitur, quia mordet hominem, separando vnam partẽ ab alia,scilicet animã a corpore partem principalem dimittendo, minorem partem assumendo, & consumendo per masticationem & digestionem.Sicut accidit in morsu rei edulis.In morte enim dimittitur anima, quæ est pars principalis intacta & immortalis, corpus quod est minus principale, vermibus consumitur. Inde Eccl.41. O mors quàm amara est memoria tua homini iniusto,habenti pacem in substantijs suis,viro q̄eto,& cuius directæ sunt viæ in omnibus,& adhuc valenti capere cibum.Certè amara est mortis experientia,quando tã amara est mortis memoria, multum amarus est eius gustus, q̄ñ tã amarus est eius olfactus. hęc amaritudo,significata est, 4.Reg.4. Mors in olla vir Dei, mors in olla. Qui.n. delectantur in ollis carnium volatiliũ & venationum,benè clamare poterunt mors in olla, quando mortis amaritudinem degustabunt.Amara quidẽ est hęc mors cogitantibus,multo amarior eam in proximis videntibus, sed amarissima eam sentientibus.Vnde Eccl.40.Iugum graue super filios Adam,a die exitus de vẽtre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium.Sub isto enim vinculo ligantur tam diuites,quàm pauperes septem vinculis, quæ sunt fames, sitis,frigus,calor,labor,morbus,&mors, quibus ligauit Dominus hominem post peccatum quasi insanum ne se interficeret.Nec mirum si amara sit mors impijs degustantibus eam, quia morsellus est amarissimus quem omnia animalia refugiũt. licet enim cardones amari sint hominibus non tamen asinis. Sed hunc morsellum omnia animalia naturaliter repudiant, quem diximus nominatũ ex morsu vetito primi parentis, vnde deriuata est mors vnde Aug. Opinor quòd ideo

Mors de dicitur, & quare sic dicitur.

Vinculis septẽ ligantur omnis.

ideo mors hoc vocabulum accepit, eo quòd morsu quodámodo venenosi serpentis, idest diaboli in paradiso Adã fuerat interemptus. Rom. 5. Per vnum hominem, scilicet Adam, peccatum intrauit in mundum, scilicet originale, & per peccatum mors. Sed quibus videatur amarus iste morsellus insinuat scriptura in loco allegato quatuor, scilicet generibus virorum: primò diuitibus cum dicit, habenti pacem in substantijs suis, quas diuitias Dominus in morte vertet in summã paupertatẽ. Apoc. 3. Tu dicis quia diues sum, & nullius egeo, & locupletatus sum, & & nescis quia miser es & miserabilis &c. Non enim sunt veræ diuitiæ quæ replent arcam, sed quę replent mentem. Cum enim homo pace fruitur inter multas diuitias, subito venit mors, quę scilicet omnia aufert, & tunc miser dicere potest. Esa. 38. Ecce in pace, scilicet substantiarum & diuitiarũ mearum, amaritudo mea amarissima. hæc enim pax ad modum rosę, est quę cito rubet, sed statim marcescit & moritur, de quibus 1. Thessa. 5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus. Psal. 89. Mane sicut herba transeat, & floreat, vespere decidat per mortem, induret per obstinationem, & arescat in tormentis. Secũdò amara est viro quieto in delicijs. Sic enim modò volunt esse quieti in suis delicijs, quòd nulla volunt molestia pulsari. Sed dum inter angustias mortis se reperiunt, tunc amaricatur anima eorum vehementer; & ratio est, quia passum strictum facilius transit macilentus nihil portans, quàm impinguatus homo & oneratus. Sed passus mortis strictissimus est, adeo ut corpus & anima quantuncũque sint mutuò colligata, illum passum simul transire non possunt, immo oportet quòd abinuicem separentur: ideo homines impinguati delitijs, & onusti diuitijs, in illo passu angustiantur multum & arctantur. Iob. 20. Cum satiatus fuerit arctabitur, & ęstuabit, & omnis dolor irruet super eum. Arctabitur enim sicut mus macilentus intrans cellarium per passum strictum & paruum, vbi inueniens frumentum, carnes, & caseum comedit. ideo impinguatur & augescit, & tunc Dominus uidẽs bona sua corrosa, sequitur murem & inquirit, & tunc mus fugiens uenit finaliter ad foramen per quod exierat, credẽs intrare, sed nimis impinguatus non potest, ideo capitur & occiditur. sic multi intrant cellarium huius mundi pauperes & macilenti, immo ita intrant omnes, & ibi inueniunt diuitias & delicias diuersas, & tunc comedunt & bibunt, & fiunt magis potentes. Et tunc Dominus cellarij, idest mundi, videns bona sua consumpta ipsos persequitur, immittendo infirmitates; quod ipsi uidẽtes fugiunt quantum possunt. Sed quando putant finaliter euadere per uiam paupertatis, per quam intrauerunt, non possunt dimittere cordis affectionem diuitias. s. quas congregauerunt, & inordinate dilexerunt. Quemadmodum de quodam vsurario Metensi dicitur, cui iniunctum est quòd faceret restitutionem, at ipse si vis inquit quòd restituam, scinde ventrem meum, & extrahe cor quod ibi est, & pone aliud, quia quamdiu cor quod habeo remanebit, impossibile est quòd ego restituam, & ita tales sic impinguati, in illa hora capiuntur sicut mus. Tertiò videtur amara mors viris benè fortunatis in hoc mundo, vnde subditur, cuius vię directæ sunt in omnibus, quia omnia perueniunt ei ad nutum: sed non videt casum & infortunium suum quemadmodum de Babylone de qua dicitur Apoc. 18. dixit enim in corde suo, sedeo vt regina, & vidua non sum, & non videbo luctum: ideo in vna die venient plagę eius mors, & luctus, & fames, & igni comburetur. subitum enim fulgur quandoque magnam turrim destruit, sic subitum infortunium, vel subita mors magnum fortuitũ. Quartò his qui sunt potentes & fortes corpore amara est, vnde subditur, & adhuc valenti capere cibum. Tales enim cum maiori difficultate moriuntur, tum propterea quia delicati sunt in corpore, ideo eorum complexio delicatior & tenerior. Tum etiam quia didicerunt semper in gaudio epu-

Quatuor generibus virorũ mors est amara.

Pars diuitiarũ mala.

 lari

lari de melioribus: ideo difficile est eis tempus contrarium quādo nec amplius mandere possunt: & sic delectari. Sunt enim multi qui prelatos commendant vsque ad celos,quia multa comedant & deuorent,pauci vero nunc commendātur ab austeritate parsimoniæ, ab honestate vitæ,a perfectione scientiæ,sed maxime hodie commendantur a vestium curiositate,& ciborū superfluitate. Nūc enim clerici volentes suos commendare prælatus dicunt, bonus prælatus est, ipse suis seruis dat multa in prandio suo quotidie, tot habet fercula, iuxta illud diuitis euangelici, induebatur purpura & bysso: ecce vestium curiositatem, & epulabantur splendide,ecce ciborum superfluitatem: & quibus conclusit enim Dominus æternum supplicium,dicens, Mortuus est ergo diues, & sepultus in inferno.Tertium concomitans mortem est ab omnibus rebus spoliatio.Est enim mors sicut fur,qui mundi amatores spoliat crudeliter, & ad infernum deducit. Spoliat autē eos quatuor bonis. Primò quidē eos spoliat huius mundi gloria,& pompa,in qua plures ponunt spem. Sed in morte percipere possunt, quòd verū sit illud.Esa.40.Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exiccatum est fœnū & cecidit flos. Quid enim portant de gloria sua principes & barones? quid de honore quem homines eis inferebant?quid de comitiua?quid de timore subditorum?omnia hæc in morte pereunt. Vnde de Alexandro dicebant quidam philosophi. O Alexander heri tot regna habebas in tua potestate,hodie te tenet mors in sua potestate, heri comedebas tot cibaria delicata, hodie factus es cibus vermium & esca.heri habebas comitiuam regum,principum,ducum, & baronum, hodie solus iaces in sepulcro vermibus comitatus. Hinc ait Aug. O vita fallax & vmbratica,plena laqueis multis, nunc gaudeo, sępe tristor:nunc vigeo,sæpe infirmor: nunc viuo,statim morior: nunc fælix appareo, statim miser videor: nunc rideo, statim fleo. Sicque omnia mutabilitati subiacent,vt nihil vna hora,vno statu permaneat:hinc tremor,hinc fames,hinc sitis, hic calor,hic frigus,hic labor,hic dolor exuperat. Secundò spoliat mors mortales a suis temporalibus. Iob.26. Diues cum dormierit,nihil secum afferet,aperiet oculos suos & nihil inueniet.Ps.75. dormierunt somnū suū,& nihil inuenerūt &c.Mūdus.n.licèt inuoluat hospites suos bonis multis, tamen in recessu ab hospitio totum retinet, sicut hospitum receptor. Gulosus enim quando est in taberna, & datur sibi quicquid petit, non cogitat de exitu, sed in exitu necesse est ipsum soluere, alioquin spoliatur. Sic diuites huius mundi non cogitant de mortis exitu,& cum perueniunt ad exitum illum ex toto spoliantur.Gulosus enim pauper somniat quandoque se esse diuitem,sed cum euigilat nihil inuenit. Exemplum de Saladino qui fuit maximus inter Soldanos,cum autem videret finem suum appropinquare, fecit apportari sibi sudarium suum,& illo appenso in lancea fecit acclamari.Ecce videte quòd Saladinus de omnibus suis diuitijs nihil aliud secum portabit. Sicut enim serpens transeundo per angustum & strictum foramen pellem deponit, ita quòd tota nuda vlterius transit: Sic anima per strictissimum foramē mortis dum transit, pellem, idest temporalem substantiam, & carnem, idest corpus dimittere compellitur tota nuda, nihil secū nisi peccata portans, & tunc cum nuda est anima, omnes debitores eius quod suum est repetunt,& hoc in extrema necessitate eius.Natura sanitatem, pulchritudinem, & fortitudinem quas dedit, & etiam alimentum, cum homo tunc sæpe egerat. Deus animam quam dedit, terra corpus, & diabolus pro delectationibus concessis de anima contendit. Vnde diuites cum a mundo exeūt,tres hæredes, vt cōiter,dimittūt, scilicet parentes, vermes, & dæmones; de quibus Ecclesiastici.10.Cum morietur homo hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes, bestiæ, idest parentes, qui bestialiter postmodum viuunt, de malè acquisitis,diuitias possident; vermes, possident carnes ad comedendum.

R *Mors spoliat quatuor bōis mortales.*

Mortales morte spoliantur.

S

T *Diuites tres hæredes relinquūt cum ad mortem veniūt.*

Iob.11. Simul in puluere dormiunt, vermes comedent eos. Carnem enim sibi vendicant tanquam rem propriam, in qua magnam se reputant habere iustitiam: & cum tanta iustitia & potentia illam petunt, quòd nullus potest eis illam negare, nec Papa, nec Rex. Et ratio iusta est & æqua. Nam res mortuorum debent iure hæreditario ad propinquiores deuenire, nullos autem propinquiores habet genere mortuus quam pu-
V tredinem & uermes, quia putredo pater & mater, & uermis soror, & frater. Iob.17. Putredini dixi, pater meus es, & mater mea, & soror mea vermibus. Ex putredine enim oritur omnis homo naturaliter, ideo est pater & mater. Sed dicuntur fratres qui ex eodem patre generantur, homo enim & vermes idem principium habent, ideo æquum est & iustum, vt putredo & vermes hominem hæreditent: ab hoc solo eximitur Christus, qui ex putredine natus non est. Sed dæmones hæreditant animam, ita quòd sicut amici mundiales parati sunt rapere temporalia, sic dæmones animam, vt remaneat miser homo ex om-
X ni parte obsessus. In morte enim est de homine sicut de bestia quam excoriat carnifex: vxor tenet pedem vnum, filij alium, canis expectat sanguinem ad bibendum, proximi carnes ad comedendum. Sic filij & vxor temporalia, vermes carnem, dæmones animam. de quibus dicitur Iob.5. Conteretur in porta, scilicet quando anima exibit a corpore, cuius messem famelicus comedet, hoc ad vermes pertinet, qui comedunt messem, id est carnem quam malè seminauit: iuxta illud Gala.5. Qui seminat in carne, de carne metet & corruptionem, & ipsum rapiet armatus: hoc ad dæmones refertur, qui nostris malis operibus contra nos se armant: & ebibent sitientes eius diuitias: hoc ad parentes qui magno desiderio suas diuitias rapiunt, & tamen nullam eleemosynam faciunt: & de hac partitione conformiter dicitur in Psal.62. Ipsi uero introibunt in inferiora terræ, id est in sepulcrum, quo ad

Putredo est pater, & mater mortui, & vermis soror, & frater.

corpus, vbi comedentur a vermibus, tradentur in manus gladij, scilicet æternæ damnationis: quo ad animam partes, id est possessiones erunt vulpium, id est parentum. Est enim mors gladius Y acutissimus, diuidens terrena bona, & potentiam hominum secularem secundum occultam Dei prouidentiam. De illo enim maximo fluuio Gange dicit Orosius, quòd quamuis habeat centum passus in profunditate, octo milia passuum in latitudine, Cyrus tamen ipsum in mille trecentos, & sexaginta alueos diuisit, & sic fluuium illum maximum vadabilem fecit. Sic non est dare fluxibilem, & mortalem hominem ita magnum, quin Deus quandoque per mortem & infortunia diuidat, & potentiam eius diminuat. Magnus enim fluuius absorbens omnia fuit Alexander, cuius tamen Imperium statim eo mortuo in quatuor diuisum est. 1.Mach.1. Maximum flumen fuit Romanum Imperium, per quod absorptæ sunt multę gentes, & in quo multæ horrendę beluæ habitauerunt, quæ mundum suis temporibus molestauerūt; nunc in quot partes diuisum sit, experiencia docet. Simile est nunc de multis auaris qui multa pro tempore absorbent, sed ipsis mortuis omnia condiuiduntur, & ad nihilum declinant. Et pro omnibus istis, vt communiter in fine thesaurizant sibi iram Dei, iuxta illud Iac.5. Thesaurizantis vobis iram in nouissimis diebus. Et Esa.9. In nouissimo aggrauata est uia maris. Tertiò spoliat mors corporis voluptate & delicijs. Tunc enim nihil prosunt deliciosæ vestes, instrumentorum melodię, picturę in pannis & cameris: cibaria delicata, canes & aues, &c. tunc oculi non videbunt lumen, facies efficitur pallida, manus nihil amplius poterunt tangere, nec pedes ambulare, nec lingua loqui, nec labia moueri, nec aures audire. Ad hoc est exemplum de Helena urbis Z Troianæ quę omnes cōmouebat ad libidinē, q̄ mortua cōmouebat ad horrorē. Vnde ad hoc est dictum cuiusdam philosophi. Ingressus sum vt viderem cadauer

Status morientis miserabilis.

dauer Cæsaris, & vidi eum liuido colore coloratum, putredine circundatū, aluum eius dirutum, & vermium cateruas per illud discurrentes, duo famelici pascebantur in foueis oculorum, crines non adhærebant capiti, dentes patebant labijs consumptis. Et dixi vbi est Cæsar chorus puellarum, magnitudo, diuitiarum, caterua baronum, acies militum: vbi sunt canes venantes, equi veloces, aues rapaces, thalamus depictus, lectos eburneos, argentum, aurum: vbi sunt vestimenta mutatoria, cibaria diuersa, canticum lyræ, organorum sonitus, odor aromaticus? te verebantur homines, timebant principes, colebant vrbes. vbi est tanta potentia tam præclara facta? & respondit mihi. Hæc omnia defecerunt in me quando defecit spiritus meus, & reliquerunt me in hoc misero sepulcro circundato & repleto putredine carnis meæ. Vnde Iob. 23. Dulcedo illius vermis. gl. 1. Caro quæ dulcis fuit luxuriosa, vermis erit, & a vermibus possidebitur. Quarto spoliat mors amicorū præsentia & subsidio. Tunc enim non erit tecum vxor, nō adulator solito more cōfortans, non aduocatus causam iniustam defendens, non procurator pro te comparens, quia in causa criminali non per procuratorem, sed per se quis debet respondere. Vnde quidam rex de die mortis per medicos certificatus dicebat, heu quot præcessores & præcursores habere solebam ad parandum mihi hospitium, & omnia necessaria antequam ad illud venirem: hodie recedo solus ad patriam ignotam, & nullum inuenio qui me velit præcedere, vel mecū ire, immo quod deterius est, sic spoliantur amicis, quod apud eos etiam perit memoria eorū cū sonitu, vt ēt nec precibus velint eos iuuare post mortem. Esa. 26. Propagines relictæ sunt, transierunt mare. In morte enim propagines omnes fiduciæ deserūtur, dum propinqui non curant animæ mortui subuenire, & sic transeunt mare amaritudinis mortis in aliud mare amarissimum. Quartum cōcomitans est peccatorum memoria. Deutero. 31. Occurrent vobis mala in extremo tempore cū feceritis malum in conspectu Domini. Sicut enim viro iusto bona quæ fecit recordata, dant ei quandam securitatem, vt confidat in morte sua. Sic procurante diabolo impio constituto in extremis redeunt ad memoriam mala quæ fecit, vt sint ipsi occasio desperationis, sicut Iudæ qui recogitans peccatum suum dixit, peccaui, & abiens laqueo se suspendit. & Tullius in Catilinam. Scelera tua quasi quædam furiæ tibi occurrunt. Quintum est repręsentatio coram Deo, tunc enim oportet animam Deo creatori suo repræsentari. Eccl. 12. Et spiritus redeat ad Deum qui fecit illum, & loquitur de hora mortis. In vitis patrum, dicit abbas Helias. Ego rem illam timeo quando anima mea occursura est Deo. Si autem viro tam perfecto terribilis videbatur illa repræsentatio, quam terribilis debet videri viro impio, & innumerabilibus coram tanto iudice reo: ideo orandum est pro defunctis cum exeunt ab hoc seculo, & non est eis detrahendum. Refert legenda Longobardica, quòd in monasterio sancti Gregorij frater quidam nimio febrium caloro vltimum statūm emittere videbatur, circunstantes vero Monachi psalmodiam interrumpentes, cum ei detraherent, ipse reuiuiscens, & oculos subridendo concutiens ait, parcat vobis Deus fratres, quare mihi detrahere voluistis, nam impedimentum mihi non modicum dedistis. Nam tam a vobis, quàm a diabolo sub vno tempore fui accusatus, & nesciebam cui calumniæ prius debui respondere. Ideo si aliquando aliquem migrantem viderimus eidem non detractionem, sed compassionem impendamus, vtpote qui ad tam districti iudicis iudicium cum criminatore suo vadit. Timeant proinde quicunque raptores, & odiosi Deo, & hominibus, ne forte cū discesserint ab hoc seculo, non compassionē ab hoībus accipiant, sed maledictionem pp iniustitias suas. Sextum concomitans est horrendus dęmonum cōcursus. Ber. O anima mea, quis erit ille pauor

Peccatorum memoria morientem valde excruciat.

Diaboli veniunt tempore mortis morientes tentaturi. B

uor, cum tibi caterůatim occurrentia il la teterrima monstra videbis? Veniet.n. tunc diabolus primò sicut pastor ouem suam ne perdat, suscepturus animam. Si enim animam Christi expectaturus aduenit, prout dicit dominus. Io. 14. Venit enim princeps mundi huius, & in me nō habet quicquam, quomodo igitur sibi timere non debet Christianus in peccato natus & nutritus? Et ipsi vt miserum peccatorem non perdant, agmine aggregato successiuè vadunt & veniunt, terrorem incutientes & uiam ne egrediatur & euadat obsidentes. Iob. 20. Vadēt & uenient super eum horribiles. Secūdo venit sicut fœnerator, mutuum repetiturus. Luc. 12. Stulte hac nocte repetent a te, &c. Et dicitur repetēt pluraliter, quia plures congregabuntur, ut magis terreatur peccator, & terrendo desperet. Iob. 19. Simul venerunt latrones eius. s. Dei, & hoc permissione eius, & fecerunt sibi uiam per me, obsederunt in gyro tabernaculum meū, & hoc iusto Dei iudicio, & peccatoris demerito. Vnde dicit, fecerunt sibi viam per me. Tunc peccator desperatus timet & tremet, & nescit quid respondeat, aut quid agat. Psal. 54. Timor & tremor venerūt super me, & con texerunt me tenebrę. Tertiò sicut accusator suum priuilegium ostensurus. Vnde dicit moriens illud. 4. Reg. 4. Ecce creditor uenit, ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Diabolus enim quę corpus & animam repetit, chirographum dedit cum peccauit, & quia non est deletum per pœnitētiam, illud ostendit. ideo a iusto iudice petit iustitiam, & profertur sententia. Psal. 113. Veniat mors super illos, & descendant in infernū viuentes. Quartò sicut raptor & tortor reum puniturus. Io. 10. Fur non uenit, nisi ut furetur, & mactet & perdat. fur enim de nocte subito uenit, improuisos inuadit, spoliat, īterficit, de quo Hier. 6. dr̄ peccatori morienti. Fac tibi planctum amarū, quia repente ueniet uastator super uos. uastator est diabolus, qui omnia suorum bona deuastat, quia cum quis est in mortali peccato, omnia bona sua perdit. Si ergo magnum gaudium est animæ iustæ cum exit a corpore, dum portatur ab Angelis in cęlum, iuxta illud Luc. 16. factū est, ut moreretur mēdicus & portaretur ab Angelis in sinu Abraæ. & iterū Psal. 44. Offerentur in lętitia & exultatione. Si insuper magna est illis securitas in deportatione illa cum non formidant bestias infernales in exitu eis insidiantes, quantum timendus est ille incursus viris nequam, & tunc destitutis auxilio & consilio. Si enim Christus timuit, & Stephanus, & orauerunt pro seipsis, quantū debet orare ante tempus illud, ut Deus tempus donet pœnitentiæ? Exemplum de tremore comitis Matisconen. qui visibiliter a diabolo delatus est in infernū. Septimum concomitās est corporis destitutio. Mors enim aufert corpori & pulchritudinem, & fortitudinem & florem iuuentutis, & omnimodam gloriā suam. Vnde Sebastianus in legenda sua, ait. Mors omnia interimit, ita ut cum esse desierint, nec fuisse putentur. Non autē solum in re, sed etiam in spe, in quo est deterior homo vegetabilibus, quæ priuata suis bonis per abscisionem, rursum recuperant ea, homo uero secundum naturam non potest. Iob. 9. Lignum habet spem, si præscisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. Homo vero cū mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi quęso est? Vnde 1. Mach. 3. Dicit Mathathias deplorans, omnis compositio eius ablata est. Octauum est vilitas cadaueris. Mors enim nō solum aufert bona corpori, sed etiam hominem redigit in cadauer quocunque cadauere alio vilius. Ber. Quid fętidius humano cadauere? quid horribilius mortuo homine, cuius erat in vita gratissimus amplexus, fit in morte horribilis aspectus? Quid ergo prosunt deliciæ? quid diuitiæ? quid honores? diuitiæ non liberant a morte, nec deliciæ a verme, nec honores a fœtore. Qui modo sedebat diues in throno, iacet nūnc pauper in tumulo. qui modo delicijs uescebatur, nunc in sepulcro a vermibus consumitur. qui paulo ante gloriosus astabat in aula

Homo in aliquo vegetabilibus deterior est.

Humani cadaueris vilitas.

aula, modo iacet ignominiosus sin culpa. Ad speculandum autem in hoc cadauere deberet homo ire frequenter ad sepulchrum, saltem consideratione, dimissis alijs uanis spectaculis. Eccl. 7. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & uiuẽs cogitat quid futurum sit. Exemplum de
C magistro Petro Comestore, qui superse in tumba sua poni fecit hos uersus. Petrus eram quem petra tegit dictusque Comestor. Nunc comedor, viuus docui, nec cesso docere. Mortuus, vt discat qui me videt incineratum. Quod sumus iste fuit, erimus quandoque quod hic est.

Mors cum suis decem nuntijs, quatuor mortales docet vitare. Cap. VII.

Nota quòd mors cũ suis nuntijs specialiter docet uitare quatuor, in quibus maior
D pars hominũ errat, scilicet cupiditatem, luxuriam, superbiam, & præsumptionem longæ vitæ. Et rationes quare hæc vitanda sunt tanguntur. Iob. 14. Cum dicitur. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra. In hac enim auctoritate quatuor tanguntur, breuitas contra cupiditatem, miseria contra lasciuiam, contritio contra superbiam, velox fuga contra longæ vitę præsumptionem. Quod breuitas sit remedium contra cupiditatem patet, quia si
E homo haberet de communi humanæ vitæ cursu, vel ex priuilegio speciali, vel quacunque certitudine, quòd per decem milia annorum viueret, vel saltem per mille, vel per ducentos annos haberet aliquod motiuum, vel colorem cupiditatis, vt sibi pro tam longa vita prouideret in futurum. Nunc de illis qui nascuntur decimus non peruenit ad octogesimum annum, & qui illam attingunt ætatem amplius autem eorum labor & dolor. Nam ex tunc incedunt curui, tussientes, pleni miserijs: quia senectus secum multa affert incommoda: & dato quòd viuerent mille annis, adhuc

Vitæ breuitas est remedium cõtra cupiditatem.

mille anni tanquam dies hesterna quæ præterijt. Psal. 89. Et ideo si vita sit ita breuis, mirabile est quomodo ita cupiũt aggregare diuitias, solicitati de tam breui vita, nihil curantes de æterna. Vnde & rationabiliter Deus vitæ breuitatem ordinauit contra mundi cupiditatem, ita quòd crescente cupiditate vitam abbreuiauit cupidorum. Nam in principio mundi cum terra esset habitatoribus amplior, quia habitatores tunc erant pauciores, minus cupidi, minus mutuis & malitijs se expugnantes. Nondum enim inuentæ erant malitiæ quæ de die in diem crescunt, tunc habuit homines qui nongentos annos & vltra attigerunt. Nunc sicut cum terrarum termini & possessiones arctantur, quia possessores & habitatores multiplicantur quibus terra vix sufficit, Ira cupiditas & auaritia & malitia crescunt: intantum quòd quælibet fere alium litigijs placitis, vel bellis expugnat: ita insuper & dies vitæ decrescunt, & ætates hominum abbreuiantur, vt per hoc omnibus Deus patefaceret, quòd ideo dies abbreuiat & ætates, vt destruat cupiditates, ad modum medici qui crescente morbo augmentat medicinas, ostendens cupido, quòd cum habuerit quod cupiebat, possidere non poterit. Iob. 20. Quod autem miseriarum copia sit remedium contra inordinatas concupiscentias patet, quia si corpus ante mortem, vel in morte, vel post mortem esset fælix & bene conditionatum, non esset mirum si anima ipsius sequeretur desideria: nũc vero quia tot repletus miserijs, & in morte & ante & post videtur quale est corpus, dissuadetur animæ ne ipsius sequatur voluptates. Ante enim mortem, vel non est sanum, vel indisponitur ad sanitatem, vel est cum materia infirmitatum, vel grauatum, vel cum timore infirmitatum, uel cum passionibus alterantibus ipsum: in morte autem & post satis patet ad sensum eius dispositio. Nolite ergo secundum carnẽ viuere, quia si secũdũ carnẽ vixeritis moriemini. Si aũt spiritu facta carnis mortifi-

Vita cur in dies decrescat.

F *Miseriarum copia remedium est concupiscẽtias.*

G Contritio cōprimit superbiā.

mortificaueritis, viuetis. Ro. 8. Quod cōtritio destinat superbiā patet, quia quàm cito positi erimus sub pedibus non solū hominum tam amicorum quàm inimicorum, sed etiam canum & bestiarum. Qui nunc eleuat magna palatia & magnas habitationes, habebit aulam, cuius summitas nasum suum tanget, & qui nunc nescit de quo vult indui ad pompam, habebit tunc vestimentum de terra & de vermibus, & qui nunc pro verbo offensus cum hominibus pugnat, tūc si gladium haberet in manibus a miseris bestijs & vermibus se custodire non posset. Et si hæc considerauerimus paruum inueniemus superbiēdi motiuum, quia Eccl. 3. Omnia conterit tempus moriēdi; & Eccl. 48. & post mortem nō erit tale nomen nostrum. Quod uero fuga velox nos retrahat a spe longioris vitæ patet. Nam paruum desiderium de longa vita haberemus si cōsideraremus. quòd sicut existens in naui mota siue comedat, siue dormiat, siue gaudeat, siue doleat, versus portum mouetur, quod tamen non percipitur nisi portus uel ripa videatur. Ita nos uersus mortem etiā si corpore quiescamus, mouemur, sicut portatus in naui, & sicut vmbra mouetur ad motū alterius, ita & nos ad mortem motu temporis velocissimo. Currunt enim omnes motu uelocissimo tā parui quàm magni, tam potentes quàm contracti. Etiam pueri antequam gradiantur ad mortis diem tendunt. Quilibet enim singulis diebus facit vnam magnam dietam ad mortem, de quo cursu dicit Aug. Nihil aliud est tempus præsentis uitæ quàm cursus ad mortem, in quo nemo, uel paululum stare, uel tardius ire permittitur. Sed omnes vrgemur pari motu. Ex quo uero satis apparet quàm fatuum sit sectari gaudium in isto mūdo illis quibus potius fletus pertinet quā risus, utpote quæ ad mortem tendunt. Fatuus enim esset ualde qui ad mortem uel patibulum duceretur & rideret. Inde Eccl. 2. ait sapiens, Risum reputaui errorem. Secundo patet quàm fatuè agunt qui tantum laborant, vt diu viuant, valde enim fatuum est continuè ad aliquem locum currere, & nolle ad eum peruenire, vnde Aug. Quanta cura quanto opere quærunt homines, vt diu viuāt, ipsum autem uiuere quid est, nisi ad finem currere? & Greg. Quid est uita mortalis nisi uia? & qualis sit fratres mei bene perpendite. In labore uię lassari, & tamen eandem viam nolle finiri. Sicut enim in flumine non apparet velox cursus nauis nisi respectus habeatur ad stabilitatem littoris, sic non apparet velox cursus nauis præsentis, nisi habeatur respectus ad æternitatem vitę futuræ: & quia iusti hunc respectum habent, quia oculi Iacob in terra frumenti & vini. Non autem impij quandiu viuunt in hoc mundo, quia oculi stultorum in finibus terræ, ideo stulti non apprehendunt finem suum, & quòd ad eū currunt, quia de stabilitate ęternitatis non considerant, sed hoc bene cognoscunt, qui iam sunt in inferno dicentes. Sap. 5. Nos nati continuò desinimus esse, & virtutis nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra cōsumpti sumus. Preterea de huius breuitate vitæ, & fuga veloci quibus tendimus ad mortem, exemplum habemus in sole, de quo dicitur Ecc. 1. Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur: quam cito enim sol ortus est, tam cito tendit ad occasum: & quando creditur occidisse occultè, redit ad locum unde processit. sic homo quàm cito natus est, incipit ad mortem currere: & cum mortuus creditur, ad actorem suum reuertitur, ut pœnam uel præmium recipiat. Ex quo fatui ualde apparent, qui mundum istum transitorium regno æterno præponunt: sicut fatuus esset qui in modica terra haberet ius dominandi tanto tempore quanto posset transire eam super unum uelocem equum, & in uno magno regno haberet ius illud perpetuo possidendi, sed pro primo iure secundo se spoliaret. Equus autem noster velociter currens ad mortem est corpus nostrum. Esa. 31. Equi eorū caro, super quam residet anima nostra.

H Vitæ humanæ fuga velox.

Quinque bonæ mortis conditiones. Cap. VIII.

I PRima conditio bona ipsius mortis, quia scilicet est prudentissima eruditrix & magistra omnium, reducens homines errantes ad lumen veritatis: vnde & dicitur in Psal. 138. Nox scilicet mortis illuminatio mea in delictis meis. Secundo mors est iustissimis iudiciaria, & strictissima ordinatrix. Nam in mundo isto multi sunt deordinati, quia ipsi peccatores & abundantes in seculo, aliqui per potentiam, aliqui per falsitatem, aliqui per cautelas obtinuerunt diuitias, & alijs præponuntur, & vnus alterius locũ capit, & rapax, & potens exaltatur. Sed per mortis ordinationem omnes ordinantur, & suis reponentur in locis: ita vt secundum eorum valorem collocentur. Vnde & Psal. 72. statim post subdit. Intelligam in nouissimis eorum scilicet in morte. Veruntamen propter dolos quos fecerũt supple, posuisti eis supra terminum mortis: deiecisti eos dum alleuarentur. Hinc est exemplum de diuite, & Lazaro, qui male collocabantur in hoc seculo, sed dum mors egit suum officiũ, iuxta merita sua iustè collocati sunt. Mors enim secundum Guil. Paris. est securis de terra maledicta vitæ præsentis arbores erectas secans, vt alibi floreant & fructificent: videlicet plantatæ in domo domini in atrijs domus Dei nostri: inutiles uerò in ignẽ mittentur. de qua Mat. 7. & Lucæ. 3. Iam securis ad radicẽ posita est. Vnde sicut iustus iudex non pôt flecti prece nec precio, ita nec mors quin maiores etiam destruat: & sicut iudex per sententiam unicuique dat quod suum est, sic mors. q̃a corpus reddit terræ, animam Deo, vel diabolo. Eccl. 12. Puluis reuertatur in terram suam, & spiritus redeat ad eum qui dedit illum. Vnde nec accipit personam, sed omnia reducit ad æqualitatem. Vnde quidam versificator. Mors dominos seruis, mors sceptra ligonibus æquat. Tertio mors est strictissima purgatrix, quia hic in mundi campo granum cum palea permixtum est: quod quidem per mortem a paleis purgatur, & granum in horreo cœli reponitur, & palea in igne inferni. Quartò mors est largissima eleemosynaria: quia multa prius auarè collecta & retenta, largè dare facit. patet. 1. Macha. 1. de Alexãdro cui viuenti nõ sufficiebat totus mũdus, qui regnum suum moriens diuidebat. Et de Tremelane tyranno Parthorum quo mortuo vnusquisque tyrãnorũ resumpsit imperium sicut prius. Item de multis qui multos habent thesauros, quos contingere non audent, qui ad suc cessores per mortem deueniunt qui prodigè illos dissipant & consumunt. Quinto est diligentissima stimulatrix tepidorum, quia sicut nox appropinquans a viatoribus acidiam fugat, sic mors velocius Deum & ea quæ ad salutem animæ pertinent quærere facit. iuxta illud Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Mors mittit omnes in suũ statum meritorium.

Mors cogit nos ad faciẽdum eleemosynas.

Sex differentiæ quibus differenter moriuntur boni & mali diei mortis inflorum: quatuor proprietates bonorum mortis desiderium: decem mortis nuntios: & signum sex insignia continet. Cap. IX.

K NOta multum differunt boni & mali, per mortem exeunt hoc seculum, de ipsis enim vtriusque dicitur in Ps. 106. Appropinquauerũt vsque ad portas mortis, sed differenter. Nam iusti eas appropinquant lætanter & cum gaudio, sicut famelici ad portam ubi magnum præparatur conuiuium: pauperes ad portam vbi datur larga eleemosyna: peregrini ad portam domus propriæ, & sicut filius ad portam palatij, in quo scit patrem gloriosè regnare: sic boni appropinquant ad portas mortis, per quam itur ad palatiũ, in quo gloriosè regnat Christus cũ sanctis parentibus nostris, qui amicis ad eos venientibus occurrunt in porta mortis. Et si quis illorum in porta senserit pressuram infirmitatis, sicut quandoque intrantes ad magna festa, vel etiam durè in purgatorio manus suas lauerit in igne, sũc nõ meminerit pressuræ propter gaudium.

Differẽtia mortis bonorũ et malorum.

dium. Sed qui malè vixerunt appropinquant ad portas mortis cum desperatione, quia nec eleemosynarū largitiones, nec patrem quem offenderunt sperant adiutorem: sed magis illis dicere conuenit illud Esa. 22. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur: quasi diceret. Accipiamus hic solatium quod habere possumus, quia aliud post mortem non speramus. Sicut enim illi qui nihil in sua sentiunt conscientia debent illud iudicium Dei desiderare, vel sæpius memorari cum dulcedine, sicut dicit Psal. 118. Memor fui iudiciorum tuorum Domine & consolatus sum. Sic qui eam plenam sordibus sentiunt, horrere debent istud iudicium. Huius autem differentiæ ratio potest ostendi ex tribus. Primò quia qui habet laceratas vestes & debiles exterius, sed interius perpulchras & bonas, non timet, nec erubescit deponere vestem exteriorem & interiorem ostendere etiam coram multitudine. Ita sancti qui corpus reputant vestimētum fragile & debile habentes interius nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, idest animam pulcherrimè ornatam, non timent corpus deponere, nec erubescunt animā corā Deo & tota cęlesti curia ondere, immo cuilibet tali iuxta Ps. 118. sniam, iudicia tua iocūda. De illo enim dici potest illud Prouer. vlt. Ridebit in die nouissimo. Mali vero licet exterius appareant cū apparatu magno, interius tamen in conscientia non est nisi tinea & vermis: ideo non mirum si cum tristitia exeunt maxima. Exemplum de diuite qui exterius induebatur purpura & bysso, interius autem verme conscientiæ remordente. Secundo iusti habent causam iocundæ exeundi, ex confidentia quam habent in Deum, cui prius seruierunt, vt patet in vitis patrum de sancto Hilatione, qui quando debuit mori dixit animæ suæ. Egredere audacter, quare times egredi. nonne 60. annis seruisti Deo? quare times ire ad eum: si tot annis seruiuisses regi mortali, non timeres eum aggredi. Sed impij, quia non seruierunt Deo, causam habent timendi eum: quia seruus sciens & non faciens voluntatem domini sui, plagis vapulabit multis. Tertiò quia sancti confortātur communiter sanctorum visione & associatione quæ illis occurrunt in morte & aliquando Christus. Exemplum de Tharsilla. 4. Dial. & de Musa cui beata virgo aperuit. Item de Romulo: Item de quodam paralytico. Item de Vrsino: Ideo dicitur Iob. 5. ad aliquem sanctorum conuertere, ita ut sancti nunc sint faciendi amici: vnde & Stephanus moriturus vidit gloriam Dei, & cęlos apertos, & Iesum stāte a dextris Dei. Prouerb. 14. Sperat iustus in morte sua. Sed econuerso mali cum moriuntur sæpe turbantur horrendis visionibus dæmonum quorū voluntatem fecerunt, & cum eis quasi fœdus inierunt. Exemplum de Theodoro Crisorio & Monacho guloso. 4. dial. c. 38. Secundo differenter exeunt boni a malis, quia boni in morte adipiscuntur desiderium suū, iuxta illud Psal. 77. Desiderium eorum attulit dominus, nō sunt fraudati a desiderio suo. Et iterum. Psal. 20. Desiderium eius tribuisti ei, & volūtate labiorum eius, &c. Sed mali ex toto nihil sui desiderij moriendo obtinent. Sed omnia ipsis pereuntibus pereunt? Psal. 145. In die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Et iterum Psal. 3. Desiderium peccatorum peribit. Sicut enim mali sagittatores nunquam vel rarò nisi fortuitu attingunt signum, boni autem statim attingūt: sic mali homines vix in fine attingunt desiderū, boni verò quia rectè tendūt in Deum, illud facile attingunt. In morte enim lucrātur quicquid perdiderunt in uita sua; si enim temporalia amiserunt, si vitam, si amicos, inde in morte omnia recuperant non transitoria, sed æterna. Mali vero qui multum luserunt in uita ista, in fine omnia perdunt: & sic turpissimè falluntur. Inde est quòd iusti summè desiderant mortē, & hoc propter multa. Primò propter debiti vel tributi solutionē. Obligatus enim debitis, gaudet de sui acquittatione; omnes autem obligamur ad mortem. 2. Reg. 14: Omnes morimur, & sicut aqua dilabimur in terram. unde & Mat. 17. dominus pro se & pro Petro reddidit tribu-

Iusti summè mortem desiderant.

tributum,glos.i.mortem. Secundo propter huius mundi miseriç declinationé. Ionæ.3. Percussit sol super caput Ionę, & petijt animæ suæ, ut moreretur, & æstuabat per solis æstuationem,tangitur miseria & afflictio mūdi.Est enim mors eductio animæ de carcere graui, quem quęrebat.Psal.141.dicens.Educ de carcere animam meam, & Paulus.Rom.8. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sicut enim incarceratus gaudet de sui liberatione, sic iustus de morte:sicut etiā infirmus gaudet de sua sanitate. Quod enim corpus sit carcer grauis ipsius animę,patet Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Vnde latronem quodammodo se probat qui exire de hoc carcere formidat.Dignus enim suspendio mirabiliter timet educi de carcere, quia scit quòd ad patibulum immediatè rapietur.Item mors est finis vilissimæ seruitutis,quia corruptionis.Rom.8. creatura liberabitur a seruitute corruptionis. Prærerea est oneris grauissimi & vilissimi depositio.s.corporis,& de furioso equo,scilicet de carne descēsio.Inde dicitur Eccl.11. O mors bonum est iudicium tuum homini indigēti, & qui minoratur uiribus & defecto ętate. Tertio propter mundi periculorum euasionem, vt homo euadens de domo ruinosa, vel de incendio, totus enim mundus in maligno positus est. Sap.4. & 2.Corin.11. Periculis fluminū, periculis latrónum,&c. Oseæ 4. Maledictum,mendacium,homicidium, furtum inundauerunt super terram: ecce qualia flumina in quibus filij Hebræorum submergūtur. Sed de iustis dicitur. Sap.4.Iustus si præoccupatus morte fuerit,in refrigerio erit. Positus enim in periculo maris, gaudet de portûs adeptione: & pugil gaudet de victoria. ut enim dicit Gul.lib.de uirtutibus.Mors est pro pugnatrix animæ,uindicans eam de suo hoste nequissimo, scilicet carne occidēs ipsam.Inde 3.Reg.19.vidēs Helias persecutionem Iezabel in prophetas, petijt aiæ suæ,ut moreretur,q.a.s.nullus audebat prophetizare,vel veritatem prædicare.Sic Aug. legitur a Domino obtinuisse vt moreretur, cum circundabatur ciuitas Hipponensis ab Vuandalis,vt uitaret huiusmodi miserias quas videbat as futuras.Quartò propter præmij adeptionem,vt operarius de fine diei,ut mercedem recipiat.Iob.3. Expectant mortem & non venit, gaudentque uehementer cum inuenerint sepulcrum. Iusti enim laborant in vinea Domini vsque ad finē vitæ,& inde expectāt mercedem. Apoc. 14.Beati mortui qui in Domino moriuntur. Est enim iustis dies mortis, primò ortus æternæ claritatis.Iob.11.Cum te consumptum putaueris orieris, vt Lucifer, & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam.Secundò est acquisitio propriç quietis. Apo.14.Beati mortui &c. Et sequitur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Et Psal.126. Cum dederit dilectis suis somnum,ecce hæreditas,&c. Tertiò est possessio perpetuę securitatis.Iob.11.& defossus securus,dormies, & non erit q̄ te terreat.Quartò ingressus abundantię & satietatis.Iob.5.Ingredieris in abundantia sepulcrum: ideo non mirum si sancti plangunt dum non egrediuntur ab huiusmodi carcere & miseria,quē admodum vnus qui dicebat. Psalm.119. Heu mihi,quia incolatus meus prolongatus est.Et hoc dicitur.Apo.19. Quęrent homines mortem,& non inueniēt: Dominus enim permittit suos affligi donec probentur, vt furnarius panem dimittit in furno donec sit bene coctus. nec minus mirabile si gaudent cum exeūt de corpora dicētes. illud Psal.114. Conuertere anima mea in requiem tuā, quia dominus benefecit tibi:eo quòd de carcere egressa es ad regnum: de exilio, ad hęreditatem:de periculis,ad securitatem: de pugna,ad palmā:de miseria,ad gloriam.ideo dicit sapiens.Eccl.30.Melior ē mors q̄ vita amara.Et Eccl.7.Melior est dies mortis quàm dies natiuitatis. Et iterum. Eccl.4.c.Laudaui magis mortuos quàm uiuentes. Quod si dicatur quomodo sancti viri mortem desiderent, cum tamen eam timeant & horreant? quod enim timetur procul fugitur.Ad hoc respondendū sit prima propositio:

Corpus est carcer animæ.

Mors quid sit.

M

N

Iusti quo mortē timeant.

positio. Iusti timent naturaliter mori, primo propter naturalem inclinationem quæ refugit contrarium. Omnis enim natura mundi timet & fugit suum contrarium: vt gallus vulpem, & agnus lupū: ergo cum mors sit naturæ nostræ cōtraria quæ immortalis in sua creatione est facta, pro tanto quòd semper viuere potuisset si voluisset, non est mirabile quòd naturali instinctu mortem timet. Sicut etiam naturaliter plus timet homo esse solus in tenebris quàm in lumine, quia etiam tenebræ contra naturam nostram in sua creatione sunt, quia homo factus fuit ut semper in lumine vixisset, fortè corporalibus tenebris caruisset si se a tenebris spiritualibus diuisisset. Vnde & Christus mortem timuit. Sic & Petrus qui ante aduentū spiritussancti dū mori timuit uitam negauit. Sic Paulus qui panno (dum obtruncaretur) oculus operuit. Secundò propter lumē animę quo videt iustus intra conscientiam suā multa non purgata, & in alio seculo pericula & horrenda Dei iudicia. Legitur enim in dialogo beati Greg. quòd cuidam uiro religioso magnę perfectionis Antonio nomine, facta est vox in nocte dicens. Esto paratus quia dominus iussit te migrare: qui cum valde timens diceret se sumptus non habere, dictum est ei. Si de peccatis agitur dimissa sunt tibi. Qui cum adhuc trepidaret sequenti nocte verbis similibus admonitus, die quinta defunctus est. Item de Arsenio legitur in vitis patrum, quòd cum esset traditurus spiritum, viderunt eum discipuli flentem, qui dixerunt ei. Et tu times mortem pater? Quibus ille, In veritate timeo, & timor qui in hac hora mihi est semper fuit in me ex quo fui factus monachus, & sic in pace quieuit. vnde Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Legitur insuper Esa. 38. de Ezechia qui fuit de optimis regibus Iuda, quòd nuntiata sibi morte, timens fleuit valde: & sic de multis alijs sanctis legitur ꝙ mortē timuerunt: immo de sācto sanctorum, qui licèt leo fortissimus fuerit, ad nullius pauens occursum, mortem tamē timuit. Vnde & sanctissimus propheta Dauid cognoscens se mortalem aiebat. Psal. 38. Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei: sed timens propter peccata exitum subiungit. Remitte mihi supple peccata vt refrigerer priusquàm abeam & amplius non ero. Secunda propositio. Morte tamen minus timent boni quàm mali patet, quia boni hanc vitam non magnam reputant dicentes illud Heb. 13. Nō habemus hic ciuitatem manentē, sed futuram inquirimus. Mali econuerso, quia omnia quæ diligunt tunc amittunt. Inde est ꝙ cōiter diuites plus mortē timēt quàm pauperes, quia nihil amittūt pauperes moriendo quæ dilexerunt. Inde dixit quidam philosophus ꝙ mors est pauor diuitum: desiderium pauperum. Vnde Tul. ī Paradoxis. Mors his quorū cū vita extinguuntur omnia, terribilis est. ideo multū terrere eos debet mors, nec securi viuere debent. Si .n. legimus horribilē & subitā mortē Sodomitarum, & innumerabiliū malorū mortuorū in historijs & legendis & scripturis sanctis, Quis assecurauit aut priuilegiauit malos qui sunt in statu huius seculi ne similia patiantur? Exemplū est ad hoc & Christi auctoritas Luc. 13. Aderant autē quidā ipso tēpore nuntiantes illi de Galileis quorum sanguinem miscuit Pilatus cū sacrificijs eorum, & respondens dixit illis. Putatis ꝙ hi Galilei præ omnibus Galileis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? non dico vobis, Sed nisi pęnitentiā habueritis, omnes simul peribitis. & sicut illi decem & octo viri supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos, putatis ꝙ & ipsi debitores fuerūt præter omnes habitantes Hierusalē? Non dico vobis, sed nisi pęnitentiam habueritis, omnes simul peribitis, Sic Symeon qui gaudens recedendo cantauit. Tertia propositio. Nihilominus ex magnitudine virtutis iustorū, & desiderio essēdi cū Christo, desideratur ipsa mors. Vnde glos. 2. Pet. 1. Sic est famulis Dei perfectis, carnis retinaculū exuere, sicut viatoribus pro concesso itinere, domum propriā adire. Sicut positus in expeditione prostrato hoste ad patriam redire.

Sic Andreas gaudenter ibat ad crucem. Sic Agatha ad carcerem, sic Dorothea ad palmam, sic Petrus orabat populum vt non impediret eius passionem. Sic Symeon qui gaudens recedendo cantauit. Tertiò differenter moriuntur mali a bonis. Nam quando moriuntur mali, transferuntur de morte corporis ad mortem animæ. Psal.48. Transferentur montes in cor maris, id est superbi in amaritudinis æternæ profunditate. Sed sancti de morte corporis transferuntur ad vitam animæ & ad quietem æternę beatitudinis. Colos.1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnum dilecti filij sui. inde ē ꝙ mors bonorū dicitur somnus. iuxta illud Ioā.11. Amicus noster dormit, Et Psal.4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et iterum. Ps. 126. Cum dederit dilectis suis somnū & c.2. Mach.12. Qui cùm pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gloriam, & Mat.9. Non est mortua puella sed dormit. Tribus autem de causis dicitur somnus. Primò, quia sicut dormiens tripliciter excitatur, scilicet propria natura, tactu, & clamore, sic mortuus liberatur proprijs meritis præcedētibus, & bonorum eleemosynis, quæ cum manum porrigunt ad dandum eleemosynas quasi eum tāgūt & trahunt clamore orationis. Secundò quia euntes ad lectum vestes deponūt, quas post somnum agiliores & melius dispositi reinduunt. Sic morientes corpora deponunt qui in resurrectione melius dispositi cum dotibus reassument. Tertiò, quia communiter qui plus laborauit melius dormit. Eccl.5. Dulcis est somnus operanti siue parum siue multum comedat. Sic qui plus laborauerūt in his quæ ad Dei honoré & animarū pertinent sanctum, melius morientur, & melius post laborem quiescent. Quartò differenter moriuntur, quia mors bonorum bona est & desiderabilis, iuxta illud quod optabat Balaam Nume.23. Moriatur anima mea morte iustorum. Psal.115. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. sed mors malorum pessima est, iuxta illud Ps.33. Mors peccatorum pessima. Est autem mors sanctorum pretiosa multiplici ratione. Primo, quia prætio mortis Christi empta. Ideo enim mortuus est dominus pro seruo, non timeat seruus mori pro domino, & cum domino. Bernar. Iuste sibi vendicat vitam meam, qui pro mea posuit suam. Secundò quia prætio magno emenda, scilicet vita æterna. Ioan. 12. Qui odit animam suam in hoc mūdo, in uitam æternam custodit eam. Tertiò, quia magnū prætium pro ea requiritur ab his qui sanctos occiderunt, vel occidi procurauerūt, scilicet mors æterna. Quartò, quia licèt iudicio mundi mors temporalis sit damnosa, quia omnia temporalia amittit homo, iuxta illud Psal.48. Cum interierit non sumet omnia, tamen in iudicio Dei est prætiosa, quia per eam recuperat bona infinita & perpetua. Quintò, quia licèt iudicio mundi mors sanctorum sit ignominiosa præcipuè quæ a peccatoribus illata est, tamen iudicio Dei prætiosa est, quia Eccl.23.c. Magna est gloria sequi dominū. Sextò quia iudicio mūdi mors est res odibilis, sed iudicio Dei est desiderabilis. Phil.1. Coarctore duobus desiderium habens dissolui & esse cum Christo: & ideo dicitur præciosa in cōspectu Dei, non in conspectu mundi, cuius est iudicium peruersum. Sed econtrario, mors peccatorū pessima. Mala quippè est in eis mors culpæ, de qua Augu. Vera mors est quam homines non timēt .i. separatio animæ a Deo, peior eiꝗ mors tēporalis, quia est porta qua in infernum transeunt, sed pessima mors gehennæ, cuius comparatione mors temporalis desiderabilis est, iuxta illud Apo. 14. Desiderabūt mori, & mors fugiet ab eis, & non solum mors eis est mala, sed etiam vita. Ber. Vita sine fructu grauior morte, ita ꝙ tanta est distantia inter statum bonorum & malorū, ꝙ bonis omnia sunt bona, etiam illud quod malis esset malū, malis vero omnia mala sunt, etiam illud quod bonis esset bonū. Eccl. 8. Qui custodit præceptum non expe-

Mors malorū quomodo differt a morte bonorum.

Q *Mors bonorū tribus de causis dicitur sōnus.*

R *Mors sāctorum multipliciter est preciosa.*

S *Mors peccatorum pessima.*

fieri quicquam mali. Roma. 8. Scimus quoniam diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum. Et Esa. 3. Dicite iusto, quia bene supple quicquid ei acciderit, quoniam fructum adinuentionū suarū comedet. Inter mala autē huius exilij pessimum videtur mors, & tamen iustis est bona & preciosa, immo sæpe meritoria, qñ cum patientia eam suscipit faciens de necessitate virtutem. Magnam. n. gratiā sibi facit Deus cū malū sibi non remouet, sed commutat in melius, sicut qui haberet dolium plenū vino currupto, potius eligeret illud in bonum cōmutari q̃ effundi. Sed quicquid agant seruiētes diabolo, maledictionem habēt super caput suū. Ps. 118. Maledicti qui declinat a mandatis tuis: infęlix est valde peccator cū oīa bona in manu eius quasi anihilentur, & ꝙ esset in manu alterius aurū, in manu illius fit plūbū, & quod esset alij salus ei esset mors. Nec propter hoc reputāda est mors prętiosa illius peccatoris, quia in domo ornata & bene cōposita cum oībus necessitatibus suis in quibus sibi optimè prouidetur moritur, pauper vero sed bonus in loco ignominioso. Quia ptiosior fuit mors Lazari in sterquilinio canibus, & vlceribus circundato, q̃ diuitis mors in triclinio circundato parietibus pictis & pannis sericis, & seruorū copiosa multi-
7 tudine. Quintò differenter moriuntur, quia iusti moriuntur pleni dierū, nō aūt mali. Vnde de Abraā dr̄ Gen 25. ꝙ mortuus est plenus dierū. Ps. 71. Conuertetur populus meus hic. s. ad bonū, & dies plenis inuenientur in eis. Mali vero nō, quia de eis Ps. 54. Viri sanguinū & dolosi nō dimidabunt dies suos. & Esaiæ. 38. Ego dixi in dimidio dierū meorū vadam ad portas inferi. super quo glossa. Sancti implent dies suos, Abraā. n. mortuus est plenus dierū, peccatores in dimidio dierū moriūtur. Et si dicatur malos hoies sæpe diutius viuere q̃ bonos, expertū est. Rñdetur ad hoc dupliciter, Primò, quia licèt mali hoies qñdoque diutius viuāt, tñ nō dimidant dies suos, quia quidā sunt qui nullos dies habent cū oēs perdiderint, & dies eorum sunt

Mali cur diutius quã doque viuãt quã boni.

magis dies mortis q̃ dies vitæ, eo ꝙ in illis diebus occiditur aīa in corpore, & est continua acquisitio mortis æternæ: sed iusti cū bene viuūt, satis viuū t: quia acquisierunt vnde viuere possunt in æternū, ideo & si paucū viuunt, moriūtur tñ pleni dierū, quia dies eorū sunt pleni bonis operibus, vbi dies malorū sunt vacui. In signū cuius vt recitat Damascenus in Barlaā, cū Iosaphat quęreret a Barlaam cuius ętatis esset, respondisset. 45. annorum, & tacuit. 25. annos, in quibus vixerat sequendo vanitates seculi, & dixit ideo eos tacuisse, nec inter cęteros computare amplius, eo ꝙ illos ꝑdiderat. Sic plangebat Iob. Iob 7. Habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Vel aliter ſm magistrum super Ps. Alij. n. moriūtur Aegypto, alij in deserto, alij in terra promissionis. In Aegypto moriuntur, qui vsque in finem vitæ in tenebris vitiorum perseuerant, & ipsi non dimidiabūt dies suos, quia nūquam incipiunt bonos qui sunt dies vitæ. Sed qui in deserto moriuntur sunt qui de confusione peccati exeuntes, errāt per pęnitentiam emendat: & isti dimidiant dies suos, quia dimidium vitæ habent. Alij qui moriuntur in terra promissionis sunt qui a ptincipio vitæ vsque ad finem in innocentia perseuerant, & isti moriuntur pleni dierum. Hæc tria genera hominum figurata sunt per ea quę ostensa sunt Ezechieli scripta in volumine. Erant. n. scripta carmen lamentū & væ, & dictū est. ei vt deuoraret volumen. i. in mentis intelligentiā traijceret. Horū triū carmen cantant qui peccatorū lapsum non senserunt, lamentū qui a peccatis per pęnitentiæ lamentū resurgūt, væ, qui peccāt & non pęnitēt, hæc magister. Diceretur tñ melius, ꝙ qui in Aegypto moriūtur, sunt qui nūq̃ incipiūt dies bonos, sed semper male viuunt. Qui vero in deserto, sunt qui quandoque exeunt de peccato, sed in uita sancta non continuant; & isti non dimidiant dies suos, licet inceperint. Alij qui in terra promissionis, sunt qui post malam uitam incipiunt dies bonos & perseuerant, &

isti dimidiant dies suos, immo semper moriuntur pleni dierum. dicat ergo peccator pœnitens sicut olim dicebat sanctus Rex Ezechias. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, supple considerandas: portæ autem illæ sunt peccata quas considerat peccator, dum de ipsis conteritur & confitetur frequenter &c. quod si non fecerit, sed insistit lucris, lasciuijs, & tabernis, de eo potest dici illud Dan. 13. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, idest nunc puniuntur: de illis potest intelligi illud Ps. 105. Et irritauerunt ascendentes in mare rubrum irritant enim Deum suis malis operibus quando parati sunt ascendere in amaritudinem mortis, & deberent eum pacificare. Nota quòd mors periculosius occurrit iuuenibus quàm senibus propter multa. Primò itaque mors ad senes curialius venit, quia eos præmunit magis quàm iuuenes ne inueniat imparatos, præmittit enim nuntios certissimos, vt tussim, faciem rigosam, caniciem capitis, quę secundum medicos est vexillum mortis, nasum & vngulas liuidas, oculorum caliginem, dorsi inclinationem, & totius corporis cum membris debilitatione. In ecclesiaste autem. Eccl. vl. Tãguntur decem nuntij, quibus præmuniuntur senes. Primus est commotio & laxatio ossiũ. Vnde dr̃ ibi. Commouebũtur custodes domus. Domus autẽ est massa corporis fragilis, ideo custode indiget. Fecit autẽ natura dura ossa (vt dicit philosophus) ad custodienda mollia membra, sicut costæ ad uentrem, & testæ ad caput. Hæc autem commouentur qñ eorũ iuncturæ laxantur. Secundus est debilitas crurium quæ pondus corporis sustinent. Ideo sequitur, Nutabunt viri fortissimi, quia sicut fortes portant pondus belli, sic crura pondus corporis, hi viri nutãt qñ crura tremunt. Tertius minuuntur dentes ad cibaria masticanda. Ideo sequitur. Et otiose erunt molentes in minuto numero. Molentes sunt duæ maxillæ quæ ad modum duarum molarum conterunt cibum. Quartus obscurabũtur oculi. Ideo sequitur. Et tenebrescent videntes p foramina ista, foramina sunt duo oculi. Quintus immobilitatio labiorũ ad pnũtiandum. Ideo sequitur. Claudent in plateis ostia quæ sunt labia, p q clauditur porta oris, quæ claudũtur in plateis qñ hõ præ senectute non põt altè loqui, vt audiatur a multis. Ideo subditur. In humilitate vocis molentes. Sicut.n. hõ mouet maxillas ad cibaria cõterenda, sic ad verba formanda. Sextus surditas: Ideo subditur, Consurget ad vocem volucris, idest galli, quia non possunt audire nisi alta de facili læduntur, & excitanẽ. Ideo subditur. Et obsurdescẽt oẽs filiæ carminis. i. consonantiæ quas audire non pñt. Septimus tremor corporis. Vnde subditur. Excelsa quoq; timebunt, & formidabunt in via. i. oĩa mẽbra efficientur tremulosa, ideo senex põt dicere illud. Ps. 54. Timor & tremor venerunt super me &c. Octauus canicies capitis, cũ dr̃. Florebit amygdalus. i. canescet caput & barba, & hoc signum est debilitatæ virtutis contentiuæ humorũ, ideo putrescunt humores & refrigescunt. Nonus est tumor ventris & aliorum membrorũ, cum dr̃. Impinguabitur locusta. Impinguatio locustæ est potius tumor q̃ vera pinguedo, & hoc in senibus est signum debilitationis caloris digerentis. Decimus est remissio libidinis, cum subditur. Dissipabitur capparis, quæ est herba quæ valet pro renibus, vt dicit hic gl. & confortat actum virtutis generatiuæ, & secundum Hiero. in Hebræo est nomen cõe ad herbam & ad amorem libidinosum. i. dissipabitur capparis. i. feruor libidinis. Isti sunt decem nuntij quibus præmunitur quandoque senex, vel aliquibus istorũ. Sed iuuenibus licet qñque mors nũtios præmittat, nõ tñ sunt ita certi nũtij, nec ita infallibiles sicut qui ad senes mittuntur. Mittit.n. eis qñq; febres & diuersas infirmitates, ideo periculosius ad istos quàm ad illos venit, quia quandoque subito quandoque ex insperato. Sen. Mors senibus in ante, iuuenibus a tergo est. Ber. Mors senibus in ianuis, iuuenibus in insidijs: ideo multum timere debent iuue-

Mors periculosius iuuenibus q̃ senibus occurrit.

Mortis nuntij in senibus.

iuuenes mortem, quia quasi eos proditiose ferit. Non sic senes, ad omnes vero tā senes quā iuuenes. ideo mittit Deus istos nuntios, vt ei nosmetipsos voluntariè in bello isto reddamus, testamentum faciendo, aliena restituendo, vitam bene ordinando, antequam rapiamur: quia sicut videmus, quòd reges mitius agunt cum inimicis qui vltro se eius gratiæ submittunt, quàm cum ijs qui vi capiuntur ita Deus mitius aget cum illis qui ante mortem se ei reddunt, quàm cum malis qui carnem delicate nutriendo, & diuitias congregando, tantum se contra mortis exercitum & nūtios eius ordinant: & quantum possunt se ad rebellandum instaurat. Secūdò quia mors magis a longe percutit iuuenes quàm senes, & ita ex improuiso percutit eos. Vnde dominus vibrauit gladium suum, scilicet mortis: contra nos arcum suum tetendit & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis sagittas, &c. Psal. 7. Senes enim quasi gladio, iuuenes quasi sagittis occidit: quia sicut qui occiditur gladio, de propinquo occiditur, quia oportet, quòd sit iuxta occisorem, sagittis uero occiditur qui multum distat ab occisore. Sic senes de propinquo occiduntur, quia secundum cōmunem hominum opinionem multum ad mortem appropinquant, antequam ab ipsa percutiantur. Iuuenes vero quasi de longinquo, quia secundum communem hominum opinionem videntur multū distare ad quos tamen nunc sagittam ardentem, idest febrem acutam, nunc hydropisim, nunc apostema dirigit & occidit. Psal. 44. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent. Tertiò quia violentius percutit iuuenes quàm senes, quia sicut poma matura faciliter ab arboribus cadunt vbi immatura vi auelluntur, sic vita a senibus quasi sine magna pœna separatur, & etiam sine timore, quemadmodum candela deficiens sine magna difficultate moritur: sed a iuuenibus & vi & timore auelletur. Quarto quia citius mors percutit iuuenes quàm senes. Communiter enim citius frangitur potus nouus quàm vetus, eo quòd nouus

Mors magis a longe percutit iuuenes quā senes.

sæpe ponitur ad ignē, & sic sæpe rūpitur: vetus vero, vt plurimū ab ancilla in aliquo loco reponitur plenus pulueris, vel cineribus, & sic lōgius durat. Sic ad ignē luxuriæ, gulæ, cupiditatis, & auaritiæ iuuenes sæpe appropinquant, ideo per malum regimen cito frāguntur & ad mortem disponuntur. Senes vero qui multa viderunt & experti sunt, nō sic se varijs epulis replent, sed vanitatē seculi huius considerantes, & fragilitatem suā quasi pleni essent cineribus sobrie viuunt, ideo multo amplius durant. Citius quandoque scinditur arbor iuuenis & cum minori difficultate quàm vetus, & ad forū plus veniunt pelles agnorū quàm bidentum, & plus venduntur carnes vitulinæ q̄ bouine. Ideo debent iuuenes istā mortē multum timere, & in iuuentute incipere bene agere non hoc senectuti contribuere, quia uix facere pōt bonā dietā qui mane non incipit. Irridendus esset q̄ tunc primò surgit ad operandum q̄n recedendum est, & tunc vadit seminare q̄n metendum est. Timeat ergo qui sic expectat, ne subito veniat ira illius, & a Deo perdatur, quia Esa. 30. scribitur. Subito, dum non speratur veniet cōtritio illius & cōminuetur: sicut conteritur lagena figuli contritione perualida. Quanto. n. lapis magis descendit ab alto, tanto cū altiori impetu descendit, & magis cōfringit personam si descendat super ipsam. Sic diuina sententia quanto magis venit de longe & diutius expectatur, tāto magis percutit peccatorē, & grauiorē ictū immittit in eum. Quintò quia licèt plures sint miseriæ, & incommoda senectutis, sunt tn̄ aliqua senectutē specialiter decorantia quæ in iuuenibus non inueniuntur. Primum est perfectior de diuinis cognitio. Iob 12. In antiquis est sapientia. Secundum de humanis & agendis melior determinatio. Iob 12. In his qui multo sunt tpe est prudentia. Cū. n. experientia sit rerū magistra, & senes plura fuerint exp̄ti, iuuenes pauca, hinc est q̄ prudentiores sunt senes, & difficulter in iuuenibus prudētia repitur. Tertiū est matura consiliatio. Iuuenes. n. quia sanguine feruent, præcipites sunt in cōsilijs C

Senes prudentiores sunt iuuenibus in rebus agendis.

 & etiam

& etiam propter rerum inexperientiam. Senes autem magis possunt considerare pericula quæ contingere possunt. Ideo dominus non iuuenes, sed seniores septuaginta institui fecit ad iuuandū Moysen in regimine populi. Et Salomon seniores habuit in consilio suo quorū consilium optimum, quod quia non est secutus Roboam filius eius, sed consilium præsumptuosum iuuenum, decem regni partes amisit. 3. Reg. 12. Quartum est reuerentiæ ueneratio. Debent enim senes honorari ab omnibus quod mandauit dominus. Leuit. 19. Coram cano capite consurge. Et Apo. 1. Timo. 5. Seniorē ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem, & propter reuerentiam quam habet ipsa ætas, prudentiam & maturitatem aptius ponuntur in regimine quàm iuuenes. In cuius figuram pręcepit dominus leuitas a vicesimo anno & supra portare onera templi seu tabernacula. Alijs vero annis supra vbi incipit senectus seruare vasa, tabernaculi, scilicet custodire & regere animas quæ sunt vasa ecclesię, ad recipiendum gratiam deputata. Quintum est a passionibus sedatio, & præcipuè carnalis concupiscentię, vnde Hier. Omnia vitia cum senectute senescunt. Et Sap. 4. Aetas senectutis vita immaculata. Et hoc nisi quis sit inueteratus dierum malorum ex cōtinuata assuefactione. Sicut fuerunt illi duo senes qui falso accusauerunt Susannam, de quibus Esa. 65. Puer centum annorum morietur. s. morte æterna. Et Prou. 22. Adolescens iuxta viā suam ambulans. s. sequendo appetitus suos, & cum senuerit non recedet ab ea. Sextū est augmentatio meritorū. Quanto enim quis plus viuit, tanto plura merita acquirere potest. Vnde Sap. 4. Aetas senectutis vita immaculata supple debet esse: tū quia naturaliter passiones in ea mortificantur, tum quia cæterorum, scilicet iuuenum exemplum debet esse, tum quia pedem habent in fouea, ideo solicitissimi debent esse in operibus religionis Christianæ, scilicet orare, visitare ecclesias, frequenter confiteri, communicare, prædicationes audire. Sexto differenter moriuntur. Nam sancti & iusti

D

expectant mortem omni die, & hoc multiplici ratione. Primo, quia in vita præsenti anima in corpore manet, vt in loco obscuro, tedioso, & periculoso cuiusmodi est carcer. Tenebris enim inuoluimur, ait Iob. miserijs replemur & laboribus, iuxta illud Eccl. 2. Cuncti dies eius laboribus & erumnis, pleni sunt periculis, subijcimur mortis criminalis & inferni, sicut qui stat in carcere multoties est in periculo vitæ, propter quod aiebat. Psal. 114. Pericula inferni inuenerunt me. Secunda ratio propter pleniorem & acutiorem Dei laudationem. Nō enim anima confitetur Deo & laudat, & contemplatur eum sicut bene vellet propter grauamen corporis. Vnde Sap. 1. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum mala cogitantem. Propter quod beatus Andreas pendens in cruce orabat liberari ab huiusmodi onere corporis, quod aliquando a contemplatione impediebat propter necessaria vitæ. Tertia est propter bonorum consecutionem. Psal. 141. Me expectant iusti, scilicet in alia vita. Et Apoc. 14. Beati mortui, &c. Si beati, ergo omni bono pleni. Et Seneca. Mors timenda non est quam immortalitas animæ sequitur. Sicut autem reposita est corona iustitiæ ijs qui diligunt aduentum Dei, scilicet per mortem. 2. Timo. 4. c. sic timere habent mali de pœna qui quasi inuiti migrant a seculo: quos Cyprianus reprehendens, ait. Quod præposterum quantumque peruersum est, vt cum voluntatem domini fieri postulemus, quando vocat & accersit nos de hoc mundo, non statim voluntatis eius Imperio pareamus, obnitimur & reluctamur, & peruicacium more seruorum cum tristitia & mærore ante conspectum domini ducimur: & volumus ab eo præmijs cœlestibus honorari ad quem venimus inuiti. 13. q. 2. quàm præposterum. Sed dici posset quomodo mors iustorum felix esse potest quibus sæpe contingunt varij casus mortis, quidam enim subita morte intereunt, alij ignominiosa, hæ autem mortes quomodo fœlices possent

Iusti & sancti cur mori cupiant.

E

Iustorū mors quomodo sit felix. sent dici? Respondetur primo, quòd non solum malis, sed etiam bonis varij casus mortis horribiles eueniunt, patet: Nam quidam propheta sanctus postquam ex domini præcepto reprehendit Hieroboam de idololatria sua, reuertens domum in via a leone strangulatus est. 3. Reg 14. Iosias innocens & optimus Dei cultor, in bello a rege infideli Aegypti occisus est. Iuuenis quidam in infirmitate graui constitutus, acquisito dono omnium linguarum postea manibus & lacertis morsibus pro prijs dilaniatus mortuus est. Grego. in 4. dial. Similiter patet de illo sancto patre in vitis patrum qui a bestijs comestus & laceratus est: & multa alia exempla adduci possent, ex quibus mentes infirmæ aliquando scandalizantur, existimantes, vel Deum non habere curam de suis electis, vel tales sic insuetè & horribiliter morientes, non fuisse seruos Dei, sed grauissimos peccatores. Sed ij errant nimium. Nam secundum Aug. mala mors dicenda non est quam bona vita præcesserit. Neque enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curandum est eis qui necessario morituri sunt quid accidat, vt moriantur. Sed moriendo quò ire cogantur. Aug. lib. 1. de ciui. Dei. Præterea cum ipse vnigenitus Dei filius morte acerbissima & ignominiosissima fuerit condemnatus: Sicque oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam: tanto membra ipsius efficiuntur ei similiora, quanto horribilius & pęnosius mortem subierint. Non enim pepercit Baptistæ suo, nec Petro, nec alijs Apostolis & suis amicis. Narrat autem Hollrot supra librum Sapientiæ, quòd cum quidam doctus vir & sanctus mortuus in studio suo fuisset repertus, & ex hoc plurimi scandalizarentur de eius subitanea morte, inuenerunt manum illius defuncti, seu digitum in quodam libro aperto tangentem versum vbi dicitur. Iustus quacunque morte præuentus fuerit, in refrigerio erit. Et ex hoc consolati & ædificati sunt plurimi, licèt enim saeuis Dei contingat quandoque mors horribilis ob defectum alicuius peccati, tamen communiter minuta sunt illa peccata. Sicut accidit in morte illius prophetæ strangulati, in quo ex vna parte ostenditur clementia diuinæ bonitatis, dum hic suos ad plenum quærit purgare, ne vel purgatorium habeāt intrare quod petebat Aug. dicens. Domine hic vre. Ex alia parte ostēditur seueritas diuinæ iustitiæ quàm durę, scilicet puniet scelera magna, quan do tam aspere sibi dilectos pro minutis correxit.

Vitæ terminus licet respectu actionum humanarum, aut causarum secundarum sit variabilis: diuina tamen dispositionis præordinatione præfixus, & determinatus est, licet incognitus: qui scilicet terminus vitæ sex causis prolixior ante diluuium quàm post efficiebatur. Cap. 10.

Quæritur vtrum possit abbreuiari an prolongari terminus vitæ? Videtur quòd nō, quia Psal. Terminum posuisti quē non transgredientur. Et Iob. 14. Constituisti terminos eius qui pręteriri non poterunt, idest nec prolongari, nec abbreuiari. In oppositum arguitur, quia per Esaiam dictum est Ezechiæ. Moriens tu & non viues, & tum additi sunt ad vitam eius quindecim anni. Esa. 38. Pro quo sit prima propositio. Per respectum ad actionis humanæ variationem terminus humanæ virę & prolōgari & abbreuiari potest. Nam sicut bene vtens beneficio recepto meretur sibi augeri, ita abutens meretur eo priuari: & ideo quia peccator malè vtitur vita præsenti meretur sibi auferri, iuxta illud quod dixit de quadam ficulnea infructuosa dominus eius cultori ipsius. Succide eam, vt quid etiam terram occupat? Lucæ. 13. Et propter hoc dicitur Iob. 13. Dies mei breuiabuntur. & Eccl. 7. Ne impie agas multū, ne moriaris in tempore non tuo. Exēpla patent Genes. vbi dati sunt centū viginti anni vitę humanę, ad hoc vt pęnitentiā agerent, sed quia homines

Annorũ numerus humanæ vitæ constitutus.

abusi sunt addentes scelera sceleribus subtracti sunt viginti anni & sic inundauit diluuium. Et Ananias filius Azariæ falsus propheta, quia prædixit tanquã ex parte domini loquens reuersionem Ieconiæ filij Ioachim cum populo suo quàm citissimè de captiuitate Babylonica cuius cõtrarium prophetauerat Hieremias, & confregit catenas quas Hieremias in collo portabat ex mandata domini in signum plenioris captiuitatis futuræ, dixit illi Hieremias. Quia confidere fecisti populum istum in mendacio, idcirco hoc anno morieris & sic mortuus est. Hiere.28. Et paruulus natus ex adulterio Dauid cum Bersabeæ propter peccatum ipsius Dauid ante octauum diem mortuus est. 2. Reg. 12. Econtrario vita bonorum meretur prolongari. Eccl.3. Qui honorat patrem vita viuet longiori. & Ezechiæ reuertenti ad pœnitentiam, additi sunt quindecim anni. & multis patribus concessum est diu viuere propter probitatem ipsorum & vtilitatem aliorum qui secundum viam naturæ viuere non poterant. Et si quæratur quomodo ergo poterant tot viuere ante diluuium cum tamen eorum multi essent mali? Dicitur quòd Nicolaus de Lyra super Gen.c.5.& 6. plures causas assignat. Prima est ex bonitate complexionis primorum parentum, fuerunt enim a Deo in integritate formati, & inde optimè complexionari, & sic ad longiorem uitam dispositi: Dei enim perfecta sunt opera. Illa autem bonitas magis descendit ad homines propinquos illius temporis, quam ad alios. Secunda est ex modo viuendi, quia temperate viuebant, nunc autem multum intemperarè, propter quod dicitur Eccl. 37. propter crapulam multi obierunt. Tertia est ex bonitate nutrimenti, quia meliora fuerunt terræ nascentia ante diluuium, quia inundatio fuit ex aquis Oceani ex magna parte, aquæ autem salsæ inducunt sterilitatem. Quarta est ex scientia Adæ, qui a habuit perfectam scientiam omnium naturalium plusquàm quicunque, & sic potuit cognoscere virtutem herbarum & lapidum, quę valent ad conseruationem vitę, & ipse docuit alios. hanc autem talium doctrinam parum habemus. Quinta ex bono aspectu syderum super regionẽ illam, quia aspectus cœli multum facit ad prolongationem vitæ. Sexta est ex diuina dispositione hoc ordinante, vt per longam vitam hominum, cito multiplicaretur genus humanum: & vt homines illius temporis per longam uitã possent habere experientiam de cursu cęli & effectu siderum & huiusmodi.

G *Cur homines tãtum viuebãt ante diluuium.*

Secunda propositio per respectum ad causarum secundarum siue naturalium operationem, uita hominis prolongari & abbreuiari potest. Dicuntur autem causæ secundæ naturales influentiæ, dispositio aeris, complexio corporis, regimen vitæ, & sic de alijs. Sicut enim videmus fructus meliores & durabiliores nasci in vno loco quam in alio secũdum dispositionẽ terræ & aeris, & aspectum cœli ad tales arbores, sic & sanius & diuturnius viuunt homines in vno loco quàm in altero secundum influentiã cœli: unde & de quadam insula circa extrema terræ dicitur, quòd homines ibi sanissimè viuunt, & multum senescunt, & vix mori possunt nisi ad aliam insulam transferantur. Docet etiã experientia, quòd in ciuitate infecta peste morientur centum in die, & in alia ciuitate propinqua & simili vel eadem alio tempore non morientur decem, & ab vtero matris plurimi adducunt diuersas infirmitates quæ uitam abbreuiant. vnde & de Christo domino, quia erat optime complexionatus, dicunt sapientes, quòd sanissime vixisset & valde diu naturaliter. Regimen vitæ si sit inordinatum vitam habet abbreuiare. Vnde Galenus ait. Athletas quorum vita & ars sagina est, nec viuere posse diu nec sanus esse ut refert Hieronymus de conse.dis.5. nec tales. Econtrario regimen vitę moderatum diuturnam vitam facit. vnde Chrys. Nihil sic salutem operatur, nihil sic ægritudinem fugat sicut moderata refectio. de conse.dist.5. nihil. Tertia propositio per re-

Causæ secundæ quomodo hominis vitã breuiorẽ lõgiorẽve reddant.

spe-

spectũ ad diuinæ dispositionis præordinationẽ, terminus uitę humanæ a Deo sic est prefixus, vt nec prolongari, nec abbreuiari possit, quia Dei pręscientia & pręordinatio infallibilis est. Contingit autem aliquem effectum mortis vel infirmitatis, vel alterius euentus aliter esse pręordinatum a Deo quàm debeat procedere a causis secundis, & tunc eue niet talis effectus, non secundum quòd habet respectum a causis secundis, sed secundum quòd pręordinatum a Deo: & secundum hoc intelligitur illud Sap. 4. De immatura morte iusti qui non est secundum causas secundas. Raptus est ne malitia immutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã eius. Et infra, placita erat Deo anima eius, ideo festinauit eũ educere de medio iniquitatum per mortẽ. Ecõtrario aliquãdo contingit sicut mors Ezechię; quis secundum causas secundas, scilicet dispositionem naturalem corporis & demeritum eius propter peccatum superbiæ, tunc euenire deberet quod dixit Esa. 38. Morieris tu & non viues. Tamẽ quia in præordinatione diuina erat ut superueniret adhuc quindecim annis, ei additi sunt anni quindecim quibus postea vixit. Nec tamen Esaias dixit falsum Ezechiæ significans eum moriturum, quia prophetauit hoc ex Dei reuelatione, secundum quòd ille effectus mortis erat in causis secundis secundũ quem omnino erat mors futura, reuelat enim Deus aliquãdo prophetis suis aliqua non simpliciter, secũdum quòd sunt futura, sed secundum ordinem quem habent ad causas secundas, ideo si aliter contingit quàm dicant, non propterea dicunt falsum, vt dicit Tho. 2. 2. Sicut si Medicus secundum omnia signa & regulas medicinæ prædicit aliquem de sua infirmitate moriturum, qui tamen non moritur, Deo mirabiliter eum sanantę. & Astrologus prædixit siccitatẽ vel inundationem multam futuram secundum influxum constellationum. Si hoc non venit, non dicunt falsum, quia loquuntur secundum causas secundas, quas Deus potest immutare vt placet.

G

Vnde legitur in uita beati Basilij, quòd vir Dei positus in infirmitate qua mortuus est, quendam Iudęum nomine Ioseph, medicinali arte peritum quem vir Dei plurimum diligebat, eo quòd se illum conuersurum præuidebat, quasi eius opera indigeret ad se vocauit, ille vero ex pulsus tactu & motu in venis mortem esse cognoscens dixit familiæ, quę ad sepulturam necessaria sunt præparate, quia continuo morietur. Quod Basilius audiens inquit, Nescis quid dicas, cui ille. Crede domine, quia sol cum sole occidet, & tu cum sole occides. Cui Basilius, quid dices si non moriar hodie? Cui Ioseph. Non est possibile domine. Cui Basilius. Et si in crastinum vsque ad horam sextam superuixero quid facies? At Ioseph, si usque ad horam illam superuixeris faciam quod hortaris. Tunc Basilius, licet secundum naturam ilicò moriturus esset, a domino tamen inducias impetrauit, & vsque in crastinum in horam nonam vixit, quod Ioseph videns & stupens in Christum credidit. Basilius autem virtute animi imbecillitatem, superans corporis, de cubiculo suo surrexit, & ecclesiã ingrediens suis eum proprijs manibus baptizauit. Postea uero ad lectulum suum redijt, & spiritum statim Deo faciliter reddidit. H

Quarta propositio quãuis in diuina pręordinatione certus sit & determinatus terminus vitæ nostræ, tamen certis ex causis voluit cum dominus nobis hunc esse incertum. Primò vt homo viuat purius, quia secundum Cyprianũ. Qualẽ te inuenit dominus cũ vocat, talem te iudicat. de pę. di. 1. c. Nunquid. Stultum est autem viuere in illo statu, in quo nollet mori quis. & cum de momento in momentum, hoc possit accidere, ideo debet vrgere ad purè viuendum propter huiusmodi incertitudinem. vnde ait dominus. Estote parati, quia nescitis diem neque horam. Secundò, ut homo operetur communius, & per consequens vtilius. Si enim sciret homo in breui se moriturũ, a multis bonis desisteret quæ cedunt in vtilitatem aliorum, vt sibi soli vaca-

Vitæ humanæ terminus est nobis incertus.

ret,

ret, quòd tamen non congrueret. Vnde cuidam sancto viro quando fuit ei reuelata mors ad certum tempus futura, dictum est ei, age quod agis, operare quod operaris. Grego. libro dialogorum, & in homilia. Tertia ratio vt conuersetur homo humanius. Si enim quis sciret se diu victurum prosequeretur odia & vindictas, & iniurias. Et si scirent homines se cito morituros multi nimis melancholicè viuerent, & alios ex hoc amaricarent & attediarent. Duę primæ rationes sunt Thomæ in summa.

Infirmitates mortem naturalem præcedentes, patientium menti ad sex vtiles possunt esse & satisfactoriæ & meritoriæ: Mors tamen naturalis de se nec est satisfactoria nec meritoria. Mos vero violenter illata propter fidei aut veritatis & iustitiæ testimonium, & confessionem, est ex toto satisfactoria pro peccato: sed violenter illata propter populi liberationem, reipublicæ defensionem, aut a morbis violenter torquentibus, non ex toto est satisfactoria. Cap. X I.

I  Quæritur vtrũ mors hominis sit pro peccatis satisfactoria & alicuius boni meritoria? & uidetur quòd non, q̃a debetur pro originali peccato mors, & omnes sumus eius debitores: ergo non acceptatur mors ut pro alio quàm pro debito satisfaciat. Respondetur. Prima propositio, Mors naturalis secundum se non satisfacit pro peccato, patet quia est alias debita, scilicet pro peccato originali, ideo pro actuali non satisfacit, quia eadem solutio non parit duas liberationes. Sed quantum est de dolore mortis & lãguore, illud bene pro actuali satisfacit, quia illud non debetur originali. Qui enim deficiunt senio non dolentes mortis debitum persoluunt. Secunda propositio, mors violenta bene satisfacere potest, patet, quia talis non est debita originali, cui non debetur pœna sensus: ideo si est iniustè illata, maxime satisfacit. Multis autem modis potest hæc mors iniuste inferri. Primo propter fidei testimonium & confessionem, & hęc est martyrium, & ex toto soluit pœnam debitam pro peccatis. Secundo modo propter veritatis & iustitiæ testimonium, vt mors Ioannis Baptistę: & hæc similiter persoluit. Tertiò modo propter gregis & populi liberationem, vt 1. Paraly. 21. dicit Dauid. Nonne ego sum qui iussi ut numeraretur populus? ego sum qui peccaui, iste grex quid commeruit? Vertatur, obsecro, manus tua in me & in domum patris mei, & populus iste non percutiatur. Similiter est ad hoc exemplum de Hester, quæ propter populum venit ad Assuerum, sic qui ad tyrannos accedunt ad liberandum innocentes a morte. Et hæc mors multum satisfacit, licet non quãdoque ex toto. Quarto quando propter reipublicę defensionem moritur, ut in bellis iustis, & hæc similiter multum persoluit. Quintò naturaliter infertur a morbis superuenientibus & violenter torquẽtibus, & hæc similiter non ex toto liberat. Ratio autem vltimorum triũ casuum est, quia hæc mors non est volũtariè assumpta, licet patienter accipiatur, dum fit de necessitate virtus patientiæ: ideo non totaliter pœna liberat, nec ex toto satisfacit. Si vero mos sit iustè illata pro aliquo peccato actuali morte digno, tunc si patienter feratur satisfacit, tum propter magnitudinem contritionis, vt patuit in latrone quem Christus de cruce tulit in Paradisum, Tum etiam propter patientiam qua patiẽter & virtuosè sustinet angustias mortis. Vnde Hiero. dicit. Deum velut omnium rerum ita & suppliciorum habere mensuram & magnum peccatum magnis diuturnisque lui cruciatibus. Si quis autem sit ille, ut ille qui in sabbato ligna collegerat, talem postea non puniri, quia culpa leuis præsenti supplicio compensata est. de pę. dist. 4. §. auctoritas. Et hæc omnia dicta de morte violenta intelliguntur cum quis eam sustinet, non solum patienter, sed etiam propter Deum, non propter mundi fauorem: vnde Hieronymus. Si ita martyrium ferimus vt nostras ab hominibus

Mors naturalis non satisfacit pro peccato actuali.

K

Mors violenta quo ipse ratur is iustè.

C

bus reliquias venerari optemus. Et si opinionem vulgi sectātes intrepidi sanguinem fuderimus. Huic operi non tam præmium quòd pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt quàm corona victoriæ. 1. q. 1. vide. Tertia propositio. Mors naturalis de se non est meritoria, sed bene angustiæ & dolores eam præcedētes, patet, quia hoc solum est Christi proprium, cuius mors sola est pro nobis meritoria. Psal. 75. Tuus est dies & tua est nox, dies scilicet vitæ, & nox mortis, quia in vtroque nostram salutem merebatur. Tum etiam, quia eam habuit potestatem in vita & morte: ponendi & resumendi animam suam, & sic dies vitæ, & nox mortis erant in sua potestate. Sed quo ad nos nostra est dies ad merendum, & nobis ad hoc specialiter donata. Sed dies mortis ad recipiendum præmium secundum merita non est noster: sed domini, q̄a secundū Psal. 67. Domini domini exitus mortis: nisi forte illis solis, quibus nox in diem vertitur vt sanctis martyribus, quibus mors computabatur in meritum, & debitum naturæ in lucrum. Vnde & beatus Laurentius dicebat. Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt: & Paulus, Mihi viuere Christus est & mori lucrum. Inde dominus ait ostendens non ita esse communiter; Ioan 9. Venit nox quando nemo potest operari, scilicet opera meritoria: ideo Christus dicitur solus inter mortuos liber ad merendum, quia alij non nisi ex dono speciali. Quarta propositio, infirmitates & angustiæ præcedentes mortem, possunt esse meritoriæ & satisfactoriæ, licet enim nociuę sint corpori, tamen multum proficiunt menti. Ambrosius. Quod nocet corpori iuuat spiritum. de pœn. dist. 1. c. dicis. Infirmitas enim corporalis multa bona homini facit. Primò frequenter peccatum impedit ne fiat. Vnde Ambrosius eodem cap. Aegritudo carnis peccatum repellit. Prouerb. 20. Liuor vulneris abstergit mala. Sicut enim vna infirmitas expellit aliam, vt febris tertiana spasmum, sic ęgritudo corporis ęgritudinem animæ. Micheę 1. Infirmata est in bonum qui habitat in marach, idest in amaritudine & ita pręseruat a peccatis futuris. Eccl. 3. Infirmitas grauis sobriam reddit animam. Secundo infirmitas feruentiorem hominem reddit. Tum ad operandum, iuxta illud Psal. 15. Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, scilicet feruentius operari. Tunc etiam ad citius surgendum a peccato, vulgo a quibusdam dici solet, vellem esse in luto ad bonum & perfectum meum, scilicet si homo cecidisset in lutum profectus eius esset, quòd inde exiret. Sicut enim asinus vel equa quę sunt arrestati in luto exeunt mediante virga. Sic hominem existentem in luto peccati, facit inde exire infirmitas. Greg. Mala quæ nos hic præmunt ad Deum nos ire cōpellunt. Tum tertiò ad facilius Christum recipiendum in corde suo, & ad sibi facilius præbendum hospitium. Explorator enim considerat locum castri debiliorem & infirmiorem, per quem facilius intrat & totum castrum occupat. Gen. 42. Exploratores estis & vt uideatis infirmiora terrę venistis. Sic Christus non potens intrare cor hominis per viam fortitudinis & potentię, quia quam diu homo fortis est & potes non curat de Christo, nec eum permittit intrare, sed per viam debilitatis & infirmitatis statim ingreditur, & ei aperiunt. Psal. 77. Cum occidebantur ad eum. Tertiò infirmitas humilem reddit hominem. Vnde Apostolus. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi, scilicet humilitas, ob quam conseruandam sibi datus fuerat stimulus carnis, idest quædam corporalis infirmitas secundum Aug. scilicet passio iliaca. Psal. 82. Imple facies eorum ignominia, & quæretur nomen tuum domine. Quartò constantem efficit ex assuetudine patiēdi, quemadmodū artifex & terræ cultor & stipēdiarius ex continuatione exercitij fortiores redduntur, vnde Apo. 2. Corin. 12. Cum enim infir

mor

M Infirmitates, & angustiæ maximè proficiūt animæ.

mor tunc fortior sum.s.contra nequitias & tentationes dæmonum.Mat.26.Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. Infirmitas enim carnem domat, & spiritum roborat. Quinto ad perfectionem adducit infirmitas. 2.Cor.12. Virtus in infirmitate perficitur.Nā contemptum mundi generat sicut amaritudo cibum contemnere facit.Hier.6.Coram me infirmitas & plaga erudire Hierusalem.i.hominem pacificum contemnere seculum,vt perfectus fiat.Inde Iob quando languebat exorsus est.Tedet animam meam vitæ meæ.Sexto consequenter infirmitas ad hoc inducit, vt eudēs diuini amoris signum præstet: pater .n. corrigit proprium filium non alienum. Io.11.Ecce quem amas infirmatur. Ad hoc est exemplum de illo sancto patre in vitis patrum qui singulis annis infirmabatur.Dum autem anno quodam nō infirmaretur, lugebat, eo quòd timeret a Deo obliuisci, eo quòd illo anno non visitasset eum.

Quatuor admonent hominem,vt de se, & sua domo antequam moriatur disponat: scilicet periculum, scriptura diuina, iustitia, & exempla. Cap. XII.



Multa sunt quæ hominem debent monere ad hoc, vt disponat de se,& de sua domo antequam veniat dies mortis,vt bene & secure mori possit.Primū est periculum, homines enim transituri periculum de quo sunt certi disponunt de transitu illo prudentet, vt caute pertransire possint. Mors enim corporalis passus est periculosus,generalis omni ætati,sexui, & regioni, adeo vt non sit in terra ita habitualis cōsuetudo sicut mori,nec ita periculosus passus,ita quòd si deficiat ad prudenter transeundum, irreuocabiliter actum est de vita sua.Ideo propter periculum debet cogitare qualiter se disponat ad transeundum periculum. Aliqui enim dormiendo in peccato volunt illum pertransire cum tamen a domino dicat. Matth.25. Vigilate, quia nescitis diem neque horam. Inde orabat Psal.12. Illumina oculos meos vt scilicet videre valeam periculū quod imminet mihi, ne vnquam obdormiā in morte, scilicet per peccatum nequando dicat inimicus meus,præualui aduersus eum.s.diabolus.s.per peccatum. Fatuus enim esset nauta qui expectaret gubernare nauē suam vsquequo incidisset in periculum. Sic qui non curat disponere & regere vitam suam quousque incidat in periculum mortis.Prou.15. Vir prudens diriget gressus suos. Secundo ad hoc nos admonet auctoritas sacræ scripturæ.Esa.38. Dispone domui tui, quia morieris tu & non viues: & iterum Ps. In diebus meis inuocabo, & non expectabo in nocte mortis,quia sequitur.Circundederunt me dolores mortis. Vnde Ber. Miser homo quare omni hora non te disponis? cogita te moriturum quem scis de necessitate moriturum. Si Noe centum annis arcam fabricauit,in qua se ad horam a temporali morte saluaret quantomagis arcam, idest animam toto tempore vitæ nostræ debemus præparare, vt mortem æternam possimus euitare?Est enim vita nostra quasi naufragiū, & esse nostrum quasi momentaneum: ideo in hoc corpore nunquam debemus esse securi,maxime cum horam illam vltimam nesciamus,vt omnis hora sit nobis suspecta. Sicut si tibi apponerentur plures panes, & in vno illorum venenū esse scires, & quis esset ignorares, quilibet illorum tibi suspectus esset.Aug.Latet vltimus dies vt obseruentur omnes. Tertiò nos admonere debet hora competenti & non tarda disponere diuina iustitia,quæ maximè inuigilat circa finem hominis ad eum perscrutandum & iudicandum.vnde Greg.in moralib.Deus extrema vitæ nostræ plus iudicat. Scriptum est enim dominus iudicabit fines terræ.Tanto ergo impensius vltimis nostris inuigilat,quanto in ipsis pendere in via vitæ sequentis pensat. Vnde sæpe peccatores iuxta finem conuertit. Hæc lib.29.moral. Inde hortatur dominus. Luc.12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucer-

Mors naturalis est transitus valde periculosus.

Ad mortis dispositionem hortatur nos scriptura sacra

N O P Q

lucernæ ardentes in manibus vestris,& vos similes hominibus expectantibus dominum suum primo admonet.Sint lumbi vestri pcincti.i. a delectationibus venereis abstracti. In lumbis.n. sunt motus delectationis venereæ,propter quod dicitur.Iob 1 t.Fortitudo eius.s.diaboli est in lumbis eius. Cinctura autem est quædã restrictio lumborũ signans mortificationem delectationis.Secundò admonet iudex q sit feruẽs in operibus dilectio cum dicitur,lucernæ ardẽtes,&c. Tertiò q vigilemus expectantes ipsum ne forte veniẽs inueniat nos imparatos, & tũc subito nos & omnia beneficia nostra deperdamus, quia sicut videmus q ille qui ludit ad scacos qñ subtiliter per totum luserit,si faciat versus finem ludi vnum malum tractum,totum perdit qd fecit.Sic qui circa mortem malè operat, & se prudenter ante non disponit.Quartò nos debent monere exẽpla eorũ qui sine dispositione sui & suorum,ab hac vita decesserunt? talia.n.nobis proponuntur in speculum. Sicut.n.non fit speculũ de silice viuo & crescente in terra, sed de puluerizato: Sic nec nos debemus capere exemplum a viuentibus male agentibus,qui contractus vsurarios faciunt, vel in festis operantur,& rapiunt,dicendo q possumus sicut & illi facere:sed de mortuis puluerizatis respiciendo capita & ossa mortuorum,cogitando q quandoq; per os quod ita delectabile erat ad osculandum, & ita delicate quandoque comedit & bibit,& per oculos tam pulchros parum antea ad respiciendum, nunc intrant & exeunt vermes.& quod ita superbe vestiebatur, nunc nullum operimentum habet nisi terram, nullam stratus mollicem,nullam familiam quo ad corpus nisi vermes,quo ad animam dum male vixit nisi dæmones, quomodo in vita sua vixit & in morte se male disponit,immo indispositus omnino abscesserit.Ad quod speculum faciendum nos hortatur Iacobus.Iac.vlr. Exemplum accipite fratres exitus mali, vt scilicet faciamus quod faciunt euntes ad festem, vel congregationem magnam populi: Nam tales quandoque respicere solent in speculo & se parare. Sic nos euntes ad æternum Dei conuiuium & coram totius mundi multitudine, faciamus nobis speculum de mortuis, in quo nos paremus sicut scriptum est.Ezech.33.vbi dicitur,quòd tulit populus vnum de nouissimis suis, & constituit eum speculatorem. Speculator enim est qui populum hortatur vt vigilet imminente periculo. Sic & nos debemus semper vigilare,quia semper nobis imminet illud periculum. Sed multi non vigilant quousque excitentur per mortem,& quandoque nimis tardè est. Religiosi enim volentes certa hora surgere ad vigilandum cum Christo,communiter habent iuxta se horologium continue fluens,& quosdam ictus percutiens qui non excitant dormientes. Sed quando finaliter horologium cadit,magnum ictum percutit,ita quòd dormientes excitat & vigilare facit. Horologiũ continuè fluens est vita nostra continuè ad mortem tendens, quæ habet continuos ictus, idest cõtinuas tribulationes, quæ tamen ita paruæ sunt quòd paucos excitant a somno peccati, sed finaliter quando istud horologium cadit,idest vita deficit,tũc in morte est magnus ictus & magnus sonitus: ita quòd tũc omnes in peccatis dormientes euigilare facit siue ad vitam,siue ad mortem; & ita sonus mortis nos debet excitare vt vigilemus & domui nostræ disponamus. Vnde Aug.in epist.ad Diascorum. Vigilare debet omnis Christianus, ne eum imparatum inueniat Domini aduentus. imparatum autem inueniet Deus, quem imparatum inueniet dies vltimus.

R *Exempla præcedẽtium bona, sunt nobis in speculũ.*

S *Vita humana est horologium continuè fluens.*

Domus conscientiæ tribus causis disponenda, mundanda,s.ornanda, & custodienda. Cap. XIII.

T *Consciẽtiæ domus quo est dispo nenda.*

QVatuor domibus debemus sapienter ante mortem disponere.s.domui cõscientiæ,domui corporis, domui familię, & domui futuræ quã expectamus.Primo ergo disponere debemus domui conscientiæ, in qua debet homo manere

manere & quiescere, iuxta Psal. sententiam. Conuertere anima mea in requiē tuā. Bonus homo valde inuitè debet relinquere hospitium suum in die solemni. Sic enim consueuerunt dicere homines, dies solemnis est, ego non possem relinquere hospitium meum. vnde dicit Ioannes. Apo. 1. Fui in spiritu dominica die. Multi sunt nihilominus histriones qui domum suam in his diebus derelinquūt. Prouer. 7. de mala muliere dicitur non valens in domo consistere pedibus suis. Hanc domum malum est relinquere. Primo propter insidiantium hostium multitudinem qui subito eā ingrediuntur & spoliant, iuxta illud Lucæ. 10. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones. Secundò propter temporis dati ad operandum perditionem. Eccl. 7. Non te prætereat particula diei bonæ. Tertio propter amicorum vitandum scandalum & offensionem, idest Angelorum & sanctorum, vnde Ber. Vereor ne nostram desidiā quandoque abhorrentes, cum indignatione recedant: & vnusquisque nostrum cito cum gemitu dicere incipiat. Psal. 87. Lōgè fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationem sibi. Huic autem domui debemus prouidere. Primo ipsam a sordibus mūndando. Psal. 6. Lauabo per singulas noctes, idest singula peccata lectum meum, idest conscientiam meam. Vnde & Ezechias cum dictum est ei, vt disponeret domui suæ, conuertit faciem suam, idest considerationem ad parietē, idest peccatum quod erat paries inter se & Deum, & mundauit omnia quæ ibi erant lachrymis suis. Vitia enim ante mortem si emortua non fuerint, ipsum exeuntem dæmonibus tradent. Sap. 4. Traducent eos ex aduerso iniquitates eorum. Non enim securus exit de ciuitate, qui inde exit inermis & impotens cum hostibus suis. Inde est quòd per longum tempus ante mortem debet se per bonam vitam ab huiusmodi vitijs, & malis consuetudinibus exonerare. Communiter dicitur, quòd bona vita ducit ad bonum finem, & mala ad malum. Arbor enim ad illam partem ad quam inclinata est cadit. Si ad dexteram, ad dexteram si ad sinistram ad sinistram. Mirabile enim esset, quòd arbor inclinata ad sinistram, caderet ad dexteram. Scriptura autem vocat nos arbores, quia arbores quæ faciunt fructum, non dimittunt in pace, sed lapidibus & baculis obruuntur: hoc tamen habēt priuilegium, quòd non ponuntur ad ignem quàm diu faciunt fructum. Sed illi qui non faciunt fructum dimittuntur in pace, & non obruuntur, sed faciliter abscinduntur & mittuntur ad ignem: ita homines facientes fructum in ecclesia non dimittūtur in pace, sed in hoc mundo obruuntur tentationibus & molestijs a mundo, Deo, & diabolo. Sed finaliter non ponuntur ad ignem inferni: ideo in morte cadimus ad illam partem ad quā inclinati sumus. Nam qui consueuerunt malè agere, communiter malè moriuntur: & si quandoque accidit oppositum, hoc est ex Dei gratia speciali, & quasi miraculosè: ideo necesse est, vt arborem nostram inclinatam ad sinistram, ad aliam partem deflectamus ante mortē, si voluerimus securè mori, & ad bonam partem cadere. Secundò ita disponendū est domui nostræ ante mortem, & ornetur virtutibus & moribus bonis, non enim sufficit a malo recedere, sed etiam oportet bene operari. 1. Mach. 4. Ornauerunt faciem templi, id est conscientiā coronis aureis, idest virtutibus plurimis. Fatui sunt homines qui negligunt se præparare vsque in diem mortis, vt fatuus esset qui in die solemni vellet indui vestibus nouis, & negligeret eas præparare vsque in diem festiuitatis. Vnde inuitatus ad nuptias quia hora competenti sibi de vestibus nuptialibus non prouidit, ligatis manibus & pedibus, missus est in tenebras exteriores. Mat. 22. Vnde & fatuis virginibus nimis tardo sibi de oleo prouidentibus dictum est, nescio vos, & clausa est ianua. Tertio solicitè custodiēdo se vsque in finem, quia qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. Abac. 2. Super custodiam meā stabo. Bene autem se custodit qui hic in via amicos suos custodit, scilicet virtutes

Scriptura cur vocat nos arbores.

tes & opera sancta, & præcipuè ipsum Christum. Si enim saluatoris amorem verum secum habuerit moriens, securus inde exire potest: quia Psal. 22. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es. Væ ei qui tunc saluatorem non habuerit amicum, in necessitate enim apparet valor amici, plus enim valet tunc amicus in platea quàm aurum in arca. Sicut enim pedes ad certum locum quo corpus ire afficitur portant, sic amor ad partem seu locum quem diligit & dilexit: moriens trahit & portat morientem & in ipsum reponit, iuxta illud Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad austrum, glossa, quantum ad saluandos: aut ad aquilonem, glossa, quo ad damnandos, in quocunque loco ceciderit ibi erit. Hinc est quòd huius transitus & translationis assignatur competenter causa. 1. Ioan. 3: Translati sumus de morte ad vitá, quoniam diligimus fratres: & sequitur, qui non diligit manet in morte.

Domus corporis disponenda, sobrietate, disciplina pœnitentiæ, & præceptorum diuinorum adimpletione. Estque infirmus hortandus ad talem dispositionem ab amicis, medicis, & sacerdotibus. Cap. XIII.

Y *Corporis domus quo est disponenda ante mortem.* Z

Secunda domus cui prouidendum est, est domus exterior, scilicet corporis, & hoc tripliciter quod tangitur Eccl. 33. Cibaria & virga & onus anno panis & disciplina, & opus seruo. Sicut enim ad asini regimen requiritur cibus pro vita, virga pro disciplina, & directione, & excitatione pigritiæ suæ, & onus pro necessitate domini, Sic ad dispositionem corporis & regimen eius requiritur primo ministratio sobria cibi & potus, ne in varios morbos incidat: quia ut dicitur Eccl. Plures occidit gula quàm gladius: & tamen incidit illud quod Lucæ. 21. dicit saluator. Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies eius, scilicet mortis. Multi enim ita intenti sunt corpori suo, quòd de anima non curant: & cum accedunt ad mortem, de corpore & corporis sanitate tantummodo solliciti sunt, & de anima non curát. Cuius tamen oppositum debet fieri. Primo, nam amici infirmi eum visitantes debét eum hortari, vt emendet vitam suam, & componat cum Deo quem irritauit, antequam ad eum accedat: quia infirmitas non est nisi nuntius mortis, indicans hominem esse mortalem. Secundo medici hoc debent infirmo suadere antequam corporalia remedia apponant, quia Deus non mittit principaliter infirmitatem nisi propter animæ sanitatem. Ideo Deus primò intendit animæ sanitatem quàm corporis. Medici autem debent suam voluntatem diuinæ conformare, quòd si aliter faciant male agunt. Si enim erga patientes suos ita se semper haberent, vt hortarentur primo mederi animam quàm corpus, tunc omnes eorum conditionem agnoscerét, nec ex eo terrerentur infirmi, & multorum bonorum forent occasio. Præterea medici debent sequi dominum suum. Cum enim quis sanabatur a Christo in corpore, primo sanabatur in anima quærendo ab eis fidem quæ est vita animæ: nam Abac. 1. Iustus ex fide viuit. Tertio dico, quòd sacerdotes & amici infirmi debent primo infirmos monere bonis verbis, non multum dantibus spem vitæ, nec etiam totaliter auferentibus dicendo ei. Amice vos estis in diuina dispositione, nescitis quid de vobis intendat agere dominus, ideo debetis disponere domui vestræ. Sin autem propter hæc nihil faciat, debent ei clare dicere, dispone domui tuæ, quia morietis tu, & non viues. Et quia multi sunt qui non consueuerunt disponere domui suæ durante vita sua, adeo tunc eis oportet illam lectionem legere, & ad hæc cogitare. Sunt enim sicut pisces, qui in mari multú benè sciunt se conducere, & sibi bene prouidere. Sed quando est extra mare, nescit se conducere & nihil videt. sic tales forte in temporalibus & múdanis sibi sciunt prouidere. Sed cum veniunt ad exitum, nesciunt

A

Infirmitates tur mittantur nobis a Deo.

Sacerdotis officium circa infirmos.

nesciunt disponere de conscientia sua, quia non didicerunt: & tamen tunc difficile est discere propter obstantia impedimenta doloris & terroris in morte aduenientia. Secundò necessaria est corpori disciplina pœnitentiæ, vt scilicet in seruitutem redigatur per pœnitentiam. Diues qui fecit pontem sumptuosum, ponit ibi pedagium, quod tenentur oēs transeuntes soluere. Christus autem fecit pontem quo transitur ad cęlestem patriam, quia Christus est assistens pontifex futurorum bonorum. Heb. 9. Expensæ huius pontis, pœnitentiæ sunt & miseriæ. Nam qui pontem istum inchoauit cæpit contristari & mestus esse, propter quod posuit pedagiū, scilicet pęnitentiam, nec adhuc quisquam transiuit, quin illud pedagium solueret. Judith. 8. Omnes quotquot placuerunt Deo, per multas tribulationes trāsierunt fideles: ideo si volumus pertransire, necesse est soluere pedagium pęnitentiæ. Psal. 37. Tota die contristatus ingrediebar: & bene tota die non expectans finem mortis, quia pons pęnitentiæ non est perpetuus, vel stabilis, sed cito leuabilis in morte: propter quod non transiens quan do potest, non transit quando vult. Vnde Apoc. 2. de Hiezabel meretrice dicitur. Dedit illi tempus pęnitentiæ & nō vult pęnitere a fornicatione sua, & sequitur. Ecce ego mittam eam in lectum, scilicet mortis. Oportet ergo corpori nostro ministrare disciplinam, quia tunc cum morietur non erit tempus disciplinæ. Tertio requiritur, vt ante tempus mortis onus mandatorum Dei portet, neque recalcitret, sicut ille de quo Deu. 32. Incrassatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrauit, sed dicat illud. Psal. 58. Sine iniquitate cucurri, scilicet viam mandatorum Dei & direxi. Debet tamen ita discretè in abstinentijs & oneribus dirigi, vt tamen continuo operibus bonis vacare possit, non nimis onerando asinum suum. Scimus enim Deum velle nos conseruare vitam nostram non tamen vtendo superstitionibus, vel incantationibus, vel transgressionibus alicuius præcepti Dei, vel ecclesiæ, vel regulæ quo ad religiosos, etiā si per hoc mors vitaretur, quia inde mors animæ sequeretur. Dicit enim Aug. 24. q. 3. si habes, quòd si vna anima pereat innumerabilium corporum mors huic damno comparari non potest. Sed cauendo a contrarijs, vtendo medicinis, habitando in locis sanis, subtrahendo se a locis infectis peste, licitum est cuilibet (cum nullo iure prophibeatur) nisi quis esset curatus in loco infecto peste. Talis enim deserere non posset plebem suam propter pestē, nisi prouiderit de vicario idoneo. Et in casu etiam extremæ necessitatis corporalis, vel spiritualis (vbi alij non adessent) quilibet tenetur iuuare de eo quod potest, non obstante infectione pestis cum se offert talis necessitas.

B C D E

Pœnitētia est veluti pons trā seuntibus.

Pœnitētia debet esse discreta.

Domus familiæ disponenda est eam ritè gubernando, dirigendo, & corrigendo, ordinando legata, & testamentum componendo; seu quinque virtutibus muniendo, diligentia, humilitate discretione, pietate, & charitate. Cap. XV.



Ertiò debet disponere domui suæ tertiæ, quæ est familia, eam rectè gubernando, & dirigendo, & corrigendo. Propter hoc enim percussus est Heli morte subita, quia familiam suam remisse correxit peccantem. Secundo ordinando legata & testamentum componendo. Quod quidem quinque virtutibus præmuniri debet. Primo muniri debet diligentia in statuendo, & faciendo testamentum. Et rationem assignat Ber. in quadam epistola. Disponere debes ante morbū. Nā senex sæpe fit infirmitatis seruus, & seruus testari non potest: liber ergo testeris antequam seruus efficiaris. hæc Ber. Vis enim doloris tunc impedit hominem, ne de alio tunc possit cogitare: vel etiam quandoque deficis eis lumē intelligentiæ propter vehementiā morbi, vel etiam propter malam consuetudinem, qua ita adhærent temporalibus bonis, & de legando nolunt verba quæcunque audire. Tales enim ita sibi ista terrena incorporant, immo incordant,

F *Familia quō sit regulanda ante mortem.* G

quòd

quòd necesse est eos inde mori ptæ nimia constipatione. Tales enim non possunt vel vix purgari, nec laxantur nisi cum violentia amaritudinis maximæ & fortitudine medicinæ, scilicet mortis quæ est amara homini iniusto, & habenti pacem in substantijs suis. mors.n. egestionem facit & expulsionẽ superfluorũ, & eorum qui diu iniustè retinuerunt, tunc enim restituunt quando amplius non possunt Sunt.n. similes his qui sæpe pẽduntur in patibulis qui aliqñ præ dolore egerunt. Sic isti dum moriuntur, & vadunt ad inferni patibulum superflua deponunt, & aliena restituunt, & legata pauperibus faciunt. Secundò debet muniri

H humilitate. Sic q̄ cum humilitate omnia in testamento fiant. Sunt enim quidam qui magis ad pompam faciunt magna legata, vt reputentur magni & fortes, nõ habent vnde soluere debita, melius enim esset nullum testamentum facere. vnde Aug. quia nihil habuit testamentum non fecit. Tertiò debet muniri

I discretione. Primò vt animam suam hominibus bonis & diligentibus Deum in quibus habeat fiduciam committat, vnde Ber. in eadem epistola. Committe animam tuam diligentibus animã suã. Psal. Disposui testamẽtum electis meis. Sæpe enim contingit quòd tales accipiant executores, qui eorum cito obliui scuntur: & nihil inde faciunt, sed omnia sibi appropriant. Vnde necesse est, vt postea multo tẽpore luant in anima, quod in corpore pauco tempore ordinare discretè poterant. Secundo in testamento memoriam de anima sua primitus faciendo & ordinando suffragia pro ea, si temporalia ad hoc sufficiant. Nam vbi temporalia non sufficerent ad soluendũ debita, vel ad necessitatem familiæ, dimittenda essent suffragia. vnde Ber. Disponi legata consulo, quòd solui prius mandes seruitoribus, & debitoribus q̄ sacerdotibus.

Anima cui sit ante mortem committẽda.

K Sed multi sunt qui in fine, luce discretionis carẽt: propter quod pessimè disponunt de anima sua, quia consanguineorum multitudo cõtra eos bellat, & contrariũ animæ suæ quærit, de quibus. Mat. 10. Inimici hominis domestici eius .i. consanguinei. Primò quidem, quia durum est morienti deserere filios & vxorem & alios quos inordinatè dilexit. vnde Aug. de sero pœnitente ait. Quem morbus vrget & pœna terret, ad verã vix veniet satisfactionẽ, maximè cum filij quos illicitè dilexit sint præsentes, & vxor, q̄ mundus ad se vocet. de pœn. dist. 7. c. nullus. Nã frequenter ex inordinato amore filiorum, citius volunt perdere aiam, q̄ aliena restituere ne pauperes remaneãt. Vnde de quodã vsurario in infirmitate cõstituto legitur q̄ cũ filij persuaderent ad restituendũ. Ille respondit, q̄ si hoc ageret, ad hospitale eos ire oporteret, moritur ergo sine restitutione facta. Post mortem unus filiorũ totã partẽ sibi contingentẽ restituit, & Dei seruitio se mancipauit. Alter vero retinuit suã partẽ mundanis deditus, & inde ad modicũ mortuus est. Quadam aũt die cum oraret ille qui restituerat, vidit terram apertã & in centro ignem infernalem ibique iacere filiũ super patrem, alterque alterum maledicebat, pater filiũ, eo quòd amore eius illicitè acquisierat nec satisfecerat, filius patrem, eo quòd talia malè ablata sibi dimiserat. Coangustant autem tales domestici morientem inquantum vnus quærit sibi legari tantum, alius tantum, & tota eorum solicitudo est de lana, nõ de anima. Aliquando etiam incipiunt euacuare capsas, quod videns infirmus non parum angustiatur: volentem etiam de suis disponere non permittunt, nec etiam ad eum ingredi doctum virum, ne forte sibi faceret conscientiam de restitutione, vel eleemosynis pauperibus dandis: immo decipiunt eum sæpe dicentes eum esse cito sanandum, cum tamen sit periculum. ideo bene dicitur Hiere. 9. Vnusquisque se a proximo suo caueat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans. Quartò debet muniri pietas, ut scilicet contineat opera pia, vtpote dare pauperibus & suis seruitoribus. In quibus sunt amici & consanguinei pferẽdi si eadẽ paupertate laborẽt: & hoc agendo nõ pietate natura-

Vsurarij cuiusdã casus.

Consanguineorum consuetudo ante mortem infirmi ditis.

li tantum, sed propter Deum, & vt orẽt pro anima sua. Multi enim sunt qui per totam uitam suam non fuerunt soliciti de anima sua, sed mundanis semper occupati fuerunt: ideo eum ad mortem properant solum de mundanis propter consuetudinem & affectionem solitam, cogitant & loquuntur: & vix diuerti possunt, vt de anima sua pro modico tẽpore solicitentur. Ad hoc est exemplum cuiusdam vsurarij qui cum faceret testamentum astãte sacerdote suo, & multa largiretur diuersis amicis suis, & nihil ordinaret pro anima sua dixit ei sacerdos. Amice recordamini de anima vestra. Ait ille, bene dicitis domine, quia verè ego tradideram eã obliuioni. Greg. Hac animaduersione percutitur peccator impius dum moritur vt obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Scriptum est. Prouer. 13. Lucerna impiorum extinguetur. Sicut. n. in curijs magnorũ dñorum datur candela pro equo parando, pro cenando, & pro cubando, & famulus partem candelæ consumit in præparatione equi, residuum in comedendo, & bibendo, & ludendo. Ita, quòd contingit, dum deberet cubare candela extinguitur, & sic cubat in tenebris. Sic multi partem lucernę, idest discretionis sibi datę a Deo expendunt in equi, idest corporis præparatione, scilicet in vestium ornatu: aliam in cibo, & potu, delicijs & solatijs: ita, ꝙ in nocte mortis hora cubationis, deficit eis lumen prudentię, & nesciunt se regere, neque de salute sua prouidere, vnde media nocte fatuę virgines dicunt. Lampades nostrę extinctę sunt. Matt. 25. Ideo possunt tales dicere in morte illud. Iob 17. In tenebris straui lectulum meum. Faciamus ergo sicut prudentes virgines, vt cum media nox mortis venerit, lampades nostræ replete oleo misericordię non extinguantur. Et sicut discreti viatores, quos ne tenebræ noctis comprehendant, festinant eundo, & laborando, & bene operando. Iuxta illud Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrę vos comprehendant. Quinto muniri debet testamentum charitatẽ, relinquendo vxori & liberis pacẽ & concordiam. Parum enim est eis relinquere hęreditatem nisi exemplo Christi, etiã cum hoc derelinquatur pax mutua: nõ enim Christus vineas & domos suis discipulis, sed pacẽ dereliquit. Sæpe enim contingunt inter eos iurgia, & dissensiones, pro diuisione eorum, quę benè vel malè acquisita sunt. Sunt enim sicut canes iurgantes ad unum os rodendum.

De anima principaliter in testamẽto meminisse dẽmus.

M

Domus æternitatis disponenda est per misericordiam. Cap XVI.



QVartò disponere debet homo ante mortem de quarta & vltima domo, quæ est domus æternitatis suæ, locum suum in ea operando, & solicitè custodiendo. Iuxta illud Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Exemplo illius viri religiosi nomine, Deusdedit, de quo Greg. 4. dialogor. c. 3. Hic enim calciamenta solebat operari, de quo alter per reuelationem vidit, quòd domus eius ædificabatur in cęlis. Sed in ea constructores sui solo die sabbati videbantur operari, qui eiusdem viri subtiliter vitam requirens inuenit, quia ex his quæ singulis diebus laborabat, quicquid ex victu & vestitu superesse potuisset die sabbati, ad beati Petri ecclesiam deferre consueuerat & indigentibus erogare. Si enim homo in uita præsenti nõ prouiderit sibi de hospitio, pro alia in malum habebit hospitium in alia vita, scilicet in inferno. Ber. O anima mea domum habes, sed cito casura es, & nisi tibi prouideas, vento, & pluuię exponeris. Et sic patet, ꝙ hæc domus ꝑ misericordiã ædificatur. Secũdo per misericordiam homo ad eam cõducitur. Eccl. 16. Oĩs misericordia faciet locum vnicuique secu n dum numerum meritorũ assignando supple. Vnde Ambrosiu. Sola misericordia cõis est defunctorũs Passus. n. iste transitus ad illam domũ. riculosus est, & ideo sicut peregrinus pe extranea patria plena bellis & latronibus contristatus ingreditur, & solicitè cogitat qũo securius per ductores, vel stipendiarios conductos, transire poterit:

O Misericordia nos ad perfectũ statũ cõducit.

terit: ita nos necesse ẽ eadẽ de piculis, & piculorũ euasione, ꝑ stipẽdiarios pauperes cogitare. & de eisdem esse quasi tristes, semper autem gaudentes. 2. Cor. 6. Semper tristes propter mala quę sustinemus, & quotidie expectamus, & propter bona quibus retardamur, semper gaudentes: quia mors illam tristitiã conuertet in gaudium, & disrumpet vincula, per quæ a bonis ad quæ creati sumus retardamur: iuxta illud Psal. 29. Conuertisti planctum meũ in gaudium mihi, & conscidisti saccum meum, & circundedisti me lętitia. Sed timor Dei solicitè custodit hanc domum. vnde Eccl. 1. Timenti Deum bene erit in extremis, in die defunctionis suę benedicetur. Eccle. 27. Si non in timore domini te tenueris instãter, cito subuertetur domus tua. Hanc autẽ domum muniunt charitas, & bona opera facta in uita q̃ illuc transmittuntur. Ideo stulti sunt valde qui illic nihil præmittunt, immo stultiores eo, de quo quidam aiunt, quòd post vitã stultam morti appropinquans, amicos & executores ad se vocauit, coram quibus cum testamẽtum faceret, vnam magnam summam pecuniæ legauit stultiori, qui in tota illa terra inueniri posset: causam assignans, quia ipse stultissimus fuerat, & ad talem qualis ipse fuerat in testamento suo respicere voluit. Et quia timuit ne forte executores hoc nollent cõplere, eos astrinxit iuramento, vt per villas & ciuitates stultiorem quærerẽt.

Testamentum a stulto factum.

Quærentibus illis semper stulto stultiorem inueniebant, & dum circumirent, appropinquauerunt ciuitati, in qua multitudini populi obuiauerunt, qui inter eos nudum & manibus ligatum quendam ducebant ad patibulum, quibus quærentibus qui fuerat, & quid fecerat propter quod ad patibulum raperetur, dixerunt quòd magister & dominus ciuitatis fuerat per annum, & ad libitum in omnibus voluntatem suam fecerat. Nunc vero omnibus illis bonis spoliatus ad mortem ducebatur, quia tali eũ recipiebant conditione, & omnes qui ante eum fuerunt & post eũ erunt, hæc .n. erat cõsuetudo ciuitatis. Quibus alij dixerunt, mirabile esse aliquẽ post eum inueniri posse qui ei voluerit succedere eo pacto & ea conditione. Quibus illi: Nõ est necesse perquirere aliquem hoc volentem, quia prece amicorum precio & muneribus quæritur. Tũc executores ciuitatem illam ingredientes, post prandiũ inuenerunt vnum qui prece & precio obtinuerat locum illius, & qui sedebat miser, ita tñ gloriosus ac si locũ illum semper obtinere posset, non considerando qualiter sui præcessores erant mortui, & qualiter eodẽ die suus pręcessor vita turpiter functus erat, & ꝙ tam cito per candẽ viam eum sequeretur, sed omnia hæc negligebat ad solam præsentẽ gloriam respiciens. Tunc executores obtenta licentia de loquendo cum eo, & recitato testamento pecuniam ei tradiderunt, dicentes ꝙ nunquam stultiorẽ inuenerant, nec inuenire possent qui pro tam modica gloria ad tantum discrimẽ se exponebat. Hæc est optima parabola. Nã mundani & pręcipuè officiarij nunc in multis sunt isti similes, quia prece & precio cõducunt esse in officijs vbi multa mala cõmittunt, nunc vnus, nunc alius ibi ponit̃, siue Papa, siue Rex: sed nõ diu durat, qñ statim non ad domum cęlestem, sed ad patibulum inferni rapiantur, vident.n. suorum præcessorum pericula & malos mores & finem pessimũ; nec corriguntur: & tñ in præsenti gloria & honore & potentia delectantur, ac si essent ibi perpetuo mansuri. Sed deterioris sunt conditionis isto fatuo, quia per annum ita certus erat sic viuere, isti nõ per diem integrum certi sunt: secundo quia ille solum quo ad corpus damnabatur, isti verò quantum ad corpus & animam simul.

Quinque rationibus probatur dæmonem acrius & fortius tentare hominem in termino vitæ quàm ante. Cap. XVII.

QVæritur vtrum diabolus adueniente fine, vel termino vitæ hois acrius & fortius hominem tentet? Ad hoc respõdet Alexander de Ales, ꝙ sic. Et hoc probat tribus rationibus quibus alias adiungemus. Prima ratio tangitur. Apo. 12. vbi dicitur, væ terræ. i. subsistentibus

in securitate & soliditate, propter diuitiarum & prosperitatum abundantiam: & mari.i.his qui propter sinistros euentus angustia & amaritudine replentur, quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam, sciens quia modicum tēpus habet. Quia enim tempus mortis extremum est hominis: frustratū se suis sentit maleficijs dæmon: nisi tunc decipiat eum: hinc multo plus quàm antea deseuire studet. ideo dicitur Esa.9. In nouissimo aggrauata est via maris.i. grauis est ad transeundum via amaritudinis mortis: in cuius signum dum filij Israel transierunt mare rubrū, Pharao se sentiens frustratum eorum seruitute, durius est eos insecutus. Secunda ratio accipitur ex debilitate morientis. Nam vbi maius imminet periculū si adsit aduersarius, maiorē occasionem insidiandi, immo & pugnādi audatiam assumit, maximè dum putat hominem auxilio destitutum. Sed in morte videt animam iam quasi ad portum applicantem, vbi semper maius imminet periculum, videt eum infirmitatis pugna absorptum & sensu & ratione: Hinc seuit fortius, & occasionem pugnæ ex his accipiens fortius tentat: propter quod. Gen.3. benè dictum est serpenti. Et tu insidiaberis calcaneo eius, idest fini & termino vitæ. Vnde magister, exponēdo illud, iniquitas calcanei mei circundabit me. Sicut anima quæ per mulierem designatur, conterit caput serpentis, idest suggestionem inimici: Sic inimicus insidiatur calcaneo.i.fini vitę, vt sicut illa capiti, sic iste calcaneo insidiatur. periculosissimū semper in pugna est finis pugnæ, in quo lucrantur vel perduntur omnia. Multi aūt sunt in hac vita qui de tēporalibus optimè sciunt disponere, qui cū perueniunt ad istam extremā necessitatem, nunquā cogitauerunt de illo prælio, sed capiuntur quasi en desarroy, sicut sunt aduocati & cōsiliarij. Bubo ad lumē lunæ bene videt, sed in lumine solis debilitatur eius lumē & obfuscatur. Sic mondani in his quæ mūdi sunt, benè & acutè vidēt, sed in spiritualibus nihil, maxime cū ad mortē perueniūt: ita ꝙ amittunt sensum & discretionem, nec sciunt de suis rebus ordinare, de quibus Iob 7. Ipse nouit decipientē, & eū qui decipitur, & adduxit cōsiliarios in stultū finem, & iudices in stuporē. Tertia ratio sumitur ex fine, ad quē prætendit homo. Nam ſm Haimonem quantò magis diabolus videt hominem in suum locum unde cecidit substitui, tanto plus inuidet & impugnat, quia ex liuore & inuidia tentat. Tunc.n. appropinquat homo ad hoc vt impleat ruinas, & restauret muros Hierusalem, quod summè impedire nititur aduersarius semper præsens, & nunquam dormiens. Vnde Greg.6. moralium. Antiquus hostis ad rapiendum peccatorum animas tēpore mortis effrenatur crudelitatis violētia, & quos viuentes blādicijs decipit, hos morientes seuiens capit. Ps. 10. Insidiatur vt leo in spelunca sua: insidiatur vt rapiat pauperem supple peccatorem omni tunc auxilio destitutum: rapere pauperem dum attrahit eum per tentationem: insidiatur enim ei vt catus muri dum de foramine exit. Vnde Gen 4. Diabolus est sicut Dan coluber in via, scilicet laicorum, qui ambulant latam viam mandatorū, & sicut cerastes in semita religiosorum qui ambulant semitas consiliorum, vt mordeat vngulas, idest extremitates equi, idest corporis nostri quæ quidem extremitas est mors, vt cadat ascensor eius retrorsum, scilicet anima. Prouer.23. Ingreditur blandè in vita, scilicet suggerendo peccata, & in nouissimo mordebit vt coluber interficiendo animā eius. In cauda enim iacet venenum, idest periculum mortis æternæ, hæ tres rationes sunt doctoris supra dicti. Quarta ratio sumitur pœnes locum & tempus sibi aptum. Sicut enim cautus bellator in passu arcto per quem eos quos capere vult necesse est transire, armatos ponit, & illis in passu illo cum tota potentia occurrit, & ibi mactat & occidit, & capit quos capere potest. Sic dęmones in arcto illo passu: iuxta illud Thren.1. Omnes inimici eius apprehenderunt eā, inter angustias. hoc figuratum est Numeri.24. in Balaā, vbi dicitur, ꝙ cum esset

super

super asinā, expectauit eū Angelus euaginato gladio in angustijs duarū materiarū vbi neq; ad dextrā, neq; ad sinistrā declinare poterat. Sic Angelus sathanæ expectat animā inter angustias duorū parietum, corporis, scilicet & animæ, vel huius seculi & alterius, vbi non est amplius locus diuertendi vel fugiendi, & illos principaliter qui super asinam carnalitatis equitant. Multi enim sunt in hoc mundo velut lepus, qui cū est in nemore, ita velociter currit, ꝙ vix ab aliquo venatore capi potest: sed quando a venatore reti capitur, tunc sua mobilitas retardatur. Sic peccator per nemora huius seculi discurrens, vix a Deo capi potest per pęnitentiā, vel tribulationes quibus eum persequitur Deus. Tandem reti mortis angustissimo a quo non potest effugere comprehenditur, & a canibus inferni deuoratur. Iob 15. Vallabit eum sicut regem angustia. Et sicut bello existēte inter duos dn̄os in passu medio inter illorum dominia (qui vulgo dicitur les frontieres) ponuntur exploratores, ad explorandū, & scrutandum transeuntes qui sint, vnde sint, quo vadant, quid portēt, litteras uidelicet amicorū, uel inimicorū, ad amicos uel inimicos: ita in mortis transitu, ueniunt tam boni quàm mali Angeli ad perscrutandum transeuntes qui sint, uel prælatus, uel mercenarius, Rex, uel tyrānus, sacerdos Dei, uel belli miles, uel raptor, & cuius sit in anima superscriptio, Dei uel Cæsaris. Exemplum de illo in libro de apibus, cui diabolus in mortis passu apparens librum ostendit in quo scriptum erat. Mortificabas animas quæ non moriuntur, & niuificabas animas, quæ non uiuunt: quod cum uideret & uisum diuertere uellet ne plus uideret, dixit, ꝙ etiā glossam legere, quæ talis erat: Quomodo reduces animas de inferno quæ tibi per malum tuum exemplum torquentur? quo audito, & uiso, & astantibus reuelato, statim desperatus obijt. Quinta ratio sumitur ex similitudine: quemadmodum enim in maiori mundo futurum credimus, sic in minori fore uel esse arbitramur. Sed in fine mundi diabolus plus seuiet, quando in fine suscitabit filium perditionis Antichristū, ut extollatur super omne illud quod dicitur Deus: & hoc tū quia semper eius augetur peccatum, licèt forte non demeritum: aucto uero peccato, malitia, astutia, & inuidia, simul crementum accipiunt: propter quod crudelius hominem impugnaturus est. Tum secundo, quia tunc notitiam multam per longi temporis experientiam habebit, & sic in nequitia plus proficiet. In cuius signum uidemus nunc machinas horribiliores fabricari, ita ut quantomagis appropinquat mundus senectuti, magis circa talia crescat ingenium. Si igitur, ita acriter contra electos pugnabit, ut si possibile sit, moueantur electi, quando mouebitur maior mundus: uidetur a simili sic in fine hominem multo magis persequi, & in eū toto furore debachari.

Dæmo-nis astus.

Primò dæmon tentat morientem desperatione tribus ostensis. Contra quam tentationem tria sunt remedia paranda in vita, & tria in morte. Cap. XVIII.



Ota, quòd hostis humani generis seuiens in hominem dum uenit ad mortem, quinque modis, uel saltem altero quinque modorum inuadere solet, qui cotinentur in illo uersu. Psal. 90. Non timebis a timore nocturno, a sagitta uolante in die, a negotio per ambulante in tenebris, ab incursu & dęmonio meridiano. Sed ut inquit Greg. iacula præuisa minus feriunt. Sic istę astutię & tentationes præuisæ minus lædunt, & plus homines contra eas se muniunt precibus, & suffragijs, implorando diuinum auxilium. Ait enim Apocalip. primo. Cor. 7. Reuertimini in id ipsum, idest ad Christum ne forte tentemini a Sathana, non enim ignoramus astutias eius. Prima itaque tentatio, & primus insultus, appellatur timor nocturnus, per quem desperatio intelligitur: quæ ideo sic appellatur, quia timet homo alterum intrare seculum, propter horribiles vias, & spiritus,

ritus, quos in alio seculo credit esse. Timor enim nocturnus ex phātasia rei nō visæ, sed solum in apprehensione phantasiæ consurgit. Tunc autem & homo alterius seculi vias ignorat, & quæ sibi contingant propter peccata sua formidat. Anima itaque peccatrix cum a vinculis carnis incipit solui, timore concutitur, remordente conscientia stimulatur, recolit vetita quæ commisit, & præcepta quæ negligenter impleuit, videlicet retro se vitam præteritam defecisse: deflet quod intra breue spatium potuit acquirere gaudium æternum, quod est in periculo perditionis, propter delectationis breue momentum. Ante se respicit, & infinitæ perennitatis spatia deprehendit, in quibus singulis momentis forte cruciabitur: ita quòd in quolibet momēto, aliud durius morte patietur. Aspicit supra se videlicet gaudium, circa cuius acquisitionē modicum aut nihil laborauit. Aspicit infra se, videt nihil esse quod amauit. Fugit intra se vt lateat, & omnia cogitata, verba, & facta, quæ cōmisit, reducuntur ei ad memoriam, perhibentia quasi testimonium, quòd in cōsortium dęmonum patietur pęnā æternam. Videt forte hinc dęmones assistentes, illic Angelos recedētes, manere vult exire compellitur: recuperare vellet perdita, nec auditur: præcipitanter inuaditur, & de carnis ergastulo, quasi piscis de gurgustio eijcitur, vt ad æterna supplicia cum amaritudine pertrahatur: & tunc desperat, finaliter implens in se illud vaticinium, percussimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Esa. 28. Si pęnitentiæ tempus obtinere posset, quàm dure conuersationis iter arriperet? quāta se factura ēt cū iurō, p̄mitteret? Hæc enim tentatio sępe eos qui in peccato vixerunt miserè succumbere facit, immo etiam quandoque iustos, & iamdiu conuersos ad vitam bonam. Nam diabolus considerans quòd moriens proprius est cælestibus regnis, nisi firmius obsistat, appropinquante termino mortis, ad moriētis oculos omnia in Deū commissa, omnē negligentiam, omnia peccata ab ineunte ætate perpetrata reducit, vt inde desperet. Primò quidem omniū illorum peccatorū multitudinem & grauitatem ostentans. Secundò Dei iusti iudicis in æquitate & iustitia rigorem proponit. Tertiò valorē gloriæ in cōparatione ad sua pauca merita, nimium supereminere demonstrat: adeo vt in extrema necessitate posito, locus spei vix remaneat. Ac si sibi mentem pulsando suggerere videatur. Vide, inquit, miser innumeram tuorum peccatorum multitudinem, quorum nulla facta est confessio, quorum nunquam cor tuum attriuit memoria. Qūo nunc cōfiteberis domino, qui nec spatium habes ordinare tua, vt cum eo computes, & soluas quod debes, & unde incipere confessionē nō hēas? Vide p̄terea paucitatem bonorū tuorū cum dierum multitudine, nihil esse ad futuram gloriam quæ reseruatur electis. Vide ex aduerso Dei iustitiam iam ad fores, iam ad caput tuum imminere, qui totam vitam tuam Deum persecutus es. Vis in morte misereatur tui, & contra meam potestatem sit adiutor, qui semper ad voluntatem meam omnia fecisti? Nonne vides quoniam tribulatio proxima est & non est qui adiuuet? vbi Deus adiutor contra currus & equites meos? Quod sentiens anima pauperis destituti, in fine dicere potest illud Ps. 17. Circumdederunt me dolores mortis, vt scilicet nō valeam cogitare de salute mea: torrentes iniquitatis conturbauerunt me, quādo cum multitudine occurrunt memorię meę velut futiæ quędam dolores inferni circundederunt me: quasi imminētes, & mihi parati pręoccupauerunt me laquei mortis. Hi laquei dęmones sunt qui hominem in morte illaqueant, & præoccupāt priusquam sit in inferno: inde est illa vox despātis. Ego dixi in dimidio dierū meorū uadam ad portas inferi: dimidium dierum, idest inter dies operis, scilicet huius temporis, & retributionis: dies qui sunt alterius seculi dixi: non uidebo dominum Deum meum in terra uiuentium, ecce pœna damni. Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis, idest uitā hominis nec quietem

Anima peccatrix cum incipit a corpore solui qd agat.

Diabolus quid faciat ante oculos moriētis

quietem propter pœnas æternas, ecce pœnam sensus. Tunc enim dicere potest anima conturbata (illud. Psal. 40.) Inimici mei dixerunt mala mihi quando morietur & peribit nomē eius. Vbi tūc luxuriosus, omnem suam uitam prostituens? Vbi auarus, qui gloriabatur in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in uanitate sua? Vbi tumidus & inflatus superbus, qui Deum contempsit? quid tūc dicere poterit, cum uallabit eum quasi grex angustia? Certè illud Ps. 37. Inimici mei nūc uiuūt, & ego morior: ꝯfirmati sūt sup me, & ego tribulor: & multiplicati sunt q oderūt me inique, & ego euadere despero. Vidēt quippe bestias infernales paratas vi, & violentia animam extrahere & extorquere a corpore, vnde conuenit eis dicere illud. Luc. 14. Villam emi. s. inferni per peccata mea, & necesse habeo exire a corpore, quia nihil potest retinere spiritum quin exeat, & videre illam. s. terram miseriæ & tenebrarum. Sed contra huiusmodi tentationis venenum, necesse est theriacam & remedium apponere. Primò igitur discretus homo hæc considerans, debet in vita sua sibi prouidere, vt tria faciat antequam ad illum districtū passum adueniat. Primo vitam suam cōponat in timore Domini, frequentando ecclesiæ sacramenta, & singulariter confessionis sacramentum, vt abstineat a peccatis, quæ in vltima necessitate ei occurrent ad ipsum perdendū: vnde Deut. 31. Occurrent vobis mala in extremo tēpore, cum feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. de quo Grego. Videte ne tunc quæratis peccata vestra fugere, quando iam non licet ambulare. Sed dicitur Eccl. 1. Timenti Deum bene erit in extremis. & Prou. 23. In timore domini esto quotidie, & spem habebis in nouissimo. Secundo ante mortem faciēdus est Christus amicus, vt in tempore necessitatis se ostendat virum. Vnde Poeta, Dum tempus fuerit, te præcor esse virum. Hinc Psal. 48. In persona peccatoris. Cur timebo in die mala. s. mortis iniquitas calcanei mei circūdabit me. Hoc

B *Remedium contra dæmonis tētationes.*

est iniquitas in fine vitæ meæ, quæ per calcaneum designatur me circundabit, ne timeā, vt dicit gl. magistri. frater non redimit, quia tunc amici redimere non possunt hominem ex iniquitate sua, redimet homo. s. dominus meus Iesus qui tunc se ostendet hominem: ideo nunc obnixe rogandus est, vt tunc subueniat quemadmodum sapiens. Eccl. ult. Pro morte defluenti deprecatus sum? Inuocaui dominum patrem domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, in tempore superborum, sine adiutorio. Inde est quòd homo in uita sua debet habere preces succinctas, quas ex cōsuetudine dicat ad dominum, quę mentionem faciant de hora mortis, vt est oratio Christi, In manus tuas domine, &c. vel Stephani, Domine Iesu suscipe spiritum meum: vt per consuetudinem lingua ad illa dicenda facilius trahatur, dum cęteræ membra infirmitate laborant. Tertiò vt tempore vitæ suæ faciat sanctos amicos suos, vt eum possint in illa extrema necessitate iuuare, in qua deficiunt omnes carnales amici. vnde dominus ait Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. inde est illud Psal. 143. Misericordia mea & refugium meum, & maximè ad sanctos Angelos, quia scriptum est in Psal. 33. Immittit Angelus domini in circūitu timentium eum, & eripiet eos. Huius est exemplum de morte cuiusdam sancti viri, & religiosi appellati Ventrini; qui cum lecto decubaret grauiter infirmatus, & fratres monachi astarent ad consolandum eum, misit eos, vt refectionem acciperent, & interim ipse cum priore & alio quodam monacho solus somnum acciperet. cum autem iā incipere vellet oculos claudere, subitò apparuit malignus spiritus gratulabundus valde, quasi in crastinum paratus absque dubio eum torquere. processit consequenter malignorum spirituum maxima caterua cum scutulis & lanceis & horrendis faciebus, quasi facientes armarium in modum Italicum ad includendum ipsum. cum hæc videret, & diligen-

A

 ligen-

ligentiam quam apponebant ad faciendum instrumenta ad torquendũ ipsum, non remanebat in eo spiritus, sed quasi iam desperabat euadere manus eorum. Cum superuenerunt viri honorabiles & clari, qui omnem illam cateruam dæmonum expulerunt dicentes, non decere eos ista facere circa hominem Dei: & statim consolantes eum, paululum post euanuerunt. Qui omnem postea recitãs visionem, Ita incredibili horrore visionis concutiebatur, ut lectum exiret & in terrã se prosterneret, petens vt psalmos pœnitentiales dicerent fratres, & orarẽt pro peccatis suis. Ecce quomodo san cti, & Angeli, in illa extrema necessitate fiunt amici. Tria autem debet facere peccator existens in illa extrema necessitate ne desperet. Primo siquidẽ Deus adiutor in opportunitatibus in tribulatione, in lachrymis cordis, & oratione pulsandus est, quemadmodum sapiens. Eccl. vlti. Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederunt me vndique, scilicet dæmones, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiæ tuę domine, & cooperationis tuæ quæ a seculo sunt, quoniam eruis sustinentes te. Ceruus enim, vt dicunt naturales, in angustia positus & timore inter canes & spicula venatorum, non habens confugium aliquod, ad lachrymas & ad hominem recurrit, quas lachrymas emittit abundanter. Sic in angustia mortis recurrere debet anima peccatrix cum lachrymis ad Christum, dicẽs illud Ps. 3. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me. multi dicunt animæ meę, non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem domine apprehende arma & scutum, idest tuam diuinitatem, & humanitatem, & exurge in adiutorium mihi. Conclude aduersus eos qui me persequuntur, idest fac conclusionẽ finalem, & sententiam pro me contra eos, qui dicunt non est salus ipsi in Deo eius; dic animæ meæ: salus tua ego sum. Sed dices forte nec lingua loqui valeo, nec labia mouere

B *Peccator quid facere debeat ne desperet in tentationibus dæmonis*

valida ægritudine debilitatus. Respondet ad hoc Ps. 41. & hoc soluit dicens. Apud me oratio Deo vitę meę, idest pro vita mea sufficit apud me mentaliter Deum exorare, qui potiùs audit labia cordis, quàm oris. Et sequitur. Dicam Deo, scilicet in mente susceptor meus es in hac tribulatione, quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus, in desperationẽ me inducẽs? Secũdò in hac necessitate, necesse est animam se humiliare, recognoscendo iniquitatem suam, & speret in meritis Christi amplissimis, dicens in corde suo spiritui maligno. Discede a me pabulum mortis, quia a Deo protectore meo iam præuenta sum: discede a me qui mihi hęc suggeris, quoniam nõ sum ego Cain qui dicit. Maior est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. Magna si quidem mea iniquitas, sed miserationes domini multę, qui mei miserebitur secundum magnam misericordiam suã. Vnde ęgrotante beato patre Bernardo in raptu, & extasi, affuit & sathan coram domino accusans eũ, quòd nec meritis suis, aut operibus, cœli regnum obtinere posset improperans ei peccata sua. Cui Bern. (quanquã ægrotaret) dixisse visus est. Ego quidem in meis meritis non confido, sed in Christi sanguine pro me effuso. Dominus siquidem Iesus duplici iure cęli regnũ obtinuit. Iure siquidem propinquitatis, quia filius naturalis patris cui debetur hęreditas: Et iure belli, quando per sanguinẽ suum semel introiuit in sancta, ęterna redemptione inuenta. Altero iure contentus, alterum mihi tribuet. Sicque confusus in suo congressu, abscessit sathan, nullum desperationi locum relinquens. Inde est, quòd sępe morienti rememoratur beneficium passionis Christi, vt in eo confidat. Tertiò debet, si possit, tunc sua bona, & merita qui in uita fecit, ad memoriam reducere, vt his cõtra desperationem sustentari, & fortificari valeat, exemplo Ezechię regis, qui timore mortis percussus, dicebat. Esa. 38. Memento quęso domine quomodo ambulauerim corã te in corde perfecto &c.

C *Iesus duplici ratione regnũ obtinuit cœli.*

&c. Vnde Grego. in moralibus lib.22. Sicut dum viuimus debemus bona nostra a memoria expellere ne extollant, ita appropinquante exitu, vt plurimum ea ad memoriam iustè reuocamus, vt cuilibet fiduciam præbeant, & desperationis timorem præmanr. Debet autem exitus ipse sanctorum virorum assistentia & precibus adiuuari, cum imagine crucifixi, & frequenti aspersione aquæ benedictæ, pp præsentiam malignorum spirituum expellendam. Quo creditur euasisse Theordorus qui dum in beati Gregorij monasterio degebat vir nequam, dū in lecto mortis a dracone penè deuoratus esset, monachorum assistentium precibus a faucibus draconis auulsus est: vt patet 4. dialogorum. Valet etiam ad hoc psalmodia, & lectio passionis Christi. vnde Innocentius. Quia diabolus extrema vitæ nostræ suis laqueis innectere nititur: Si in exitu pijs fratrum precibus, & sedulis psalmodiæ officijs muniamur, longe ille repellitur, nec audet se luminis castris ingerere vbi nomen domini per ora concinentium audit fęliciter personare.

Secundo insultat dæmon contra morientem vana gloria, contra quam tentationem datur infirmo consilium, & debent dari ab assistentibus quatuor remedia. Cap. XIX.

SEcundus insultus præcipuè inuadit bonos & iustos viros, sicut præcedens maximè inuadit peccatores & malè morigeratos: qui quidem insultus a psalmista. Psal. 90. dicitur sagitta volans, & nomine communi vana gloria, aut in proprijs meritis confidentia appellatur. Sagitta enim volans est uana gloria, animum eleuans de bonis factis. Sed illa sagitta intoxicata est, & subito animum penetrans, & vulnerans vsque ad mortem si præualet, quod videns aduersarius humani generis, & peccatorum multitudinem nequaquam objicere valens, ad vanam gloriam se conuertit, in hunc modum petens animo morientis suggerere. O quãta tibi manet in futuro tot & tantorum bonorum remuneratio, quis tibi nocebit pro quo tanta pugnant merita? Non enim filius iniquitatis ei nocere poterit, nec præualebit inimicus aduersus eum, cui tanta ante mortē merita, & post mortē manent pręmia. Confidentiā habe, qui times? multi te minores in merito cū securitate gaudio & lętitia trāseunt, & tu times, delectare, & confide in tuis meritis, quia neque sathan quicquam, vel ad modicum poterit in te, nihil in te funestum reperiet. Nunquid orationes tuæ apud dominum semper exaudiūtur? Vulgus omnē de te bene sentit & loquitur, quid times esse in gratia Dei quando iam es in gratia & reuerentia omnis populi? Periculosa sanè est hæc tentatio viris iustis, & sanctis, & penè importabilis & eis tremenda. Nunquam enim visus est natura quantumcunque nauigatoriæ artis peritia insignitus, quin semper appropinquare portū timuerit. manus & singula mēbra ad opus tunc exercens amplius, ne forte vna cum mercibus se & suos, & omnia sua quæcunque habet irreuocabili casu in momento perdat. Inde est q̄ sæpe (nescio quo flatu) quidam mortis lecto incumbentes, verba quandam gloriolam insinuantia videntur proferre, ac si sancti & iusti essent apud semetipsos: contra illud Eccl. 7. Noli esse iustus multum, neque sapias plusquam necesse est supra apud temetipsum. Hæc enim verba gloriam representantia debent ab assistentibus retrudi & moderari, & vt humilius de se sentiat hortandus est, dicendo sibi illud. Eccl. 28. Attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Dicat igitur anima hanc tentationem sentiēs, & repellens illud. Psal. 10. In domino cōfido non in meis meritis, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer qui volat de monte in montem non descendendo in vallē? Sic creditis quòd de monte gloriæ & vanitatis huius seculi sine humiliatione transmigrem in mōtem æternæ gloriæ, quod non est verum: & ratio est, quoniam ecce pec-

Dæmon q̄uo bonos vanagloria tentat.

ec peccatores, idest dęmones qui falso sentiunt & loquuntur, intenderunt arcum suum tentationis, ad trahendum sagittas vanę glorię & parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro, scilicet mortis vel in obscura luna secundum aliam translationem quãdo, scilicet sol & luna occidunt, vel obscurantur morienti rectos corde. Ps. 10. quia ad eos præcipuè peruenit hæc tentatio. Si autem ad hypocritas perueniat qui multum huic subiecti sunt, tunc timere debent, ne tunc derelinquantur a Deo: quia scribitur Iob 27. Quę est spes hypocritæ si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit angustia super illum? Contra hanc tentationem debent assistentes laborare, vt humilient infirmum, & minora de se sentire doceant: hoc autem fieri poterit quatuot remedijs. Primũ immensa Dei iudicia, & incomprehensibilia ad memoriã reuocare, quoniam aliter homo, aliter iudicat Deus. Iudicium siquidem Dei sanctum & occultum, iudicium hominis latum & sępius falsum: ut de Agathone satis expresse tradunt ueteres historię patrum. Is .n. cũ graui infirmitate laboraret, & iam ad extrema deductus, pallidus & tremens oculos fixos versus cœlum aliquot diebus haberet, quasi immobilis existens, dixerunt ei discipuli sui, vbi es pater? At ille ad iudicium de isto. At illi. Tu times pater. At ille in veritate timeo. At illi, non cõfidis in operibus tuis bonis pater? At ille quàm diu fui in hac vita iuxta posse laboraui ad seruandum mandata Dei, attamen aliud est iudicium Dei, & aliud hominũ. Nescio enim si opera mea sint Deo accepta, ideo ad seipsum rediens ægrotus, & talem tentationem reijciens dicat. Exaudi me in tua iustitia, idest in curia iustitiæ ad quam personaliter comparere cogor, & non intres in iudiciũ cũ seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quia persecutus est inimicus animam meam. Secundum ad hoc remedium est præcedentes sanctos in medium adducere, qui etiam

G *Quatuor remedia contra tẽtationẽ vanagloriæ.*

H

in morte timuerũt: & qui de suis minime confidebant meritis, sed misericordiam Dei suis lachrymis prouocabant. Vnde & Paulus iustissimus dixisse legitur. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Tertium ad hoc remedium est in medium adducere qualitatem gloriæ cęlestis, quæ non est nostris meritis comparanda, iuxta illud Apostoli. Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quartum est, vt ad mentem deducatur nostrorum operum imperfectio, nihil enim iustè operamur quin aliquid de homine, aliquid de imperfectione in illo opere reperiatur, iuxta illud Esa. 64. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Hoc autẽ Deus ad indiuisibile nouit, nos autem non, iuxta illud Psal. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & adhuc quicquid boni in eo operæ est a Deo est, quicquid imperfectionis ab homine: & sic ex istorum consideratione humiliet se dicens. Psal. 114. Custodiens paruulos dominus humiliatus sum, & liberauit me: quia paruuli pisciculi maculas retis euadunt, vbi magni retinentur apprehensi: & sequitur. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi per suam misericordiam, & non tantum per tua merita, quando per eum victrix facta es tentationis.

Tertia infidelitatis, scilicet tentatione, dæmon tria hominum genera summè nititur exterminare. Contra quam dantur quatuor consilia & quinque iuuamina exteriora. Cap. XX.



Ertia tentatio, vel insultus, est tentatio de infidelitate, quæ negotium perambulans in tenebris dicitur, eo quòd tunc aduersarius hominis per tenebras infidelitatis & errorum, hominem declinare & ambulare satagit. Cum enim sciat, quia sine fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. Et dubius in fide sit infidelis, extra de hæreticis, dubius. ideo ad dubitandũ de fide conatur inducere. I

Nam

K Dæmõis de infidelitate tẽtatio valida.

Nam in oculos mentis ægrotantis articulos nostræ fidei velut disputandos adducit, quasi sibi suggereret. An credas aliam vitam esse ab ista in qua fœlix vixisti? Nonne similis est hominum & iumentorum interitus, & æqua vtriusque conditio. Putas in alio seculo ignem illum esse & tartara, quæ fingunt terribilia, & gloriam hoc seculo? maiorem nihil est de omnium istorum testificatione. Ne timeas nihil plus erit de te quàm de iumento. Nonne vides esse figmenta & simulationes in sacramentis illis, vbi nihil nisi aqua, vel oleum, vel panis in quibus præter naturalem nullam credas esse virtutem: nec credas per ea aliquam esse peccatorum remissionem. Hæc enim tentatio valde timenda est, quando ratio & sensus tenebrescunt & obscurantur: dubium enim quod fecit Eua prima omnium parens de præcepto Dei, cum dixit, ne fortè moriamur, causa perditionis fuit nedum eius, sed etiam totius posteritatis suæ, sic dubium in fide eo maximè tẽpore quo fides vsque ad claram Dei visionem habet hominẽ

L perducere, ab illo lumine clarissimo longe deuiare facit: & quamuis hæc tentatio omnes inuadat fideles, maximè tamen tria hominum genera quærit exterminare, quos ad eius suggestionem suscipiendam credit diabolus prõptos esse. Primò quidem eos qui in hac vita paucam aut nullam habuere fidem, vt sortilegi & superstitiosi carminatores. Secundò eos qui eruditi sunt, & aliquando certa talia argumenta, & difficultates habuerunt. Vnde & aduocato cuidam morienti, & volenti disputare contra illud Psal. 6. Non est in morte qui memor sit tui, eo quòd memor esset Dei in morte, satis prudenter dictum est a sacerdote, tunc non esse locum disputãdi sed credendi. Tertio deuoti quæ scrupulis suæ conscientiæ infestati a spiritu blasphæmiæ multoties impugnati sunt. Sed ad obuiandum huic tentationi, mul-

M Remedia ad tollẽdam infidelitatem.

ta valere possunt remedia. Primò, quia fidelis Christianus qui vult fideliter mori, tollat suas superstitiones & dubia quæ habet in vita sua; quia si quodammodo habituetur in istis habitibus malis, diabolus in fine vtetur illis. Scit enim complexiones hominum & habitus malos, quibus facile est tunc obuiare. Secundo debet in vita sua sæpe memorari fidem suam, vt cum opus fuerit lectionem illam fidei recitet, vnde in completorio sumnisse dicitur Pater noster, & Credo, vt quilibet illa dicat, ad ostendendum, quòd in complemento ætatis, scilicet in morte omnes indigent oratione ad Deum patrem, & confessione fidei contra tentationem. Tertio vtile est valde, vt protestetur fidelis in initio infirmitatis, & ante articulum mortis ipsam suam fidem, ita scilicet quòd in illa vult mori, & si quid contrarium dixerit vi morbi, vel alia diabolica suggestione, hoc pro nõ dicto vult haberi: ita vt homo velit in ea permanere immobilis: vnde Act. 7. dicitur, quòd cum prora fixe manebat & immobilis, puppis soluebatur a vi maris. Prora quædã prior est nauis pars, puppis vltima, & ita dũ prima & principalior pars hominis, scilicet anima, manet fixa & immobilis in fide, vltima pars, scilicet corpus dissoluitur a vi amaritudinis mortis. Vnde dicitur Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, scilicet inclusiuè, & dabo tibi coronam vitæ. Vnde legitur de quodam magno doctore, qui cum esset in extremis constitutus, diabolus adueniens suggerendo, cœpit alloqui mentem eius, & quærere quid ipse crederet. Respõdit autem ipse cogitationi tali credere se quod ecclesia. At vlterius ille quæsiuit: Quid ecclesia crederet: At ille respondit, articulos qui in symbolo continentur, scilicet Deum trinum & vnũ, Dei filium a virgine conceptum & natum, &c. Cum subdidit suggestio diabolica. Nonne argutia quę secundum rationem est docet hoc impossibile fore? Et sic intrans ipse disputationem super huiusmodi, existimans propria virtute rationem illam expellere, in incredulitatem decidit & mortuus est. Inde ad paucũ tempus alius doctor infirmatus ad mortem, cui apparens prædictus mortuus, quia sibi familiaris & notus, interrogauit de fide sua,

N Respõdere quõ debeamus in articulo mortis ipsi diabolo.

de sua,

de sua,ne forte erraret. Cui ille respondit: credo quod sancta mater ecclesia. At ille,quid credit ecclesia? Respondit infirmus: id quod credo. At ille iterũ,& tu quid credis? Respondit idem quod prius,s.quod credit ecclesia:& sic pluries interrogando, nunquam potuit eum de prædictis terminis educere,nec in desperationem ponere: propter quod ille mortuus exclamans dixit. Heu mihi quare non sic feci in vltima mea infirmitate? volui disputare cum diabolo confidens ex superbia mea de proprio ingenio, ex quo succubui de fide dubitans, & propter hoc perpetuò damnatus sum. Hæc Antoninus Florentinus Archiepiscopus. Quartò debent ibi assistere qui eos erudiant in fide, & nitantur humiliare intellectum eorum in obsequium fidei: adeo vt humiliati coram Deo in more patris lunatici,exclament ad dominum illud euangelicum. Adiuua domine incredulitatem meam, idest imperfectionem fidei meæ: quemadmodum quidã magnus doctor mortem obiens egit humiliando se. Nam cum hac tentatione molestaretur,maximè circa altaris sacramentum in fide mulieris astantis & ipsum introducentis eucharistiam, miraculosè quidem suscepit,& tentatione se data fęliciter in domino obdormiuit. Vnde in Esdra legitur factã fuisse quæstionem. Quid in mundo fortius esset? Alius quidem dixit Rex. Alius vinum: alius mulieres.In fine tamen illius adiudicata est sententia quæ dicit super omnia vincit veritas.s.fidei: hæc.n.¡por ssimè vincit aduersarium nostrum. vnde 1.Pet.5. Aduersarius vester diabolus, quasi leo rugiens circuit quærens quem deuoret,cui resistite fortes in fide. Inde est cõsuetudo in aliquibus religionibus, cum laborat aliquis in extremis, audito signo statim accurrere,& dicere symbolum fidei,ad fugandum dæmones ibidẽ insidiantes: & quia hæc tentatio ferè æqualiter omnes tangit;Hinc in termino vitæ de sua fide plerunque, & vt sæpius
O commonentur fideles.Et contra hãc tẽtationem periculosam, valde nedum iuuantur exteriori doctrina, sed etiam exterioribus signis.Nam ad arcendum dæmones cæreus benedictus in manu morientis datur. Primò quidem ad fugandum dęmones,quemadmodum noctuas lucis odiosas:quoniam qui male agit odit lucem; viso siquidem regis æterni signo, & cui diuina virtus propter sacerdotalem benedictionem assistit, appropinquare non audent.Secundò ad ostendendum quòd quilibet talis morbo oppressus dicat,aut sentiat,aut se in fidei lumine protestetur exire.Adeo vt exterius lumen,prædicet interius:vt quemadmodum qui in tenebris infidelitatis decedunt,in tenebras vadunt exteriores,vbi erit fletus & stridor dentium: Sic qui cũ tali decedunt lumine, in lucidas mansiones pergant, vbi lux perpetua lucebit eis. Secundò iuuari debent Sacramento Eucharistiæ:vt circa hoc Sacramentum ostendant fidem suam, & deuotionem, & vt præseruentur a dæmonibus. Propter enim quinque solet eis dari.Primò, quia via est formidolosa propter hostes, ideo datur viaticum: de via dicit Psal. 141.In via hac qua ambulabam,absconderunt superbi laqueum mihi.Secundò quia via longa, ideo datur ad reficiendum.3.Reg.19. Surge comede,grandis enim tibi restat via.Tertiò, quia est periculosa,ideo datur tanquam pugil ad defendendum.Iob 17.Pone me iuxta te,& cuius vis manus pugnet cõtra me.Quartò est tenebrosa, ideo datur tãquam lux ad illuminandũ.Io.8.Ego sum lux mundi.Quinto est dubia & ignota, ideo sibi datur,tanquam ductor ad præcedendũ. Exod.15.Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Tertiò iuuatur imagine crucifixi,quem deosculãs protestatur fidem redemptionis exteriori signo. Infirmus enim & debilis non debet dimittere baculum sustentantem durante via periculosa; alioquin cadere posset: nulla magis periculosa via quàm in exitu mortis, ideo se debet tenere homo semper ad baculum crucis,& ad fidem eius,quemadmodum beatus Andreas qui dicebat, ego viuẽs deponi de cruce non potero.Quartò cũ tentatio nimis fortis est,tunc iuuat suos

P *Cæreus benedictus cur datur in manu morientis.*

Q *Eucharistia cur datur morientibus.*

R

fideles fidelis Deus, qui non permittit nos tentari supra id quod possumus, & hoc in mittendo Angelos suos & sanctos in adiutorium nostrum, & quandoque per seipsum. Nam de ipso scribitur in Psal. 1. Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Aquæ sunt populi. Iuxta illud Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi: & iuxta illud. 2. Reg. 13. Omnes moriuntur, & quasi aquæ in terra dilabimur, quæ non reuertuntur. Tunc enim filius Dei plantatus est secus decursus aquarum, quando omnibus mortalibus similis factus ē: lignum autem pl ntatum iuxta aquam, permanet in loco suo aqua fluente. Sic ipse secundum diuinitatem immortalis, erat omnibus mortalibus velut aquis in mare mortis defluentibus. Huic ligno adhæreat, qui se sentit periclitari in mari huius mundi, & in extrema necessitate. Quantum gaudium erit viris iustis, cum videbunt fratrem suum Christum volentem & valentem ferre auxilium in necessitate. Exemplum ad hoc de Tharsilla amica sancti Gregorij, quæ sanctitate & abstinentia vitæ pollebat, quæ ægrotans visitata a nobilibus fœminis, & sursum respiciens, vidit dominū Iesum, & illa circūstātibus clamare cœpit, recedite recedite, quia Iesus venit. Tunc sancta illa anima, cum immenso odore a corpore egressa est. 4. dialogorum. cap. 17. Per sanctos & Angelos quandoque consolatur eos. Sicut enim arbor plantata sed onerata, cum superuenit ventus vehemens, ne ruat, mittit agricola qui eam appodiet: Sic Angelorum multitudinem quandoque mittit ad occursum, ne ruamus ad interitum: vnde Esa. 54. Paupercula tempestate conuulsa fundabo te in sapphiris, idest in Angelis meis, qui in scriptura per preciosos lapides intelliguntur. Exemplum ad hoc recitat Cyrillus in libro de vita beati Hieronymi. Nam adueniente die quo beatus Eusebius Cremonen. sciebat se migraturum ad dominum, tertia die ante languore in febris correptus est, & pene per triduum, locutione & corporali visione caruit, die qua moriturus erat per duas

Angeli mittuntur in auxiliū morientis.

horas ante animæ exitum: beatus Eusebius tam terribiles actus cœpit agere, ꝙ circumstantes monachi velut amentes in terra iacebant. Nam quandoque manibus iunctis, transuersis oculis, facie terribili, & voce dura, quasi sedens clamabat. Nō faciā non faciā, mētiris mētiris. Post hæc ad terram se proijciens quantum poterat clamabat. Adiuuate me fratres ne peream. Quod monachi videntes interrogauerunt dicentes. Quid habes pater? At ille, non videtis dæmonū agmina, qui me debellare cupiūt? At illi, quid te facturum volebant, cum dicebas non faciā? At ille, conantur nanque vt diuini nominis & fidei blasphemus inueniar, & ideo hoc me non facere clamabam. At illi, quare pater faciem tuam abscondebas in terram? Respondit ne eius aspectum cernerem, qui tam terribilis est, vt omnes mundi formidines in cōspectu illius nihil sint. Sed beatus Hieronymus superueniens ipsum cum exercitu suo profugauit.

Impatientia, quarto insultu nititur dæmon præcipuè auaros, vsurarios, & raptores subuertere: contra quam dantur tria remedia. Cap. XXI.

QVartus insultus, siue quarta tentatio est impatientia, quæ dicitur incursus eo, quòd subitò, & absque ratione animū frangit. Hac sæpe tentantur auari, & vsurarij, & raptores. Cum enim aduenit illa extrema dies, vident quòd sunt destituti omnibus quibus inhærebat cor eorum, puta diuitijs & honoribus, & ædificijs, nec possunt non inhærere, cum fortis sit vt mors dilectio, vident se omnem huius mundi laborem breui spatio perdidisse, nec aliquid eis remanere ex omnibus quæ dilexerunt, nec esse ad hoc remedium, præoccupantur etiam ab infirmitate graui, quam non didicerunt pati: nec possunt disponere de rebus suis ad eorum beneplacitum: perdunt insuper omnem quam in mundo habuerunt dulcedinem. Ideo ad impatientiam faciliter deducuntur, ita vt quandoque bla-

Infirmi quandoque ad impatiētiam per diabolū deducuntur.

blasphement creatorem suum: iuxta quod dictum est a diabolo beatissimo Iob per instrumentum mulieris suæ. Iob.20. Adhuc tu manes in simplicitate tua, benedic Deo, idest maledic & morere. Inde est quòd huiusmodi homines inducuntur ad impatientiam, & ita quandoque radicatur corde eorum tempo alium amor (quæ tamen perduntur) quòd non est remedium: quoniam cum impatientia decedant blasphemantes: & iam infernali lingua loquentes. Cum enim de inductione ad patientiam loqueretur Christus, ait: In patientia vestra, possidebitis animas vestras. Hoc est nisi patientiam habueritis, non habebitis possessionem animarum vestrarum: ergo per impatientiam auferetur a vobis possessio, & dabitur diabolo. Quandoque etiam bonos inuadit hæc tentatio, per dolorem & infirmitatem grauissimam. Muscæ enim sequuntur bufonem, & pungunt si possunt. Sic vnctos gratia Dei puncticnibus & doloribus, ad impatientiā ducunt, ut vix per astantes moderari possent. Sed ad hoc sunt

Z

Remediū contra impatiētiæ tētationē.

A

tria remedia. Primum, vt homo in vita sua in bonis quibuscunque quæ amitti possunt cor non multum apponat, alioquin sæpe tristabitur, & ad impatientiā ducetur. Hoc enim est summum remedium contra tristitiam, & impatiētiam. Secundum astantes ad patientiam commouere possunt, primò exemplo Christi, & sanctorum martyrum. Iac.5. Exēplum accipite fratres exitus mali, longanimitatis, patientiæ & laboris propheta rum, qui locuti sunt in nomine domini.: ecce beatificamus eos qui sustinuerunt sufferentiam. Iob. Audistis, & finem domini vidistis. Secundo debet ostendi breuitas morbi, & auxilium Dei, & quomodo, si patienter portet infirmitatem, erit iste dolor in satisfactionem, & in purgatorium, vel partem eiusdem. Tertium ad hoc datur extrema vnctio, vt leniantur ei dolores. Iac.5. Infirmatur aliquis ex vobis, inducant presbyteros ecclesiæ, vt orent super eum, vnguentes eū oleo sancto in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum domi nus. His verò qui iustè vixerunt, semper dominus dabit in fine patientiam. vnde Sap.5. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentū mortis. s. per impatientiam. Inde postquam orauit. Psal.12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, &c. Subdit consequenter. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero, ego autem in misericordia tua speraui.

Obstinatio, quintus insultus, contra quam non est remedium, nisi Dei speciale auxilium. Cap. XXII.

B

QVintus insultus est dæmoniū meridianum, & est obstinatio quando diabolus ita infirmū ad voluntatem suam deducit, quòd eum adhærere facit suæ propriæ opinioni: taliter quòd nemini credere vult, & nihil potest ei demonstrari cui adhęreat. Si enim dicatur ei ꝙ necesse est, quòd confiteatur peccata, sua sacerdoti, dicit non esse tempus confitendi, & quòd benè se sentit, & quòd nō est ita infirmus, quòd eum oporteat confite ri, vbi tamen a medicis desperatur, & infirmitas ingrauescit. Si dicatur ei, quòd conscientiam faciat de hoc quòd alienū rapuit, dicet statim, quòd benè verū est, quòd alienum habuit, sed per legem aliquam, vel processum (quem per cautelā obtinuit) illud possedit: nec debet de hoc agere conscientiam, cum hoc iustè obtinuerit per iustitiam. Si dicatur ei, ꝙ restituat, dicit, quòd non est adhuc tempus, sed si vixerit hoc faciet. Si dicatur ei quòd parcat suis inimicis, dicet, quòd pro morte hoc non faceret, & quod nō posset hoc facere, quasi sit iam de illis, de quibus Esa.28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Illud est patens dæmonium in meridie, quia iam diabolicam conuersationem sequitur. Et nisi Deus apponat manum, vix aut nunquam ab obstinatione sua diuerti poterit, quia nemo corrigit quem Deus despexit. & Eccl.3. Cor durū malè habebit in nouissimo. vnde Petrus Cluniacen. libro de gradibus humilitatis.

Obstinatio est pessimū vitiū in infirmo.

tis. Homo arrogans, & seipsum sui ducem constituens, non indiget Dæmone tentante. vnde est consilium sapientis: Ne sis sapiens in oculis tuis, sed omnia fac cum consilio, & in æternum nõ pęniteris. vulgo enim dicitur, ꝗ non oporteat consiliari bestiam, quæ in capite suo totum suum consilium portat. Sunt. n. tales iam dæmones, possunt. n. dicere (illud Psal. 16.) Inimici mei maximi, s. dæmones animã meã circũdederunt, quia vallo circundant eam, cum peccata com missa ante mentem ponunt, vel diuersa tentamenta huic suggerunt, adipe suum concluserunt, quia abundantem malitiã suam in animam per obstinationem cor dis, & duritiam incluserant, ita vt remo ueri non queat, os eorum locutum est su perbiam. Dum de confessionis taciturnitate, vel restitutione, aut misericordia agenda non curant: cum necesse est eam facere tentant, omnia quæ ad superbiam pertinent, cum homo de seipso pręsumit plusquam de doctis astantibus, qui sibi oppositum consulunt pro sua salute. Vnde in vitis patrum legitur, quòd cuidã viro probo religioso in infirmitate constituto, apparuerunt duo dæmones in forma Angelorum bonorum, dicentes se missos a Deo, vt portarent animam eius ad cœlum: sed ita grauem reperiebant, quòd non possent deferre. Nihilominus darent sibi modum ad alleuiandum peccata sua, videlicet vt exinde teneret silentium firmissimum. Quibus recedentibus, ille nulli loquebatur, nec respondebat: quod perpendens quidam sanctus vir & expertus, visitans eum, cœpit admonere ne permitteret se decipi a diabolo, qui quandoque se transformat in Angelum lucis. Ex quibus verbis illuminatus, locutus est, & reuelauit quomodo apparuerant sibi illi duo, & quid dixerant: & quòd postea recordatus fuerat de quodam peccato mortali commisso in seculo, de quo nunquam confessus fuerat ex obliuione, quod subito confessus est, alias fuisset damnatus, & sic detectæ sunt inimicorum insidiæ. Contra huiusmodi tentationem non videtur remedium aliquod, nisi procedat ex singulari

Dæmon se transformat i Angelũ lucis.

Dei misericordia, vel recursus ad preces sanctorum virorum orantium, vt Deus illam obstinationem tollat: vel quòd homo durante vita sua, si se sentiat illius conditionis, vt sequatur proprium sensum, quòd a se eam repellat: difficile enim est, quòd cauda non sit illius ouis.

Licèt pænitentia vera sufficiat ad salutem, pænitentia tamen in extremis habita, vix est vera & sufficiens ad salutem, quatuor rationibus: incitandi tamen sunt infirmi in extremis, vt pro viribus studeant suæ saluti. Cap. XXIII.

QVæritur vtrum in extremis possit quis dignè pœnitere, quia secundum magistrum dist. 204. allegantem Augustinum, & ponitur de pęnitentia dist. 7. periculosum est, & interitu vicinum vsque ad mortem procrastinare pęnitentiæ remedium. Peccat autem qui se exponit periculo, igitur. In oppositum est Aug. de vera & falsa pęnitentia, quam recitat magister. dist. 104. Si in extremo vitæ hiatu pęnitentia aduenerit, sanat & liberat: quod probat, quia multum fuit sera latronis pęnitentia, sed non fuit sera eius indulgentia: & per illud Ezechiel. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator, vita viuet & nõ morietur. Pro responsione secundum doctorem subtilem dist. 20. quarti. fit prima propositio. Pęnitẽtia vera, siue interior sola, siue exterior cum susceptione sacramenti pęnitentiæ, sufficit ad salutem alicuius in extremis. Patet auctoritate Aug. & ponitur, dist. 207. quoniam Deus semper potens est, etiam in morte potest præmiare quibus placet. Cum ergo sit opus Dei non hominis fructuosa pœnitentia, eam inspirare potest, quando vult sua misericordia. Secundò patet, quia siue pęnitentia interior sola, per modum meriti de congruo, disponit ad iustificationem impij: siue sacramentum pęnitẽtiæ per modum sacramenti, operetur ad eandem: si ab aliquo in extremis habeatur hæc, vel illa, habetur eadem ratio perceptionis gratiæ, quæ est in alio pęnitente. & per

Pænitẽtia sera, qũo potest esse bona.

per consequens gratia percipietur & sic salus. Dico autem aliquem esse in extremis, non qui grauarur morbo secundum communem legem curabili, vt febre tertiana, & huiusmodi, nec qui subitò moritur, cuius mortis nulla adhuc apparet causa: Sed qui ex causis euidentibus iam positis, iudicandus est proximus morti, secundum causas inferiores operantes, vt in pluribus, vtpotè in infirmitate quando iam attingit ad gradum desperatum iudicio medicorum, vel in alijs periculis: vt in submersione, vbi statim imminet mors. Dico etiam veram pęnitentiam cum pęnitens efficaciter dolet de prateritis, & proponit cauere a mortalibus futuris, & confiteri verè, & satisfacere pro posse, & quòd ad hæc omnia principaliter moueatur amore, & ad amorem bonitatis diuinæ. Hos autem motus potest quis habere in hora mortis, cum tali hora incipit pęnitere, igitur. Præterea quandiu homo est in hac vita, vsum retinens liberi arbitrij. Sicut potest se auertere a Deo ex defectibilitate propria, sic se potest ad Deū conuertere dignè cum auxilio diuinæ gratię: igitur. Secunda propositio pęnitentia quæ videtur haberi in extremis, uix est vera pęnitentia, & sufficiens ad salutem: patet, quia difficilè est tunc habere veram pœnitentiā; propter tria. Primò, quia tunc impeditur liber vsus rationis, & voluntatis, ex dolore, vel timore inhærentibus; quia tunc, vel est vehementissimus dolor in parte sensitiua, & timor maximus, quæ passio vehemens nata est impedire liberum vsum rationis & voluntatis: quia secundum Aug. 73. q. 36. passiones causatæ a tristabilibus plus mouent, quàm passiones causatæ ex delectabilibus. Passio autē delectationis vehemens, quandoque impedit totaliter, vel ferè vsum rationis, vel saltem multum impedit: & per consequens remissus est, & imperfectus actus rationis & voluntatis, qui tunc potest haberi, ad displicentiam sufficientem requisitam ad veram pęnitentiam. Nam actus displicentię de peccato ad hoc ꝙ sit sufficiens ad dignam pęnitentiam siue intrinsecam solam, siue ad dignam susceptionem sacramenti, requirit liberum vsum rationis & volūtatis. Augustinus. Cum sera venit pęnitentia, tunc cruciatus ligat membra, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat. Secundò ad hoc, quòd displicentia valeat & sic ordinata, oportet quòd sit debite circunstantionata, maximè circunstantia finis & principij actiui, vt scilicet sit voluntaria propter Deum. Sed difficile est tunc habere actū sic circunstantionatum. Tum quia qui vsque tunc fuit impenitens, non videtur tunc extorquere a seipso displicentiam nouam nisi timore pęnę imminentis. Presumitur.n. ꝙ si remotus esset a pęna sicut prius, non extorqueret a seipso illam displicentiam sicut nec prius. Iudicār enim Deū tunc tortorem esse, & quasi paratū eos æternaliter torquere, ideo timore torturæ solum, & non ipsius amore, displicent eis quæ fecerunt. Tum secundo, quia saltem aliquid simpliciter inuoluntarium videtur esse causa illius displicētiæ. Nam ita propinqua expectatio mortis videtur causa illius, ipsa autem est inuoluntaria. Quod autem non fit nisi ex suppositione alicuius inuoluntarij, non est simpliciter voluntarium. Sicut non omnino voluntariè proijcit quis merces in mari, sed ex suppositione cuiusdam periclitationis quam nollet. Quod autem non est voluntarie factū, non est multum acceptum alteri, quia non videtur propter eius amorem factū. Hanc rationem tangit Aug. & habetur a magistro. dist. 20. quarti. Oportet nō solum timere iudicem sed diligere, arbitrij enim libertatem quærit, vt deleri possint commissa, nō necessitatē, & charitatem, non timorem: ergo non timeat pęnam qui pęnitet, sed anxietur pro gloria. Tertiò, quia habitus malus vsque tūc contractus, multum retrahit ab actu pęnitentię. Vnde Aug. in littera. Cum si hi quos illicitè dilexit sunt præsentes, vxor, & mundus ad se uocet. Multos solet pęnitentia serotina decipere, intelligendo tamē hæc delectabilia esse præsentia in se, vel in phantasmatibus vehementer

Pœnitentiam veram habere in extremis difficile est propter tria

Actus displicētiæ de peccato quid requirat ad hoc, quòd sit sufficiēs.

Voluntariū simpliciter quō fit.

hementer impressis, & siue sic, siue aliter ex vehementia habitus continuati, multum inclinant ad se inordinatè amãdum, & per consequens magnam faciũt difficultatem ad habendam magnam displicentiam de eis, ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad delectionem culpæ. Quartò pro quãto aliquis minus est dominus sui actus, tanto requiritur intensior displicentia, ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad deletionẽ culpæ: iste autem est minus dominus sui actus, quia nullo mõ dominus actus exterioris ad peccandum requiritur, ergo secũdum strictam iustitiam intensior modus displicentiæ ad iustificationem eius quàm sani cum vix possit habere æquè intẽsum actum.

Penitẽtia fieri debet in sanitate. Et hanc rationem tangit Aug. in litera. Age pœnitentiam dum sanus es, & si sic agis securus es, quia pœnitentiam egisti quando peccare potuisti. Si vis agere pœnitentiam quando peccare nõ potes, peccata te dimittunt non tu illa. Ad minus non tu liberè ita dimittis, sicut iste sanus. Vnde Eccl. 17. Viuus & sanus confiteberis domino. Et Esaiæ 38. Viuens viuens ipse confitebitur tibi: ideo quantum deficit in te de libertate, tantum requiritur secundum rigorem motus interior, quem vix vel nunq̃ poteris habere. Ideo dicit Aug. ꝙ magnũ est cui tunc Deus inspirat (si quis est) ad veram pœnitentiam, quia vix est aliquis qui habeat dispositionem de congruo, vt sibi inspiretur. Ex istis sequitur primum ꝙ sanis est persuadendum, vt sani pœniteant incutiendo terrorem: ostendendo quàm periculosum sit expectare serotinam pœnitẽtiam propter rationes prædictas. Quidam enim astuti sibi ad similitudinem serpentis aspidis aurem cordis per amorem terrenorum figunt in terra, aliam obturant cum cauda vitæ futuræ longę blandientis sibi ꝙ in fine pœnitebunt. Contra quos Greg. Si sciret homo quo tempore esset moriturus, posset aliud tempus voluptatibus, aliud pœnitentiæ deputatare. Sed qui pœnitenti veniam spopondit, non pœnitenti diem crastinam promisit. Tales autem vix excitãtur ad pœnitendum nisi in morte. Similes religiosis quibusdam, qui certa hora surgere volentes communiter habent iuxta se horologium cõtinuè currens, & quosdã ictus percutiens qui non excitant dormientes, sed qñ finaliter horologiũm cadit magnum ictum percutit, ita ꝙ dormientes excitat, & vigilare facit horologiũ continuè currens est vita nostra. Similiter infirmo iam ad articulum istũ deducto suadendum est, vt secundum suam possibilitatem laboret ad pœnitentiam ordinatam, vt. s. non obstante dolore vel timore, vtatur ratione quantum potest, & nitatur habere displicentiam voluntariam propter finem debitum. s. propter Deum, & renitatur malæ inclinationi habitus & delectationum præsentium, & laboret pœnitentiam quantum potest habere, licèt breuẽ: & ne in desperatione mittatur, extollenda est sibi Dei misericordia, & proponenda sunt sibi exẽpla de latrone illo cuius fuit pœnitentia sera, sed non sera indulgentia.

Non semper animæ exituræ a corpore vident dæmones; quandoque tamen morituri, siue boni, siue mali, malos vident spiritus, qui videndi modus triplex est. Egressis autem a corpore animabus, statim occurrunt malorum spirituũ agmina, nisi diuina repellantur miseratione. Cap. XXIIII.


Væritur quare morientes videant quandoque spiritus bonos, & malos, quos sani videre non poterat: & vtrum stante hora mortis ante animæ exitum, videant semper dæmones? Ad hoc respondetur per propositiones. Prima morientes quandoque vident spiritus bonos vel malos, quos sani videre nõ poterant, vt per multa exempla ostẽdit Greg. puta de Geruntio monach. 4. dialogorum. cap. 27. Vident etiã futura, vt recitat ibidem de Aduocato quodã, & de Mellito Monacho, & de puero, Armentario, & de Stephano cap. 28. & de multis alijs consequenter. Sed de modo videndi dicitur, ꝙ hoc potest fieri G

Morientes quō videant spiritus bonos, vel malos.

tripliciter. Vno modo ex ipsa subtilitate ingenij animæ. Nam mors medius punctus est inter hoc seculum & futurum, & quodammodo finis huius seculi, & principium futuri. Sicut diluculum, vel tempus quodcunque signatum inter noctem præcedentem, & diem sequentem quando dies in aliquo incipit clarescere, est medium inter diem, & noctem, finis noctis, & principium diei: in quo qs constitutus plura videre potest, quàm poterat prius in obscura nocte constitutus vel quàm alius qui in nigra nocte detinetur. Dies autem huius seculi respectu alterius, nox dicitur, quia sicut de die clarè ostenduntur quę de nocte absconduntur, sic tunc manifesta erunt cōsilia cordium, quæ nunc latent: ita similiter appropinquans morti, & quasi diem alterius seculi videre incipiens, multas res illius seculi, & apparitiones spirituum videre incipit, quæ prius in obscura nocte, idest multum elongatus a die illo, videre non poterat, sicut & qui illum circunstant: quia ad hæc a die illo elongati sunt, qui morienti incipit clarescere: & sic dies diei eructat verbum, idest dies alterius seculi ostendit scientiam diei, idest morienti. Secundò hoc potest fieri per reuelationem Angelorum. Aliquando enim (inquit Greg.) exiturę animæ de corpore, per reuelationem futura cognoscunt: ut enim inquit doctor sanctus. Anima quādiu est in corpore intelligit conuertendo se ad phantasmata, sed quando exit corpus, intelligit per conuersionem ad substantias separatas, a quibus influxū recipit & species: ideo non est mirum si tunc anima iam quasi separata ab huius seculi cognitione, ad alterius seculi influentias se conuertat & eas recipiat. Tertiò secundum Greg. quandoq; fit, ut dum animę corpus deserunt, diuinitus afflatæ in secreta cęlestia incorporeum mentis oculum mittant. Sicut enim videmus, ꝙ quando paries effoditur, tantum paulatim effodi potest, quòd per eam dies ex alia parte prospicitur. Sic corporis nostri paries a Deo quandoque per infirmitatem suffoditur & attenuatur, quòd anima ipsum deserens, per parietem illum diem alterius seculi videt, & ibi secreta quædam rimatur quæ sæpe astantibus refert. Secunda propositio, animæ exituræ a corpore, non semper nec regulariter vident dæmones antequam exeant a corpore. Probatur primò, quia multi exeunt ab hoc seculo alij loquentes, & nihil istorum videntes, alij videntes Christum, vt Stephanus, & plures alij, de quibus recitat Gregorius in dialogo, qui videntes Angelos, vel sanctos, vel Christum, tradiderunt spiritum. ut etiam Stephanus, videndo Christum obdormiuit. Alij qui moriuntur morte subita, ita ut secundum Augustinum vix possit dici, quādo mors eos apprehendit, & manifestum est, ꝙ tales non vident spiritus malos ante mortem. Præterea, non est dicendum, quòd Deus pius, & misericors, in extrema necessitate suorum fidelium, ita vehemētem tentationem immittat, sicut est de visione actuali dęmonum inducente hominem in desperationem. Tertia propositio aliquando fit diuino Dei iudicio, sed occulto, ꝙ aliqui tam boni quàm mali, videant dęmones eos expectantes ante mortis exitum. Quandoque boni ad humiliationem eorum ne superbiant de actibus suis, & meritis, sed in domino confidant: vt de beata Martha legit, quæ adueniente morte vidit teterrimos spiritus dæmoniorum. Vel ad ostensionem meritorum illius qui decedit, vt in transitu beati Martini qui illum videns non timuit, & ad dominum migrauit. Vel ad nostri instructionem, vt timeamus nos, qui peccatores sumus, si ad sanctorum mortem occurrunt dæmones, vt eos rapiant: quid erit de nobis, qui continuè eorum malam suggestionem secuti sumus? Malis autem apparent, non ad suam, sed ad nostram vtilitatem, vt scilicet terreamur eorum damnatione, & vt credamus esse malignos spiritus, & inferni tormenta. vnde Greg. 4. dialogorum. Mundi termino appropinquante, quanto certum est in inferno amplius exurendos colligi, tanto & eadem tormentorum loca amplius

Animæ a corpore exiture, an semper videant dæmōes.

Boni cur tētātur a dæmonibus in morte.

plius videntur apparere: quod omnipotens Deus, ad correptioné viuentium in hoc mundo voluit ostendi, vt mentes infideliũ quæ inferni tormenta esse non credunt, tormentorum loca videãt, quæ audita credere recusant. Exemplum ad hoc de eremita hypocrita, qui dixit se paulatim absorberi a dracone. 4. dialogorum. Exemplum ad hoc adducit Ioannes Gerson. Quidam magister habuit quendam iuuenem pudicũ, & honestũ, sed per malitiam cuiusdam alterius magistri, seductus fuit: pluries tamen monitus, magistro suo noluit acquiescere. Sed plus secundo magistro obediebat in crimine pessimo quam amicis & Deo. Res horrenda nimis, venerunt amici eius ad eum visitandum in magna pompa. Et post cęnam retractis omnibus ad cameras ornatas; cum esset in lecto horrendè cœpit clamare, & piangere, venerunt ad eũ serui sui & amici. Et dũ nescirẽt cur clamaret, nec dicere vellet, appellatus est cito dęcanus ecclesię & canonici, qui peruenientes ad lectum hortabantur vt in Deum confideret: hæc cum dicerent, tandem puer eos audiens inspexit terribilius oculis dicens, væ illi qui me seduxit. Ad quid ad quid diuinum auxilium inuocabo super me? ecce iam video apertum infernum, & præsentes dæmones paratos me rapere. Et cum hoc diceret, auertens oculos cum diris & miserabilibus clamoribus, miserã animam exhalauit. Chrys. Ad terribiles visiones variare solent morituri, quorum speciem nullo modo ferentes, & lectulos plerunque ipsos magno iacentes impetu concutiunt, & toruis eos qui assunt conspiciunt oculis, vel quia vi a corpore rescinditur anima, vel quia spirituum speciẽ ferre non possunt. Si enim terribiles timemus homines, quid faciemus cum minaces Angeli rescindentes animam a corpore, nos inuadent? Tunc anima a corpore tracta mala incassum deflet. Sic & diues ille post mortem multum plorauit, & nihil sibi prodesse potuit. Hæc Chryso. Vidit iste, sed nõ ad vtilitatem suam, sed nostram. Vident etiam sancti bonos Angelos, & sanctorum spiritus, vt patet de p̃sbytero Vrsino q. dixit vxori. Tolle igniculum adhuc foculus est: cui apparuerũt Petrus & Paulus. 4. dialogorum. cap. 12. &c. Et hoc vt dicit Greg. Iusti aliquando in morte sua sanctorum pręcedentium visiones aspiciũt, ne ipsam mortis suæ pęnalem sententiã pertimescant, & sine dolore, & formidinis fatigatione soluãtur. Quarta propositio immediatè quòd anima est exuta corpore suo, obuiat agminibus malorum spirituum: nisi miseratione diuina repellantur. Hoc vult Grego. super Euang. Homil. 39. super illo, venient dies in te, & circundabunt inimici tui vallo. Qui inquam sunt humanæ animę maiores inimici quàm maligni spiritus, qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptorijs delectationibus fouent, & multa quę ibi habentur ad longum. Item Ber. Nonne hostium domus nostræ horribiles illi spiritus obsident? Nonne exitum nostrum carnales ille facies, præstolantur? Quis erit ille pauor o anima mea, cum dimissis omnibus quorum tibi est præsentia, tam iocunda, tam grauis aspectus, cohabitatio ipsa, tam familiaris, sola ingrediens in incognitam pęnitùs regionem, occurrentia tibi cateruatim ruere, illa teterrima monstra videbis? Quis tibi in die tantæ necessitatis occurret? Quis tuebitur a rugientibus præparatis ad escam? Quis consolabitur q̃s deducet? & sequitur. Fælix anima illa quę fiducialiter inimicis suis loquitur in porta. Quid hic adstas cruenta bestia nihil in me funeste reperies? Psal. 126. Beatus vir qui impleuit desideriũ suũ ex ipsis. f. sagittis potẽtis, quę sunt sagittæ amoris. Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Animã cum est exuta corpore, obuiant agmina malorũ spirituũ

De morte puerorum Innocentum, & virorum bonorum, potius gaudendum est quàm flendum. tamen pro amicis conceditur moderatus luctus. Cap XXV.

QVæritur vtrum lugendi sunt amici nostri defuncti. Et videtur quòd non, quia hoc prohibere videtur Christus

ftus (Luc.7.) dicens, viduæ noli flere, cu ius tamen filius vnicus erat mortuus: In oppositum dicitur Eccl.38. In mortuum perduc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Ad hoc respondetur per aliquas propositiones. Prima est, pro mortuis amicis concedit moderatus luctus, & hoc propter multa. Primò ne videamur gaudere de mortuo. vnde Senec. Nec sicci sint oculi amico amisso, nec fleant immoderatè. Mihi enim defunctorum amicorũ recordatio dulcis est, habui eos tanquam amissurus, amisi tanquam habeam. Vnde Eccl.22. Super mortuum plora, deficit enim lux eius. vnde Dauid non solum mortem sibi dilectissimi Ionathæ defleuit, sed & mortem Saulis sibi inimicissimi, qui eum persequebatur. Super morte enim eius ieiunauit. 2. Reg.1. Secundò, vt videatur natura compati eis. vnde Ouidius. Quis nisi mentis inops matrem de funere nati flere uetat? Hinc de beato Ambrosio legitur, ꝙ cum audiebat mortem amici sancti viri, compatiens ei amare flebat. Tum quia præcesserat eum ad p̃mium: Tum quia subtractum erat a fidelibus tale auxilium, cum paucissimi boni reperiantur. vnde Eccl.22. Modicum plora super mortuum. Secunda propositio de morte bona amici qui bene vixerit magis est gaudendum quàm flendũ; quia 2. Reg.3. Scribitur. Princeps & magnus hodie cæcidit in Israel quantũ ad corpus tantum: ideo non est de casu dolendum, sed gaudendum de probitate, quia equus in bello cæcidit, & de hostibus viriliter triumphauit. In factis enim bellicis verecundum est militi, & etiam amicis eius, ꝙ equo non cadente deijciatur miles: sed non est verecundũ, si equus sub eo occidat, & cadat eo vincente & euadente, immo iocundum est. Sic anima quæ deberet corpus regere, sicut miles equum, si peccando cadat verecundum est. Sed ꝙ caro moriatur, & ꝙ sub anima cadat, & anima inimicis insidiantibus in passu mortis potenter victis euadat, non est verecundum, sed laudabile: quia tunc viuit in patria cum Christo. Io.11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet. Sufficeret enim illud solamen amicis dictum ab amico moriente, vel quasi ab eo prolatum quod dixit Christus discipulis. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. vnde & de beato Martino canit ecclesia, quòd de morte magis est gaudendum si vis doloris rationem admitteret. Vnde & dominus in morte Lazari fecit festum dicens. Lazarus mortuus est & gaudeo. Sed in resuscitatione eius lachrymatus est per compassionem, quia reuocabat eum ad miserias huius vitæ. vnde dicitur Eccl. 2. Cuncti dies eius laboribus, & erumnis pleni sunt. Vnde Aug. lib. de visitatione infirmorum O mors desiderabilis, o mors omnium præsentium malorum finis. O mors laborum clausura, & quietis initium. Quis posset cogitare tuarum vtilitates beatitudinum? Nam male moti non est Christianorũ, quorum mors est viuere in Christo: & hoc ideo quia dicitur in Psal.35. Apud te est fons vitæ. Tertia propositio. Mors amicorum non est immoderate lugenda. Patet primò per Chryso. 13.q.2. vbicunque sepeliamur, domini est terra, & plenitudo, scilicet quod oportet fieri efficiatur. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit. Secundò hoc patet per Apostolum hunc fletum prohibentem. 1. Thessal.4. Non contristemini de dormientibus. i. mortuis, sicut & cæteri qui spem non habent. inde Hieronymus ad Theodorum. In breui es mortuum tuum visurus, quare ergo plangis? non est mortua puella sed dormit: in signum cuius Christus (cuius omnis actio nostra est instructio) quando voluit illam puellam suscitare, extra domum eiecit tibicines, quæ dolorosis & lachrymosis rhythmis, & cantilenis super mortuos populum ad fletum prouocabant, quemadmodum faciunt infideles, qui spem resurrectionis non habent. Tertio, quia tales sic plorãtes in uanũ laborãt, quia propter

I

Amici bõi mors potius ẽ lætitia efferenda, quã flenda.

K *Mors amicorũ non est immoderatè lugenda.*

propter rem irrecuperabilem plangunt, quibus potest dici illud Psal. 87. Nunquid mortuis facies mirabilia, scilicet lachrymis tuis, aut medici suscitabunt tibi compatientes clamoribus tuis? Fatuus enim esset qui cursum aquæ defleret. Sed omnes morimur, & quasi aquæ in terram dilabimur. 2. Reg. 14. ergo mors nostra est velut fluxus aquæ: fatuus ergo qui sic inordinatè mortem mortalium deflet. unde Seneca epistola 71. Si quis in mortem ante primos annos delatus est, non magis conqueri debet, quàm qui cito nauigauit, venit enim carina sua cito ad portum. vnde & 2. Regum 12. dicitur quòd Dauid donec filius suus infirmaretur, stabat in tristitia & planctu, nec voluit quasi per triduum comedere: post mortem vero filij, a se cepit excludere tristitiā & planctū & petijt ad comedendum: interrogatus autem a seruis quare hoc fecisset, respondit, quia ante mortem eius forte potuisset impetrare a Deo per planctū suum sanitatem filij, non autem post mortem, immo ut dixit ego magis uadā ad eum. Quartò, aut sentit mortuus dolorem tuum, aut non: si non sentit, torqueri te ille non vult, cum amicus tuus sit, & dolori immoderatus superuacuus sit. Si verò sentit, ingratus es, cum ei deberes amore seruire, & desiderio, non tormento. vnde Eccl. 38. Repelle tristitiam a carne tua, neque enim erit reuersio illius, & te pessimabis: tristitia enim maximè nocet homini, & cum hoc dum homo tanta tristitia absorbetur, animum non habet liberum ad orādum pro eo quem luget, & sic nocet lugenti nec prodest defuncto. Vnde quædam mulier inconsolabiliter lugebat filium suum adolescentem nuper defunctum, quadam nocte in ectasi existens, vidit magnam multitudinem adolescētū optimè ornatorū, & vultu lucidorū existētiū in gaudio magno ante se preterreuntiū. Illa autem attentè prospiciebat si in ea turba videret filium suum, & non erat. Paulisper verò expectans, sequebatur a longe filius suus tristis, & mærens, & madidus, vt sibi videbatur: qui admiranti matri cur non esset cum præcedentibus socijs, respondit. O pulchra mater, pulchra mater. Si tantum fleuisses super peccata mea, sicut fleuisti super mortem meam fletu inutili, ego iam essem in illa pulcherrima societate quam vidisti: desine a tali fletu, & fac planctum super peccata mea, & protinus associabor illis. Quintò, quia in hoc diligere te non ostendis eos, eo quòd non vis ea quæ volunt. Qui enim bene mortui sunt, non uellent huc redire: vt patet de Marcello quem suscitauit beatus Fortunatus. 1. dialog. cap. 12. qui dixit beato Fortunato postquam suscitauit eum. O quid fecisti? & quòd inde nolebat redire. Similiter de beato Germano, qui vocauit diaconum suum qui defunctus inhumatus erat, & petijt ab eo si vellet redire ad seculum, quod respuit, sed quiescere petijt. Dolemus enim quia mundum reliquerunt, sed ipsi magis condolent sorti nostræ quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidie in acie præliantes, nunc ira, nunc auaritia, nunc varia incentiua vitiorum protrahunt ad ruinam. Vnde Seneca lib. de contemptu mortis. Multa commoda mortuum sequuntur, ait enim. Desinam ægrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. Talis enim mors est exilij sui, & peregrinationis finis: portus nauigationis: depositio veteris vestis, & grauis ponderis: destructio carceris, & solutio debiti naturalis. Vnde & in legenda beatæ Agnetis dicitur, quòd ipsa mortua, parentes eius nullam tristitiam habentes, corpus eius cum gaudio sepelierunt. Sextò qui amat defunctum, ad Deum vel in Deo debet gaudere, cum ipse bene moritur, quia post mortem melius erit in Deo quàm in seculo: quia per gloriam erit in Deo, q prius erat in eo per gratiā. Ideo Apoc. 14. Beati mortui qui in dño moriuntur. Et qui amat eū, ad Deū, gaudere debet cū vadit ad eū, cū impleatur eius desiderium. Aug. lib. cōfessionū. Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicū pp te. Solus talis nullum charum amittit, cui oēs

Mors nostra est velut aquæ fluxus.

Ratio efficax ad probandū quòd mortui non sint immoderatè lugendi.

in illo chari sunt. Te nemo amittit, nisi qui dimittit. Vnde & mors bonorũ, potius est natiuitas, quàm mors: cum sit inchoatio vitæ beatæ & finis miseriç: ideo mors sanctorum natale dicitur. Hinc Ouid. poeta censuit non esse lugendam mortem, quam immortalitas consequatur: mors enim sanctorum est traditio vestis de veteri sacco, ei, qui mutat eam in preciosam purpuram: vestis de sacco corpus est mortale. iuxta illud Psal.29. Concidisti saccum meum. Non est autem lugendum cum res preciosa datur amico. Septimò si Deus vult defunctum tuum accipere, quare vis eius contradicere voluntati? Tu petis oratione dominica, fiat voluntas tua, & tamen non vis eam impleri. Nonne quælibet creatura est ipsius Dei? iuxta illud Rom. 14. cap. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus: ideo sicut non debes tristari si is qui mutuauit aliquid, repetit illud: sic nec de morte proximi tui vel amici. Vnde Hiero. Nil abstulit tuũ, qui dignatus est recipere proprium. Tales enim qui sic lugent inordinatè, communiter sunt velut campanellæ de horologio: quando enim horologium cadit, tunc pulsant, & post casum statim silent. Sic quando per mortem cadit amicus eorum, tunc coram corpore flent, sed post fletum istum statim cadit amici obliuio. Psal.9. Perijt memoria eorum cum sonitu. Quarta propositio. Mors puerorum & innocentum non est inordinate lugenda propter multa. Primò, quia sicut dicitur Sap.4. Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animam illius: sicut patet de puero, de quo in vita Ioannis Eleemosynarij dicitur, cuius pater prædictum Ioannem precibus & eleemosynis induxit, vt pro se & suis oraret: qui cum cito post in mari submersus fuisset patri de hoc melancholico contra prædictum Ioannem reuelatum fuit, quòd propter orationes beati Ioannis subtractus fuit, antequam mala faceret, quæ facturus erat si diu vixisset; propter quod præceptum fuit ei ne amplius beatum virum infestaret, sed ei gratias ageret. Vnde amicus videns amicum volentem de nocte ludere ad taxillos, vbi omnia amitteret, bene & amicabiliter cum eo agit, cito extinguendo lumen ne ludat. Sic Deus amicus noster, videns talem iuuenem in posterum plura mala facturum, gratiose agit cum eo: cito extinguendo lumen vitæ eius, antequam cũ mundo ludat, & damna incurrat corporalia & spũalia: & finaliter aĩam inde amittat. Inimici verò non extinguunt lumen, sic nec Deus hoc facit malis: & hæc est causa quare mali sunt longeui, & quare vita impiorum prosperatur. Hiere.12. Et quare impius multo viuit tempore? Eccl.7.cap. Secundò hoc facit Deus agendo misericorditer cum amicis, & parentibus, vel quia eos tẽporaliter punit ad modum domini terreni, qui delinquentes contra suam legem, quandoque in corporibus, quandoque in rebus suis punit: vt patet de morte filij Dauid, quem ex Bersabee per adulterium genuit: vel quia eos ammonet, vt semper sint ad mortem parati, vel quia amorem illorum & dilectiones ad diuersa diuisas, ad se colligere nititur, & in alterum ascendere facit: & ideo filiorum & amicorum præscindit ramusculos. sicut patet per confirmationem mulieris nobilis Romanæ Melania nomine, de qua scribit Hieronymus, quòd mortuo marito antequã sepeliretur, mors vtriusque filij eidem nuntiabatur, illa vero quasi fortis in bello ait. Scio Christe, scio quid quæris, totum scilicet amorẽ meũ. Magnam enim partem dederam marito, magnam filijs. Sed ex quo totum vis habere, iustum est vt totum habeas. Vnde Ezechieli prophetæ dictum est, & omnibus in nomine dicti prophetæ Ezechiel.24. Fili hominis, ecce tollo a te desiderabile oculorum tuorum, & non planges neque mortuorum luctum facies. Et locutus sum ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere. Ecce qui habebat videre mysteria Dei, passus est ablationẽ desiderati sui, scilicet vxoris. Tertiò hoc Deus facit, quia depositũ suum requirit. Non enim debemus dolere, sed magis gratias agere, cum quod

L Pueri et innocentes non sunt lugendi.

mutua-

mutuauit quis, si repetit. Vnde de Catone legitur, quòd nuntiantibus ei quibusdam, quòd filius eius mortuus esset, respondit, memini me genuisse mortalem. Ad hoc enim intrauit vt exiret. Vnde Seneca ad Lucillum. Non affligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum: eodem enim animo fert illorum mortem quo suam expectat. Sua autem mors sibi magis tristabilis esse debet, quam tamen ferre debet patienter. Vnde ad quendam dolentem de morte filij vel nepotis, fertur quidem venisse, & pulchrum iocale custodiendum tradidisse, vsque quo illud repeteret: qui an nuit, post paucos autem dies illud repetijt, & alius sine dolore, tristitia, & murmure reddidit. Cui alius. Miror (inquit) multum in vna re. Deus & ego apud te quo ad aliquid sumus eiusdem cōditionis. In hoc. s. quòd vterque tibi tradidit pulchrum iocale custodiendum pro tradentis voluntate. Ipse. s. pulchrum puerum, & ego aurum, & Deo depositum suum petente murmuras: & me depositum meum petente non contradicis, in quo facto tu contra rationem agis. Sed debes dicere cum Iob. Iob 1. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, &c. Quartò hoc potest facere Deus propter vtilitatem parentum. Multi enim damnantur propter amorem amicorum, quia secūdum Aug. super Gene. ad literam. sæpe offenditur Deus, ne offendatur amicus. Multi enim damnantur propter filios, vel vxores: ideo cum hoc sit tibi incertum, an si vixisset filius tuus fuisset causa dānationis tuæ: ideo non debes tristari. Quinta propositio. Minus in tempore noui testamenti lugendi sunt mortui, q̄ in tempore veteris: in ueteri enim testamento omnes descendebant in infernū. Vnde dicebat Iac. Gen. 38. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Nō autem in nouo, eo quòd iam aperta sit ianua cœli. Inde est, quòd Moyses moriens plangitur: Iesus autem Naue sine lachrymis & funere in morte sepelitur: ideo Moyses tenet typum morientium in antiquo testamento, Iesus in nouo.

Mortui minus sunt lugendi in nouo testamento quàm in veteri.

Nam vt dicitur 16. q. 1. Multa promittebantur in veteri testamento illius tanquam imperfectis, quæ tempore perfectionis. s. gratiæ eliminata sunt, tunc. n. imperfectorum statum repræsentabant. Nunc autem perfectum statum ostendit dominus viduæ, cum clariorem notitiā de bonis alterius seculi demonstrauit: ideo consolans viduam non esse lugendum saltem immoderatè, conclusit dum dixit ei. Noli flere. Sexta propositio. Mors malorum qui malè decedunt maximè lugenda est. Vnde Hiere. 22. Nolite flere mortuum, plangite eum qui egreditur, nec videbit terram natiuitatis suæ quasi diceret. Plangendus est impius qui ab hac vita egreditur, ꝙ nec ad regionem spirituum beatorum, nec ad Deum reuertitur, immo vadit vbi erit fletus & stridor dentium. vnde Eccl. 22. Mortui luctus septem dies. Fatui autem & impij, omnes dies vitæ illius. In euius rei signum (vt dicit Ambr.) Dauid mortem Absalonis lachrymatus est, dicendo. Absalon fili mi, quis mihi tribuat vt ego pro te moriar? Absalon fili mi: Nō autem filij innocentis, quia sciuit vnum peccatorem & impium, & alium innocentem mortuum. In hoc tamen moderari potest luctus, quia quàm citissimè moriuntur, tā cito terminatur eorū nequitia. Vnde Chry. super Homil. 62. Non debemus peccatorem mortuum multum lugere, quia abscisa est eius malitia: nec iustum, quia exutus est de incertitudine: nec iuuenem, quia citò liberatur: nec senem, quia satiatus liberatur.

Peccatores dece dētes sūt flendi.

De infirmo exhortando, interrogando, aduertendo, & obseruandis circa ipsum. Cap. XXVI.



Ota, quòd adstante articulo mortis, maximè debēt prouidere amici morientis, vt consoletur ipse moriens, & hortetur & admoneatur de salute sua. iuxta illud Eccl. 37 Consolare morientem in exitu spiritus sui. Si enim, vt dicit magister Ioannis Gerso, fideles amici curam maximam gerunt corporis morientis,

est ex dignantissima bonitate eius quæ ea appreciat quantum sibi placuerit, & quæ ab eo processerunt: ideo necesse est vos sperare, & confidere in eius misericordia, nec aliquid ex vobis sufficere, sed humiliari sub eo, de commissis criminibus abs te veniam humiliter poscens: & ita debes confidere in eo, quòd tibi non denegabit si ex toto corde petieris: ita enim canit articulus fidei quẽ credere debes. S. remissionem peccatorũ.

Patiẽtia est infirmo inculcanda.

Quartò debet exhortari de patientia, dicendo. Amice solicite cogita te in vita tua plurima delicta perpetrasse, de quibus pœnam ferre meruisti, propter quod huius infirmitatis & mortis dolorẽ patienter tolerare debes, rogans Deum, vt præsentis doloris acerbitas, remissionẽ operetur tuorum peccatorum, & purgatorij horribilis cruciatus, in hanc afflictionem tuam per suam misericordiam commutetur. Tolerabilius nanque est hic præsentialiter, quàm in futuro puniri: quod si sic contrito corde petieris, pœnam necessariam tanquam voluntariam feres, & omnem culpam & forte omnem pœnam remittetur Deus, certusque Paradisum introibis. Alioquin per impatientiam, æternam damnationem incurres. Prærerea maiora tormenta demeruerunt peccata tua. Ideo considerare debes gratiam quam tibi dominus facit, quando illa magna mala, in hæc parua, & breuia transfert. Statim enim finem apponet doloribus tuis. Scis enim Deum iustum esse, & apud eum nihil præterire inultum, ideo si vlciscatur tui in hoc mundo, & non in alio, magnã tibi misericordiam facit. Hoc enim petierunt sancti viri, vt Augustinus, Gregorius, Chrysostomus, & multi alij. Et ita quod magnis precibus obtinuerunt, Deus tibi gratis concedit: quare debes patienter tolerare. Quintò debet hortari, ut ad suam conscientiam se conuertat, meditando in ea si quid sit quod Deum offendat, dicendo super omnia in hanc extremam horam constitutus meditare circa tuam spiritualem salutẽ. Nunquam enim fortassis, in futurum, huius meditationis continget opportunitas: omnem aliam solicitudinem, & rerum terrenarum curam relinque: quas relinqui necesse est, quæ etiam nec ab inferni præcipitio corruentem eripere valent: & ei qui omnipotens est bonus & sapiens, te & tua & tuorum regenda præbe. Omnem prærerea cogitatum in eum dirige, adstantes solummodo, & superstites rogans, vt pro salute tua Deũ precibus exorent. Dedit enim tibi tempus vitæ præteritum, vt tuam salutem opereris, & ad eam cogitares. Si vero circa hoc negligenter egisti, adhuc tardat dominus pauculum temporis restantis vitæ tuæ, vt ad eam faciendam & cogitandam te conuertas, vsque enim ad extremum spiritum paratus est dominus si pœniteas te misericorditer suscipere. Ad hoc enim manus suas habet extensas, vt quoties ei per veram pęnitentiam occurreris, velut filius prodigus ad pium patrem, post innumera flagitia, te misericorditer suscipiat & amplexetur: ideo ne differas ad eum conuerti. Secundo interrogandus est infirmus de multis, & multipliciter. Primò de fide dicendo. Dilecte aut dilecta, vis mori & viuere in soliditate fidei Christianæ tanquam Dei & domini nostri Iesu Christi verus fidelis & obediens sanctæ matris ecclesiæ filius? Et respondere debet, volo. & si opus sit recitetur vulgari sermone symbolum fidei, & ad omnes articulos respondeat si possit, quòd ita credit: & si forte quod absit infirmitatis causa, vel inimici illusione, aliter phantasiæ occurrerit quàm fides iudicet, illud reuocat & pro nullo haberi vult, sed in illa fide vult reddere spiritum. Et potest ei ostendi quomodo in illo lumine fidei, & solũ per illud transitur ad lumen æternæ gloriæ. iuxta illud Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Secundò de spe veniç dicendo. Petis a Deo veniam peccatorũ tuorum commissorum, & omissorum, & quòd contra eius amorem maiestatem atque bonitatem egeris, nec eum prout debebas honorasti? & respondeat, peto. Tertio de proposito suo, dicendo. Habes tu syncerum propositum, & explicitam voluntatem, vitã tuam in melius commutare

N Infirmus multipliciter ẽ interrogãdus.

mutare & corrigere, & de cœtero a peccatis abstineret si vita comes superfuerit? & respondeat, habeo. Et ostendat tunc quomodo pœnitentia non est Deo grata nisi cum tali proposito, & quòd pax Deo facienda est & non induciæ. Deinde super hoc interroget: Rogas ēt Deum, vt tibi gratiam det, hoc propositum continuandi, & non recidiuandi, ueramque contritionem habendi. Quartò de conscientia sua interrogandus est dicendo. Es tu conscius tibi ipsi alicuius mortalis criminis, de quo non sis confessus? Optas ne etiam cor tuum illuminari ad oblitorum criminum si quæ sint habendam notitiam, & tu libenter ea confitereris, si superuenirent ad tui notitiā? & si aliquem scrupulum, vel aliquod dubium habeat in conscientia, ꝙ illud reuelet. Quintò interrogandus est de amore Christi. Indulges ex corde omnibus qui nocumentum intulerunt, ob reuerētiam & amorē domini nostri Iesu Christi, a quo & veniam speras, & similiter petis indulgeri tibi, & remitti ab his quos verbis aut factis læsisti? Et tunc si qui sunt præsentes quos offendit, potest eis vel tacitè, vel publicè, ut placuerit, ueniam postulare, & generaliter ab omnibus in generali. Sextò interrogandus est de his quæ spectant ad restitutionem, dicendo. Vis ablata per te restitui integraliter, quantum ad id teneris iuxta tuarū facultatum valorem, etiam vsque ad omniū bonorū tuorū cessionem & renuntiationem, vbi alias satisfactio fieri non valeret, & coram Deo & hominibus veniam iniuriæ petis? Ad quas interrogationes affirmatiuè debet ægrotus respondere, volo. Tertiò debet aduerti infirmus de orando Deum & sanctos. Et primo dicat infirmus orans ex corde Deū. Deus meus pijssime pater. In manus tuas commendo spiritum meum. Pater misericordiarum misericordiā fac huic paupercul æ creaturæ. Adiuua me nunc, etiam in hac vltima necessitate, succurre domine iam animę egenti, & desolatæ, ut non a canibus infernalibus deuoretur: opera manuum tuarum domine ne despicias, quin immo operi manuū tuarum porriges dexteram. Dulcissime Iesu ob honorem & uirtutem tuæ benedictæ passionis iube me recipi intra numerum electorum tuorum. Saluator meus, & redemptor, reddo me totum tibi, non me renuas: Ad te uenio, non me repellas. Domine paradisum tuum postulo, non ob valorem meorum meritorum, sed in virtute & efficacia tuæ benedictæ passionis, per quam me miserum redimere uoluisti, & mihi paradisum precio tui sanguinis emere dignatus es, ipsum mihi cōferre festina, pp quem nec tuę diuitię aut tua potentia minuentur, nec ipse paradisus angustior aut minor inuenietur. Secundò salutet beatissimam uirginem Mariam dicendo. Regina cœlorum mater misericordiæ, refugiū peccatorū, reconcilia me unigenito filio tuo, eius clementiam pro me indigno interpella: vt ob amorem tui, mea remittat crimina. Dicat insuper illud vel æquiualens. Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, &c. Tertio Angelos suis precibus inuitet, dicēs. Spiritus cęlorum Angeli beatissimi ministri Dei, assistite quæso mihi migranti ex hoc seculo, & potenter eripite me ab omnium aduersariorum insidijs, & animam meam in vestrum consortium assumite. Tu præcipuè Angele bone custos meus. Quartò inquiratur ab infirmo cui sanctorum vel sanctarum magis deuotus extiterit, vt illi preces offerat, dicendo. O gloriosissimæ sanctæ vel sancta, singularem in te dum viuerem spem & confidentiam reposui, succurre nunc mihi in hoc extremo necessitatis articulo laboranti, nunc auxilij supra modum tempus instat, & hora, iam in adiutorium meum intende, & sic de alijs quæ possunt obseruari. Quinto sunt aliqua obseruanda circa ægrotum. Primò, si patiens nondum eucharistiam aut extremam vnctionem susceperit, interrogetur, an eadem sacramenta deuotè paratus sit recipere. Secundò si moriturus prolixum temporis spatium ad suam recollectionem habeat, vt nō morte subita præueniatur, legendæ, forent coram eo ab astantibus historiæ & orationes

O Infirmus qūo Deū orare dēat.

tiones deuotę, in quibus sanus & viuens amplius delectabatur, vel recensenda essent diuina præcepta, vt profundius meditetur si quid aduersus ea negligenter oblitum deliquerit, vel similis coram eo instructio recitetur. Tertiò si patiens vsum loquendi perdiderit, habet tamen sanam & integram notitiam ad interrogationes sibi factas, vel orationes coram eo recitatas signo aliquo exteriori, vel solo cordis consensu respondeat, hoc.n. sufficit ad salutem. Quartò præsentetur infirmo imago crucifixi, vel alterius sancti, quem sanus & incolumis venerabatur specialiter. Sit etiam ibi aqua benedicta aspergenda, propter præsentiam malignorum spirituum, & cum ad tractus mortis peruenit: iuuetur quo ad possibile erit orationibus assistentium. Quintò nullatenus aut minime si fieri possit morienti amici carnales, vxor, & liberi, vel diuitiæ ad memoriam reducantur, nisi inquantum id exigit patientis spiritualis sanitas, & dū alias id omitti cōuenienter nequit. Sextò non detur infirmo nimia spes corporalis salutis consequendæ, ingeratur potius eidem prima monitio superius explicata. Sæpe namque per vnam talem cōsolationem inanem, falsam, & incertam sanitatis corporeæ confidentiam certam, incurrit homo damnationem. Quinimmo hortandus est patiens, vt per contritionem, & confessionem, animæ sanitatem procuret, quod & ad salutem corporis (si sibi fuerit expediens) valere poterit, & inde securior atque cōuenientior erit, & melius suæ poterit prouidere sanitati. Vnde & Papa per expressam decretalem, cuilibet medico corporis districtè præcipit, ne cuiquam ægroto corpoream conferat medicinam, priusquam de spiritualis medici confessoris, scilicet requisitione eundem monuerit.

Sepultura proximis impendenda, mortuos parentes simul comprehendens, decens & honesta, sumptuosa & magnifica, tribus obseruatis, non contemnenda, immo licita & vtilis. Viuis ad quatuor, defunctis in quatuor, damnatis tamen inutilis, & infructuosa. Cap. XXVII.

Q Væritur vtrum liceat homini curare de suo cadauere mortuo, vt honorifice sepeliatur. Et videtur quòd non, quia cū sit cibus vermium, & saccus stercorum, de tali nullus sapiens curaret, sic quòd ibi magnificam domum componeret, igitur. Ad hoc respondendum est per quinque propositiones. Prima est. Sepultura vel sepulcra parentum, mortuorum, vel amicorum, vel eorum qui bene vixerunt, etiam magnifica, & sumptuosa non sunt contemnenda: sed quādoque licitè fieri possunt. vt ꝓbat Aug. multipliciter. 1. de ciui. Dei. cap. 12. & 13. Primò, quia corporibus talium vsus est spiritussanctus ad bona opera facienda, tanquam organo. Si autem organa malorum quibus operati sunt malum in Christum, & martyres, honorificè recōdita sint, putà crux, lancea, claui, &c. sequitur quòd a fortiori organa spiritussancti, corpora sanctorum debent magnificè recōdi. Sapiēs enim artifex vult, quòd sua instrumenta saluo loco recondantur. Secundò hoc idem probat, anulus aureus, vel gemmatus, & diuitiæ relictæ a præcessoribus, a successoribus ipsorū honestè tractātur, custodiuntur, & reponuntur. Si ergo diuitiæ ita custodiantur a successoribus, dignum est & iustū, vt corpora q̄bus debēt maiori amore, affici in loco sacro, & honesto, honeste & magnificè recōdātur, cum etiā ipse aliquando sint de eorum substantia. Tertiò hoc probat, quia antiqui patres, siue Patriarchæ, multum fuerunt soliciti de sepultura sua magnifica. vnde & Iacob fecit se ab Aegypto in terram Chanaam deportari, & ibidem sepeliri, licèt hoc multis expensis, propter itineris lōgitudinem, cōpararetur. Si ergo hoc sancti patres fecerunt, nec in hoc reprehenduntur, non est magnifica sepultura paruipendenda. Vnde & Iosephus recitat lib. 13. de antiquitatibus. c. 15. quòd Salomon Rex in sepulcro Dauid, cum corpore patris sui, reposuit pecuniam multam: cuius thecam primo Hircanus aperuit, & de vno locu lo extraxit tria milia talentorum, eo tē- R

pore

pore quo rex Antiochus obsidebat ciuitatem Hierusalem, & postea Herodes alium loculum extraxit Quartò probat, quia laudantur Ioseph & Nicodemus, quia honorificè sepelierunt Christum: & etiam dominus Magdalenam laudauit, ex eo quòd effudit vnguentum preciosum in sepulturam eius: signum est igitur hoc non esse vilipendendũ. Quinto hoc idem probatur a Doctore sancto in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. q. 2. Quia naturaliter inest viuenti quædam solicitudo suę carnis, est enim caro pars naturæ hominis, ideo naturaliter homo ad carnē suam afficitur. Ephes. 6. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, ideo secundum istum naturalem affectum, inest uiuenti quædam solicitudo, quod etiam post mortem de eius corpore futurum sit. Sed quæ natura dedit non sunt omnino cōtemnenda, igitur. Sextò aliunde prouocatur, quia secundum Aristo. 7. Polit. in Hispania antiquitus mos erat & lex, ut quicunq; strenuus pugil in pręlio cum sepeliebatur mortuus, ad magnificandum eum, in sepulcro suo tot ponebantur imagines sculptę & erectę quot homines superauerat, aut in bello occiderat. Si igitur hęc faciebant pagani, & infideles suis qui certabant pro terra, quanto magis faciēdum est hoc sanctis, qui per fidem uicerunt regna, & adepti sunt ęternas repromissiones. Secunda propositio. Fidelis quilibet curare debet de sepultura proximi sui. Nam ad hoc primò nos mouere debet naturalis pietas, quos enim in uita dileximus, nec in morte, uel post, obliuisci debemus: quin sicut eis seruiuimus, & obsequiosi fuimus in uita, ita & in morte inueniamur. Ad exemplum domini. Io. 12. qui cum dilexisset suos qui erant in mundo, etiā in fine dilexit eos. Hoc enim est ultimũ beneficium, quod eorũ corporibus exhiberi potest. In signum huius reputati sunt crudeles & tyranni, qũi corpora hominum inhumata iacere pręceperunt. Psal. 78. Posuerunt morticinia seruorũ tuorum escas uolatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestijs terrę. Secundo ad hoc nos debet monere exemplum

S Sepulturam quilibet pro suo proximo curare debet, ne sit crudelis.

Angelorum, qui ita curam habent de natura animæ sibi consimili, vt quomodo deducant eam ad locum quietis suæ se pręparant. Lucæ 16. Lazarus mortuus portatur ab Angelis in sinu Abrahę: ita similiter nos debemus curare, quomodo natura corporis fragilitati nostrę similis honorificè sepeliatur, immo Angeli, quando alij non sunt qui sepeliant corpora, curam habent de sepeliendo, vt patet in corpore Catharinę, & in passione Agathę, cuius sepulturę Angeli titulum imposuerunt. Tertiò ad hoc nos debent mouere exempla sanctorum patrũ antiquorum, vt patet de Tobia qui propter sepulturas prandium dimittebat, nec propter mortis periculum hoc facere omittebat. Vnde & propter hoc promeruit Deum. Quarto, quia hoc opus a malo pręseruat, exemplum. 4. Reg. 23. De pseudo propheta, qui quia sepeliuit occisum a leone prophetam, seruatur Iosię tempore a combustione ossium suorum. Ad hoc recitat Valerius exemplũ lib. 1. cap. 5. de Simonide poeta, qui cum nauigando per mare, ad portum quendā arenarum applicuisset, inuenit quendam mortuum hominem in arena proiectũ, & cum omnes eum dimisissent, compassus mortuo, eum sepulturę mandauit. Nocte sequenti, apparuit ei mortuus ille quasi gratias agens, & mandans ei ne cras se nauigio committeret, monitus somnio, non se in crastinum commisit naui, & in conspectu eius in tempestate maris sui socij obrupti sunt. Hoc autem ei contigit ex misericordia quam mortuo sepeliendo egerat. Quinto ad hoc debet mouere meritum, ex hoc enim consequitur homo benedictionem a domino. 2. Reg. 1. dixit Dauid viris Iabes. Benedicti vos a domino qui fecistis hāc misericordiam sepeliendo, scilicet Saul: & non solum spiritualem benedictionē, sed etiam temporalem merentur. Nam, vt dicitur lib. 12. histo. tripar. c. 7. Maximianus monachus presbyter uir idiota sermone, quia tamen reuerendi uiri opinionem habebat, & quia proprijs sumptibus monumenta fabricabat, ut in eis religiosorum corpora sepelirentur, ordinatur

natur post Nestorium Constantinopolitanus Episcopus. Sexto quia hoc opus summè Deo,& Angelis placet: Deo quidem,quia vendi non recusauit, ut uenditionis suæ precium in emptioné agri figuli transiret, ubi peregrini sepelirentur: Angelis uero,quia hoc opus specialiter coram domino tanquam sibi gratissimum repręsentant: ita dixit angelus Tobię,.Tob.12. Quando abscondebas mortuos in domum,&c.Tertia propositio. Sepulcrum uel sepultura magnifica, utilis est uiuis, & defunctis tribus obseruatis. Primo, quòd hæc sepultura de alieno non fiat: Abac. 2. Quia lapis de pariete clamabit, & ideo ibi vix quiesceret, scilicet in talibus sepulcris. Secundo quod hæc magnificentia & sumptuositas sepulcri,non fit propter pompam & gloriam, quia licèt hoc forte prodesse posset viuis per accidens, inquantum corda adsistentium moueret ad compassionem, tamen his qui hæc facerent noceret. Sæpe enim ædificatur equo magnum stabulum, & magnus apparatus,cuius anima sepelietur in infernum. Tertio, quòd propter hoc bonum magis necessarium non omittatur, vt si propter sumptuositatem sepulcri,non subleuaretur pauperum necessitas. Plus.n. ordine charitatiuo,pensare debes de corpore,& anima fratris tui viuentis,quàm de cadauere corporis tui.Si etiam interueniret confessio nominis Christi,vt patuit in martyribus Lugduni, dimittenda esset solicitudo sepulcri. Vnde & plures martyres pro Christi nomine contempserunt sepulturam:vt patet in historia Eccl. lib.5.c.23.de martyribus Lugduni sub Seuero Imperatore.Psal.78.Effuderunt sanguinem innocentem in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.Vnde Aug.lib.de cura pro mortuis agenda, dicit, de corporibus martyrum expositis canibus,quòd non ob aliud credendum est, diuinitus fuisse permissum, nisi vt discerent Christiani confitendo Christum, dum contemnunt hanc vitã, multo magis contemnere sepulcrũ. His conditionibus obseruatis,sepultura magnifica est vtilis viuis & mortuis:primò

Tria sũt obseruãda in cõstitutione sepulturæ.

Sepultura magnifica

viuis ad quatuor.Primò ad solatium viuorum.Vnde Aug.lib.de cura pro mortuis.circa prin.Curatio funeris,conditio sepulturæ, pompæ exequiarum, magis sunt viuorum solatia,quàm subsidia mortuorum: vtile enim est tristibus aliquid solatij accipere,quod fit cum omnia circa amicos facta sunt honestè & magnifice. Secundo, quia talis sepultura,erudit viuos. Vnde Aug.lib.1.de ciui.Dei. c.12. Tobias sepeliendo mortuos, Deũ promeruit, vt illud salubriter discatur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viuentibus exhibemus. Si nec hoc apud Deum perit,quod exanimis corporum membris exhibetur. Tertiò adstruit fidẽ resurrectionis. Multum.n.debet honorari corpus,quod quandoque ita gloriosum apparebit in cœlis. Si enim in tali corpore resurrectionem nõ expectaremus,pro tam uili cadauere, & esca uermium, tantas expensas non nisi fatuè faceremus.Vnde glo. Heb.11. dicit, quòd sancti Patriarchæ uoluerunt in terra promissionis sepeliri,quia in ea terra præuiderunt Christum nasciturũ, morituium,& resurrecturum, ut cũ eo resurgerent. & illud dicit Nico.de Lyra,in fine libri Gen.Quartò mouet mẽtes ad suæ fragilitatis considerationem, & ad pęnitentiam peragendam, & uitã mutandam in melius. Inde dicitur monumentum quasi mouens mentem:unde & malis,& incorrigibilibus,apud expertos confessores,summum remedium est iniungere si uelint acceptare,ut sæpe sepeliant mortuos:per hoc enim redeũt facile in seipsos,ad considerandum quales sunt,& quales erunt.Secundo utilis est mortuis in quatuor.Primò,quia cum quis uidet monumentum, mouetur ad compassionem,& tunc oratur pro sepulto. Secundò,quia qui disponit de huiusmodi sepultura in aliquo loco sacro,cõstituit sanctum illius ecclesiæ quodammodo patronum sepulti, ideo quodammodo iuuatur ab eo. Tertiò,quia in loco sacro orationes a Sacerdotibus fiunt specialius, pro defunctis in ecclesia sepultis, ideo peculiaribus orationibus quodammodo magis iuuantur. Quartò, quia

vtilis est viuis, et mortuis. V

X *Sepultura quõ vtilis ĩ mortuis.*

quia ornatus sepulturæ pauperibus ꝓdest, qui ex hoc aliquem fructum accipiunt, & sic pro defunctis orant, quia eleemosyna quodammodo orat pro defuncto. Quarta propositio est, si sepultura prosit mortuis in Christo, non tamẽ his qui damnati sunt, scilicet ꝙ in loco sacro sepeliãtur. Hoc multipliciter ostendit Grego. in 4. dialo. cap. 1. lib. de sanctimoniali cõtinente, sed procacis linguę, quę in ecclesia sepulta, nocte sequenti visa est a custode ecclesię, deducta ante sacrum altare, & per medium secabatur, pars una igitur cremabatur, pars altera intacta remanebat: & flãmę ustio in eodem loco marmoribus inhęrens apparuit. Secundò hoc idem declarat. c. 52. de Valeriano Patrino, qui in ecclesia ab episcopo sepultus est, vir vsque ad decrepitam ætatem lubricus & leuis. Sed eadem nocte Faustinus martyr, in cuius ecclesia corpus fuerat inhumatum, custodi suo apparuit dicens. Vade & dic Episcopo, vt proijciat hinc fætentes carnes, quas hic posuit: ꝙ si non fecerit, die tricesimo morietur. Quam visionem custos Episcopo timuit confiteri, & admonitus Episcopus nihil inde fecit. Vnde die tricesimo in lectum sanus ingrediẽs, subita morte functus est. Tertio de Valentino ecclesiæ Mediolanen. defensore, viro lubrico, & cunctis leuitatibus occupato, nocte enim media, in ecclesia sancti Syri factę sunt voces, ac si quis violenter ex ea repelleretur, & traheretur foras. Ad quas voces cucurrerunt custodes, & uiderũt duos teterrimos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadã ligatura strinxerant, & eum ab ecclesia clamantem, & uociferantem foras trahebant. Qui territi ad sua secreta reuersi sunt. Mane facto aperientes sepulcrum, non inuenerunt, & extra ecclesiam perquirentes, inuenerunt in alio sepulcro positum, ligatum adhuc pedibus, sicut uiderant ab ecclesia abstrahi. hęc. c. 53. Quarto de tinctore urbis Romę sepulto in ecclesia beati Ianuarij martyris, qui uel spiritus eius sequenti nocte a custodibus auditus est clamare, ardeo, ardeo. Hoc uxori relatum est, quę iussit, ut aperirent sepulcrum, & uestimenta eius intacta reperierunt, sed corpus non inuenerunt. Hęc. cap. 54. Est enim de sepulturę loco, sicut de habitu religionis. Primo, quia sicut habitus monachorum non sanctificat hominem, sed potius homo habitum, ita sanctus locus, cadauer pessimum non sanctificat. Secundo, quia sicut religiosi cum tali habitu sepeliuntur, cum quali uiuunt: Sic mortui cum tali habitu uitiorum, uel uirtutum sepeliuntur, cum quali uixerunt. Tertio, quia sicut habitus religiosi in morte illum iuuat, qui prius religiose uixit, non alium, sic sepultura illum qui bene uixit, & non alium iuuat: tales enim qui fuerunt organum spiritussancti, in locis sanctis sunt sepeliendi. Alijs sufficere deberet, cum Socrate sepeliri sepultura asinina. Sed nunc qui peiorem ducunt vitam, hi sunt qui in honorabiliori sepeliuntur loco. quod plangit scriptura Ecclesiastes. 8. cap. Vidi impios sepultos, qui etiam dum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed & hoc vanitas est. Quinta propositio, conueniens est, decens, & honestum virum & mulierem, in eodem sepulcro reponi, & cum his filios eorundem, licèt hoc non sit necessarium. Primum patet. 13. q. 2. Ebron. & cap. seq. expresse hoc dicitur, & multipliciter probatur. Primò, quia Abraam emit speluncam duplicem ab Emor (Genes. 23. cap.) quæ ideo dicebatur duplex, quia in ea erant duæ partes, vna pro viris, alia pro mulieribus. In qua spelunca sepulti fuerunt Adam & Eua, Abraam & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lya. Tobias etiam dixit ad filium, Tobiæ vlt. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus, & cum ipsa compleuerit tempus suum, sepelies eam iuxta me in vno sepulcro. Et Grego. in dialogo dixit, quòd cor beati Benedicti, sepultum est in sepulcro, quod ipse sibi præparauerat, vt quorum mens semper vna fuit in domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret. Item beatus Philip-

Y *Sepultura non prodest dãnatis.*

Z *Sepultura non sanctificat mortuum, sicut nec habitus Monachum.*

A *Filios in sepulturam parentum sepeliri debet:*

Philippus diaconus vnus de feptem, legitur ædificaſſe ſibi ſepulcrum, in quo ipſe & filiæ eius quieuerunt. Et beatus Seuerus Rauennatum Archiepiſcopus, tumulum fieri iuſſit, in quo ſe & vxorem & filiam collocauit. Item Hieronymus. Quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulcrum, quia vna caro ſunt: & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Secundum patet, quia Adam in ciuitate Arbeæ tumulatus eſt. non fuiſſet autem poſsibile omnes filios Adæ ibi ſepeliri, & ideo liberum eſt filijs, & vxoribus eligere, quo voluerint ſepulcrum: iuxta tamen eccleſiæ formam & conſuetudinem. decentius eſt tamen ꝙ in ſepulcro patrum ſuorum recondantur.





TRACTATVS SECVNDVS IOANNIS RAVLINI DOCTORIS EXIMII,

De morte culpæ differens.



De quadruplici morte .f. Naturæ, Culpæ, Gehennæ, & Gratiæ.
Cap. I.



B

NOTA, ꝙ quadruplex secundũ scripturæ vsum inuenitur mors, scilicet Naturæ, Culpæ, Gehẽnæ, & Gratiæ: de prima Eccl.2. Similiter moritur doctus, & indoctus. de secunda. Sap.1. Deus mortem non fecit. de tertia. Ro.8. Stipendia peccati mors. & Sap.16. Tu es dominus, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis De quarta, Colos.2. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc viuentes, &c. Prima omnium. 1. Reg.14. Omnes moriuntur. Secunda peccantiũ. Prou.16. Indignatio Regis. f. Dei cuncta regentis nuntia mortis, peccatoris supple. Tertia est damnatorum in quorum persona. Esa.28. Percussimus fœdus cum morte, &c. Quarta est saluandorum, quibus dicitur Colossen.4. Mortui enim estis, & vita vestra, &c. Prima est amara. Eccl.8. Inueni mulierem morte amariorem. Secunda periculosa. Prouerb.6. De iuuene irretito multis sermonibus dicitur, quòd statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuus & ignorans, & nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quia de periculo animæ illius agitur. Tertia est laqueata, id est laqueis diuersarum pœnarum plena. Prou.21. Qui congregat thesauros lingua mẽdacij, vanus, & excors est,

Mortis diuersitas, & cõditio.

est, & impinguetur ad laqueos mortis. Quarta est præciosa, de qua Psal. 115. Preciosa in conspectu dñi, &c. De prima sufficienter dictum est, ideo nihil plus hic. De quarta nihil ibi dicetur, quia alibi reseruabitur, de secunda & tertia aliquid dicetur.

Mors culpæ sex causis est detestabili. Cap. II.

PRimò igitur dicetur de morte culpæ quàm detestabilis sit. Secundò quæ in ea mirabilia inueniantur. Tertiò vbi inuenitur. Quartò ad quid cognoscetur. Primò ergo propter sex detestabilis est mors culpæ. Et primò propter separationem animæ a Deo qui est vita eius. 1. Reg. 15. Siccine separat amara mors. unde dicitur Io. 8. Ego vado, idest recedo a vobis, & in peccatis vestris moriemini. Et verè amara est, quia plus esset dolendum de separatione animæ a Deo, quàm animæ a corpore: licèt nunc fiat econuerso. Plangis mortuum, magis plange viuum. An non sunt in te viscera Christianæ miserationis, vt plangas corpus a quo recessit aïa, & nõ plangas animam a qua recessit Deus? Secundò propter rerum habitarum, vel habendarum amissionem: mortui enim de rebus suis nullum debent habere emolumentum. Nec habent aliquam acquirendi facultatem. Sic peccantes bona quæ fecerunt amittũt, & quę faciunt vel facturi sunt, quandiu manẽt in peccato, inutilia redduntur quantum ad vitam æternã. Eccl. 9. Melior est canis viuus, leone mortuo, idest vilis & pauper in charitate magno, quàm qui multa fecit in peccato existens. Viuentes enim sciunt se esse morituros si peccauerint, sed mortui nihil nouerint amplius de suis rebus, idest nõ habent vltra mercedem de suis factis vel faciendis. Tertiò propter fœtoris corruptionẽ. Mortuus. n. si nõ sepeliatur corrumpit vicinos. Sic peccator si non reperiatur vel abscondatur. Hier. 16. Mortibus ægrotantium emorietur, suã scilicet infectionem emittendo. sicut qui ex longa ægritudine moriuntur, aliquoties plus alijs mortuis fœtent. Vnde in lege morticinium tangens inquinabatur. sequitur, Et non plangetur, scilicet a se: quia non sentiunt dolorem vel damnum, vt membrum paralyticum, vel phreneticus, qui morbum non sentit. & non sepelientur, idest de consortio aliorum non expellentur, cum tamẽ nullus patrem suum mortuum in domo sua per septimanam dimitteret. 1. Reg. 10. Populus qui sequebatur Sibam filiũ Bochri aduersarium Dauid, subsistebat ad cadauer Amasæ mortui. Vnde vir quidam hoc videns amouit eum de via in agrum, & operuit eum de vestimento: quo amoto transibat omnis populus sequens Ioab. Sequitur, in sterquilinium super faciem terræ erunt, idest fœtidi, & abominabiles Deo & Angelis. Exemplum de Angelo & eremita, qui obuiam habuerant malum hominem, sed bene indutum: & ẽt bonum hominem, sed leprosum. Psal 83. Disperierunt in endor, facti sunt vt stercus terrę. Quartò detestanda est hæc mors propter horribilem aspectum. Quantumcũque enim homo fuerit amabilis, pulcher, & delicatus, statim post mortem erit horribilis, turpis, & abominabilis, & a communione hominum separandus. Sic anima, ante peccatum pulcherrima & formosa videtur, iuxta illud Can. 4. Pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sed per peccatum spoliaĩ gratuitis, & vulneratur naturalibus: fit fœtida & abominabilis coram Deo, vt dicat illud Eze. 16. Ad omne caput ædificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tũum. Et tunc per peccatum anima misera separatur a communione fidelium, & ab amicitia Dei, & Angelorum bonorũ. Prouer. 14. Miseros facit populos peccatũ. Fatuissimus operarius est ille, q̃ difficillimis laboribus se fatigat, & tamen nihil stipendij vel mercedis in fine reportat. Quot enim laboribus, & periculis se exponunt homines pro peccato? isti pro voluptatibus, illi pro cupiditatibus, isti pro vanitatibus, inexplicabile est dicere: & omnium istorum la-

Animæ miseria post peccatum.

borum stipendium erit æternum supplicium. Rom. 6. Stipendia peccati mors. Ideo postquam Salomon præmisit Sap. 1. Nolite zelare mortem in errore viæ vestræ, signanter subiunxit, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum: quasi dicens nullum aliud lucrum habebitis per peccatum. Quintò propter sensuum obtuxationem. Mortuus enim nullius sensus habet vsu. Sic peccator fumum, & odorem coquinæ non sentit. Curreret enim in odorem vnguentorum, vt canis venaticus: sed nec auris obediendo audit, gustus cibũ verbi Dei nõ sapit, tactus eleemosynam pauperi non porrigit, visus lumen veræ fidei non recipit. 4 Reg. 4. dicitur quòd Giezi famulus Helisei, posuit baculum super faciem pueri mortui, & non erat vox, neque sensus. Psal. 113. Os habent & non loquentur. Sexto propter facilem sepelitionem. Non est ita pauper vetula, quæ non inueniat ad sepeliendum mortuum suum: nec est ita bonus vel malus, qui peccatum suum non excuset. Luc. 9. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Sicut enim istis maximis & nobilibus fiunt sepulcra honestissima de marmore vel de alijs lapidibus honestis, seu lignis cum picturis, & figuris quæ simul ornant & honorant ita istis magnis & potentibus mortuis per peccatum, faciunt adulatores sepulcra dealbata & depicta, pallianres, & ornantes, & excusantes, immo commendantes peccata potentũ, quia laudatur peccaror in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur: & ꝙ plus est, sic eos onerant & opprimunt grauitate peccatorum suorum, vt non amplius resurgant a peccatis. Difficile enim est (vt dicit Greg. 4. moral. c. 14) his qui post vsum maximæ consuetudinis adulantium linguas excipiunt, a mentis suæ morte reuocentur. Sinite inquit mortuos sepelire mortuos suos. Mortui enim mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatorem fauoribus præmunt. Erat autem Lazarus mortuus, sed nõ sepultus a mortuis, sed a fidelib. mulieribus. Sed peiores sunt qui exhumant mortuos vt comedant, quod faciunt detractores, diffamando & publicando quæ occulta sunt. Hier. 7. secundum aliam translationem. Nunquid spelunca Hyenæ hæreditas mea facta est mihi? Hyena .n. corpora mortuorum exhumat, vt carnes putridas comedat, & cum peccato nihil sit horribilius, quid dicemus de ijs, qui peccata sua propria ostendunt, & de ipsis spectaculum faciunt hominibus, nisi ꝙ mortuos suos circunferunt, vel vt terrorem hominibus incutiant, vel vt eos ad compatiendum, vel vindicandum prouocent: vt patet Iudicum. 19. de Leuita qui vxorẽ mortuam conscidit in frusta, & misit ad duodecim tribus vt compaterentur & vindicarent.

Tria mirabilia in morte culpæ. Cap. III.

DE secundò dicendum, ꝙ in hac morte tria mirabilia inueniuntur. Primum est, cum nullus mortiferum corpori scienter biberet vel comederet, multi tamen auidè mortiferum animæ comedunt, & hauriunt suggestioni peccati consentientes. Apoc. 8. Multi mortui sunt de aquis, idest delectationibus mũdi, quia amaræ factæ sunt post mortẽ, q̃uis primò dulces. Iob 6. Nunquid gustari potest, quòd gustatum affert mortem? Secundum est, ꝙ nullus gladium quo occidendus esset libenter quæreret, vel patibulum quo suspendendus esset fieri, procuraret. Multi tamen peccatum quo anima suspenditur, & patibulo inferni reseruatur, proprijs laboribus & expensis, quærunt solicitè peccata procurando & cumulando. Sap. 1. Iniustitia autem mortis est acquisitio, impij aut manibus & verbis acquisierũt illam. Tertium est, ꝙ nullus cum latrone vel homicida sciẽter societatem diu teneret. Multi tamẽ cum peccato, quod bona omnia furatur, & eius morti insidiatur, de societate seruanda obligant se obstinando. Esa. 28. Dixistis percussimus fœdus cum morte, &c.

Mors culpæ in tribus principaliter inuenitur. Cap. IIII.

D. DE tertiò dicendum, ꝙ mors culpæ in tribus principaliter inuenitur. Primò in manibus linguæ mendacis. Prouer. 21. Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Secundò in manibus linguæ adulantis. Prouer. 5. Fauus distillans labia meretricis, idest adulantis, nitidius oleo guttur eius: quia componit verba ad decipiendum: & sequitur, pedes eius descendunt ad mortẽ.

Linguæ defectus & perfectiones.


E Tertiò in manibus linguæ detrahentis. Psal. 56. Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, &c. Sed econtrario vita est in manibus linguæ veracis. Ps. 56. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. & sequitur. Qui loquuntur veritatẽ in corde suo. Secundò in manibus linguæ corripientis. Prouer. 28. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis, quàm ille qui per linguę blandimenta decipit. Tertiò in manibus linguæ piæ proximum cõmendantis. Prouer. vlt. Lex clementiæ in lingua eius: ideo Prouer. 18. Mors & vita in manibus linguæ, qui diligunt eam comedunt fructus eius: vnde mors hæc culpæ trahit animam ad infernum, sicut mors naturæ trahit corpus in terram. Et sicut mors naturalis filijs, offendit patrẽ, quia ab ipso separatur: sic mors culpæ Deum patrem offendit.

Quinque modis homo moritur morte culpæ. Cap. V.

DE quartò dicitur, ꝙ quinque modis quis reputatur mortuus: primò quando morti appropinquat. Sic homo excedens in peccato, quia vicinus est morti æternæ dicitur mortuus: obest solum paries corporis, quin ingrediatur illam mortem secundam. Psal. 106. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis: & rationem subdit. Anima eorum in malis tabescebat. Secundò, reputatur mortuus, quando in magna miseria uiuit. Ita ꝙ potius vita sua discenda sit mors, quàm vita. Ionæ vlt. Tolle quæso animam meam a me, quia melior est mihi mors quàm vita. Sic est de vita impiorum, qui in hac vita viuunt in magna miseria, continuè in tenebris ignorantiæ, in igne existentes concupiscentiæ, & corrosi continuè verme conscientiæ. Tertiò, quando infirmus iam facit fardellum suum. Sic peccator in hoc mundo grauissimis onustus peccatis trahentibus in infernum, vt plenus vsuris, & rapinis, dicitur mortuus. Nauis enim eorum tot onusta est peccatis, ꝙ faciunt submergere nauem: & descendere in profundum abyssi. Exo. 12. Descẽderunt in profundũ quasi lapis. Quartò, quando omnia reijcit, nec quicquam alimenti potest recipere: tunc enim signum est mortis. Sic qui doctrinã Christi non curant, immo recusant. Quintò, quando non fructificant: sed continuo diminuuntur sicut in quibusdam morbis vbi decrescit homo: & tandem siccatur. Arbor enim non ferens fructum & in ramis sicca iudicatur mortua. Sic anima sine fide formata charitate non fructificat & iam securis in radicem posita est, vt prę scindatur, & in ignem ęternum mittatur.

Mortuus quis reputatur pluribus signis.





TRACTATVS TERTIVS IOANNIS RAVLINI DOCTORIS EXIMII,

De morte Gehennæ disertè discutiens.



De effectibus mortis Gehennalis. Cap. I.

SEcundò de morte gehennæ dicendum, q̃ est mors horrenda. Apoc. 20. Infernus, & mors, missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.i.sequens aliam mortem. Hæc autem mors plura mala facit. Primo omnis boni affert præsentiam. Iob 10. Dimitte me, vt plangam paululum dolorẽ meum, &c. Mortuis enim in inferno, gutta diuinæ consolationis non stillabit: vt patet in diuite. Luc. 16. Et nullus qui erit in patria condolebit, immo mater de filio si damnaretur, gaudebit. Psal. 57. Lętabitur iustus cum viderit vindictam, oratio vel eleemosyna parentum nõ proderit. Quid enim prodest chaudellum facere mortuo? Hiere. 9. Cadet morticinium hominis quasi stercus super faciẽ regionis, de quo non curant, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est q̃ colligat, idest subueniat. vnde ĩ auctoritate Iob. 10. Dicitur hoc mors vmbra mortis. Vmbra enim habet similitudinem cum eo, cuius est vmbra, & non est illud. Sic est, q̃ quędam pœna inferni in hoc conuenit cum morte, q̃ nulla pęna maior est ea, sicut angustia, quę mortem induceit. Sed in hoc disconuenit, q̃ mortuus non sentit aliquam pęnam, vel læsionem, si ei inferatur: & bene esset eis si ita essent mortui in inferno, q̃ de amissione gaudij non dolerent, & pœnas inferni non sentirent. Item differunt, quia mors corporis, est mors alterius partis. Sed mors æterna, est mors animę & corporis. 4. Reg. 4. Bis dicitur mors in olla viri Dei, mors in olla. Est enim mors animæ in olla corporis. Est enim mors su- *G Mortis et inferni discrimẽ.*

pra

pra mortem temporalem propter pœnarum acerbitatem. Mors vltra mortẽ, propter pœnarum diuersitatem. Mors præter & contra mortem, propter pęnarum æternitatem. Secundò, quia infert omnis mali copia. Mat.8. Abijt autem totus grex porcorum per præceps in mare, & mortui sunt in aquis: porci sunt peccatores, qui nobiliorem partem sui, scilicet animam in luto peccati ponunt, vt delectationem peccati habeant; vt porcus os, & nares, & caput, quæ sunt nobiliora in ipso luto ponit, vt ventris delectationem impleat. Sap.5. Non iudicauerunt honorem animarum sanctarum, quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, &c. Sed isti erunt pręcipites in mare, idest subitò pęnas inferni incurrunt: quælibet enim pars maris amara est, & nihil est in inferno, quod amarum non sit, & pęnale. Similiter guttæ maris sunt innumerabiles, & pœnæ inferni incomprehensibiles. Similiter omnes aquæ ad mare currunt. Sic non est angustia quæ non ibi sit. Inde diues. Luc.6. Vocat infernum locum tormentorum, locatum autem non est prope, nisi in proprio loco. Item dicitur Thre.1. Magna est velut mare contritio tua. vnde quia male vixerunt, inde malorũ copiam consequenter habebunt. iuxta illud Philip.3. Quorum finis interitus, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Vt communiter ex malo semine, gignitur mala planta, ex malis præmissis sequitur mala conclusio, ex mala vita mala mors, ex malo principio malus finis. 2.Cor.11. Quorum finis est secundum opera eorum. Eccl.21. Via impiorum complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœnę. finis enim altarum nubium est consumptio; finis herbarum viridum desiccatio: finis delinquentium damnatio. Psal. 52. Propterea Deus destruet te, in finẽ euellet te, emigrabit te de tabernaculo, & radicẽ, &c. Tertiò, quia finis in vtroq; non habet terminũ. Si.n. posset hominẽ interficere, ꝙ pęnitus mereretur, vel ꝙ saltem pęnam aliq̃ñ non sentiret, cõsolatio eis esset. Sed sic nõ erit, quia i æternũ viuent, & vt in æternũ puniantur. Ps. 48. Sicut oues in inferno positi sũt, mors depascet eos. Herba.n. cum pascitur, iterum redit, vt iterum pascatur, & similiter q̃tuncunque puniantur, adhuc viuent, vt iterum puniantur. Ps.48. Laborabunt in æternum, & viuent adhuc in finem. Itẽ ouis est stolidissimũ pecus, ita ꝙ si sit in domo accẽsa, nullo modo exit ab igne, sed magis ingerit se igni. Si e dãnati in inferno effecti sunt stolidi, & per malitiã obstinati, ꝙ de inferno, q. est eis quasi domus accensa, nunq̃ exibunt.

Exemplis & rationibus, probatur, ꝙ sit ponendus infernus, respondetq; obiectionibus oppositis contra nitentibus. Cap. II.

NOnnulli, diabolo procurante, dicunt nullum esse infernum, nullã Dei iustitiam punitiuam: diabolus.n. nititur in homine fidem de inferno extinguere, vt sic ecęcatum, facilius ducat illuc, per viam peccatorum, dum non refugit pęnam, quam non credit: secundũ quẽ modum solet duci latro ligatis oculis ad patibulum: in cuius rei figuram. 4. Re.vl. Sedechias excęcatus a Nabuchodonosor, ductus est in Babylonem. Sunt autem tales infidelibus deteriores. Nam & infideles de inferno habuerunt fidẽ. In quadam.n. Senecæ tragedia narratur, qui tamen Christi fidem non habuit, quod visum est cuidam, ꝙ videret Neronẽ balneantem, se apud inferos, & ministros aurum feruens infundentes: & cum videret chorum aduocatorũ ad se aduenietium, Huc inquit venalegenus hominum, s. aduocati amici mei accedite, vt in hoc vase mecum balneemini. Adhuc enim super est locus in eo, quem vobis reseruaui. Similiter multi poetæ, & ethnici, mentionem faciunt de inferno in multis scriptis, & Virgilius in 6. Aeneidos, cum pro magna parte descripsit. Et secũdum quosdam philosophos, eo dicuntur inferi quòd illuc animæ deferantur. Sunt igitur infidelibus deteriores, qui de inferno dubitant. hoc etiam patet ex infinitis quasi scripturæ passibus, quorum aliqui postea suo ordine recitabuntur. Patet etiã multis rationibus exemplaribus in-

Infernũ reperiri, etiam ab infidelibus asseritur.

N

Infernũ esse, rationibus & exemplis probatur.

fernum esse. Primò certum est, ꝙ sicut debetur summus amor Deo, ita & summus timor: ergo sicut fecit aliquid, scilicet incarnationem ad attrahendum summum amorem ab homine? Ita debuit aliquid facere ad extrahendum summum timorem ab eodem; hoc non est nisi infernus, qui summè facit eum timere. iuxta illud. Luc. 12. Timete illum, qui postquam occiderit corpus, animam potest mittere in gehennam ignis. Secundò regalis magnificentia requirit, ꝙ rex habeat non solum pallatia propter bonos, sed etiam carceres, propter malos. Rex autem gloriæ magnificatus est super reges vniuersæ terræ: quomodo igitur non habebit carcerem sicut habet palatium? Esa. 24. Visitabit dominus super malitiam cœli in excelso, & super reges terræ. Et sequitur, Et claudentur in carcere, quem uocamus infernum. Attendere autem oportet, qualis sit iste rex, qui tales barones, scilicet cœli milites, & reges terræ ponit in carcere suo. Tertiò Deus adeo iustus est, ꝙ nihil in dominio suo permittit impunitum. Iob 24. Deus inultum abire non patitur. Sed videmus multos sceleratissimos mori impœnitentes, nec hic puniri, ergo alibi punientur. Locus autẽ huius punitionis non est aliud quàm infernus, igitur. Quartò ad bonum alicuius ciuitatis statum, pertinet habere locum, vbi sordes proijciantur: quomodo ergo esset bene ordinata ciuitas vniuersi, nisi haberet huiusmodi locum, in quo sordes eius proijcerentur? Peccatores autem qui facti sunt, vt stercus terræ sunt huiusmodi sordes. Psal. 17. Vt lutum platearum delebo eos: quod scilicet colligitur de plateis, & proijcitur in locum immundum. Similiter cum aqua fluit lutum. Sic cũ fluuio igneo rapido, absorbebuntur peccatores in infernum. Quintò in mundo isto videmus puniri minores a suis maioribus. Sed ipsi maiores quandoque sunt peiores. Vnde quidam philosophus cum vidisset quendam latronem duci ad suspendium, a quibusdam etiam qui mali erant, dixit. Maiores latrones ducunt minores ad suspendium: ergo iustum, vt ipsi maiores qui hic non habent supra se maiores qui eos iudicẽt, & mala faciunt innumerabilia, alibi iudicentur ad pœnam. Sap. 6. Cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis? Horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium, scilicet condemnationis durissimum his qui præsunt fiet. hæc autem condemnatio fiet in inferno, igitur. Sextò lex terrena requirit, ꝙ aliqui propter culpas aliquas deferantur in exilium perpetuum, ergo non est rationabile quin Deus peccatores aliquos propter culpas suas deferat in exilium perpetuum. Iob. 18. De orbe trãsferet illum, scilicet peccatorem, de orbe illo, de quo dicitur. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Locus autem iste ad quem transferuntur, non est quàm alius infernus, igitur. Septimò iustitia ecclesiastica separat ꝑpetuò a consortio fidelium aliquos in sepultura, sepeliẽdo eos in loco vili extra alios: quare igitur iustitia diuina quæ maior est, non separabit perpetuò aliquas animas indignas a consortio sanctorum, eas in loco vili collocando? Iuxta illud, Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Octauo interest vtilitati publicæ alicuius ciuitatis, vt cadauera proijciantur extra in loco immundo. Quid ergo mirandum si de ciuitate Dei eijciantur cadauera? ideo Esa. 14. dicitur ei qui ad infernum descendit, quasi cadauer putridum non habebis consortiũ. Vnde in fabulis dicitur, quòd leo, vt plura animalia deciperet, se infirmũ finxit & animalia quæ ad eum venerant visitationes causa deuorauit: vulpes vero intrantium videns vestigia, & non redeuntium, periculum suspicatus, asseruit ꝙ non intraret, nisi prius intrantia exire videret: & tali phantasia a leonis calumnia se subtraxit. Sic diabolus, vt plures decipiat tentando, dicit non esse infernum, nec diabolus, vt inde audacter peccent. Sed qui bene consideraret, quòd multi ibi descendunt, nec inde reuersi sunt, caueret sibi pro tempore futuro.

Sed

Dubitātibus de inferno, quid respondendum est.

Sed dicunt huiusmodi infideles, ꝙ nullus de inferno reuertitur. Sap. 1. Non est agnitus qui reuersus sit ab inferis. Sed si rediret aliquis qui vidisset infernum crederent ei. Quibus potest responderi tripliciter. Primo per interemptionem primæ quæ falsa est, quia Lazarus fuit reuersus, quem suscitauit Iesus: & sicut dicit Aug. cum discubuisset postea in domo Marthæ cum domino, multa narrauit immensa de locis pęnalibus. Præterea circa passionem domini, multa corpora sanctorum surrexerunt, & apparuerunt multis: inter quos fuerunt duo filij Symeonis, sicut habetur in epistola quam misit Pilatus ad Tyberium de passione Christi sub eo facta, qui narrauerunt multa de inferno, & quomodo Christus inde suos eduxit. pręter illos etiam inueniuntur alij multi inde redijsse ex diuina dispensatione, vt Traianus, & alij de quibus inuenitur in gestis sanctorum. Secundò per interemptionem secundæ, quia si etiam aliquis inde veniret, nō crederent ei, quòd vel inde veniret, vel ꝙ essent vera quæ diceret. Lu. 16. Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent, nec mirum. Quis enim tantæ auctoritatis resurgere posset, cui magis esset credendum quàm Deo? vnde & Lazarus de quo diximus, surrexit, & plurima eorum quæ viderat reuelauit, & tamen in eum vt iterum occiderant insurgere conati sunt. Tertiò dicendum est istis, ꝙ hoc ipsum ꝙ non ita reuertuntur de inferno passim ad nos, fit propter bonum nostrum, ut scilicet illuc propter hoc magis timeamus ire, sicut iam dictum est in fabula de vulpe. Vnde cum quidam prędicator multa de inferno asseruisset, quidam de astātibus credulitatis duræ ad eum proclamauit. Maledictus qui credit vobis, quia non fuistis ibi. Sed respondit ei. Frater pijssimè, hominum si aliquis, veniret ad te de inferno, adhuc tu non cessares malefacere: diceres enim apud te, ꝙ si ites in infernum propter peccata tua, tamen fortè posses inde exire sicut & ille exijsset. Sed modo credere debes infernum ita profundum, quòd nullus potest inde ascendere: ita clausum, ꝙ nullus potest exire. ita custoditum, ꝙ nullus potest euadere. Quartò dicitur secūdum Bon. in 4. dist. 45. in expositione textus, quòd ideo illud animarum receptaculum est abditum, neque communicatum, vt uideatur communiter. Primò vt fides habeat locum quæ est de non visis: ideo meremur credendo paradisum, & infernum: & cum hoc fecit ea abdita, vt nostrum probaret affectum: videlicet si eū non timore rerum visarum, sed amore eorum quæ nō vidētur, diligamus. Inde voluit dominus, ꝙ mors nostra, similis esset morti bestiarum, ut probaret corda filiorum hominū. Dicit tamē Greg. ꝙ (vt credant infideles) ignis inferni de quibusdam locis Sicilię eructat, quasi esset suspirale inferni. Sed iterum dicunt alij: Nunquam me fecit dominus qui me tam carè redemit, vt sic me dānaret, & perderet. Non est igitur aliquis locus perditionis, saltem pro fidelibus, qui credunt in eum? Respondetur primò, ꝙ Deus non creauit nos, vt precipitaret in gehennam, sed magis vt introduceret in regnum æternū: gehēna enim propter dæmones quibus dicetur. Ite maledicti, &c. qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Sed regnum ęternum propter homines, quibus dicetur. Venite benedicti, &c. quod paratum est vobis, &c. Sed ꝙ homines a regno deuient, & tendant ad perditionem, hoc est ex eorum defectu. Oseæ. 3. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. Secundò dicitur contra illos qui sic dicunt, non me fecit dominus vt perderet me, ꝙ dominus nullū perdit, sed est sicut mercator, qui habet tres bursas, i vna ponit bonos denarios, in secunda obolos, in tertia falsam monetam. Ita dominus optimus reponit in cęlo, mediocres in purgatorio, & malos, vt falsam monetā in inferno: & sic omnes inuenit & nullum perdit. Tertiò dicitur, ꝙ si quis emisset vnum seruum, & constituisset eum super domum suā, & tradidisset ei in custodia suam vxorem & filios & bona sua omnia, ipse verò

Infernus cur est abditus.

K

rò vxorem polueret, & filios interficeret, & bona omnia dissiparet, nonne dominus hunc seruum in suo reditu, non obstante ꝙ eum emerat, suspenderet si posset & interficeret? Sic etiã caueas tibi quicunque sis, qui ista dicis, quia licèt sis seruus domini ab eo factus, & redemptus, te tamen grauiter torquebit, si eum offenderis.

Infernus locus terræ infimus, a peccatoribus plurimum vitandus. Cap. III.

1 SEcundò de situ inferni considerandum. Est communis omnium doctorum opinio, & ita (sicut dicitur in libro de imagine mundi) credi potest, ꝙ sit circa centrum terræ. ut sicut, secundũ ordinem naturæ, alia tendunt deorsum, alia sursum. Sic secundum ordinem diuinæ iustitiæ: alia tendunt ad summum sursum, scilicet ad gloriam, alia deorsum ad penam. nec est inconueniens illum mirabilem ignem esse deorsum, cũ etiam noster ignis sensibilis sit hic deorsum. Hinc est ꝙ Pythagoras philosophus, vt recitat Arist. in fine secundi cęli & mundi, posuit ignem esse in centro terræ. Et propter hunc situm secũdum Papiam dicitur infernus ab infra, quia sicut cor animalis est in medio eius, sic & infernus in medio terræ. Iuxta illud quod dixit Saluator, se fuisse tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ. Matth. 12. Et de ipso dicitur Ephe. 4. descendit primum in inferiores partes terræ. Ex quo patet, ꝙ locus iste remotissimus est a cęlo, sicut centrum summè distat a circumferentia: ideo Ezech. 3. dicitur terra vltima, vbi dicitur Pharaoni. Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam, hoc est ad magnam pęnam malorum, sicut fit ei, qui proijcitur in exilium quando remotius ponitur. Et ꝙ hoc sit peccatoribus conueniens, patet secundũ Ricardũ de Media Villa, quia sicut Deus ordinat corpora in suis locis secundum exigentiam suorum naturalium ponderum, sic ordinat creaturas rationalẽ in suis locis, secundum exigentiam suorũ amorum. Ideo sicut electi sunt in cęlo, quia in suo amore cęlestia terrenis præposuerunt. Ita reprobi per diuinam iustitiam, sunt, & erunt in loco infimo, quia in suo amore infima & terrena superioribus & cęlestibus præposuerunt. Et propter hoc est eis carcer profundissimus, qui solet esse grauior: inde ad maiorem pęnam eorum dicitur in Psal. 62. Introibunt in inferiora terræ, idest in magis infima. Et possunt dicere illud Iob 17. In profundissimum infernum descendent omnia mea. vnde Cassiodorus super Psal. 86. Infernum arbitramur esse subtus cum legatur de Dathan & Abyron, quia aperuit se terra, & deglutiuit eos & viui descenderunt ad inferos. Ex hoc etiam patet magna peccati grauitas quæ illuc præcipitat, vbi montes, & saxa quantumcunque grauia descendere non possunt: ideo dicitur de peccatore. Matth. 18. Expedit ei scilicet magis, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: quia huiusmodi peccatum profundius demergit: quàm sit profundum maris. Est enim vna terra suprema, in qua est habitatio sanctorũ: de qua Psal. 141. Portio mea domine sit in terra viuentium. Est terra media, quæ est possessio terrenorum, de qua Gen. 12. Egredere de terra, & de cognatione tua, &c. Tertia est terra infima, in qua est conclusio damnatorum. Sicut enim terra est domus & habitaculum omniũ serpentum non in parte superiori, sed in cauernis terræ: sic infernus est in inferioribus partibus, vbi omnis iniquitas reponitur, ut ibi perpetuo moriatur. Propter quod terra ista multum est fugienda. Primo quia in ea est meror inconsolabilis. Hiere. 4. Lugebit terra & mærebũt cęli. i. alti & superbi viri ibidẽ detenti. Secundo propter feruorem inextinguibilem. Esa. 34. Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem, nocte & die non extinguetur. fugeret enim homo domum igne succensam. Tertio propter immitigabilẽ crudeli-

Peccati grauitas magna, & terræ diuersitas.

Inferni terra sex causis ẽ fugiẽda.

delitatem tormentorum. Esa.34. Inebriabitur terra eius sanguine, & humus eius ex adipe pinguium. & Psal 62. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, &c. Quarto propter inquietudinem mali consortij inuidiorum, scilicet & seditiosorum, Psal.105. Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abyron, qui fuerunt inuidi & seditiosi. Quinto propter defectum omnis boni: sicut pauper fugit terrã etiam suam propter inopiã. Hiere.4. Aspexi terrã. s. inferni, & ecce vacua, scilicet omni gaudio & nihili, qa nihil in ea. Sexto propter detentionem immutabilem, quia qui semel illuc iuerit, nunquam inde exibit. Inde dicebat Iob.20. Dimitte ergo me domine, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram, &c.

Inferni capacitas magna tribus rationibus probatur: damnatorumque dispositio in ea declaratur. Cap. IIII.

N O *Inferni nomina, & immẽsitas.*



Ertiò de quantitate inferni videndum est. Creditur.n. infernus esse maximæ capacitatis: ideo appellatur, Esa. 30. Vallis profunda & dilatata. dicitur etiam baratrum. Iudic.5. quasi voratrũ, vel vorago secundum Papiam, quia propter sui immensitatem, potest recipere innumerabiles: dicitur etiam abyssus quasi sine fundo. Eius autem immensitas ex tribus pensari potest. Primo ex imaginatione quam habent illi qui sunt ibi, videtur enim eis ꝙ quasi inestimabilis sit eius magnitudo. Exemplum in vitis patrum de beato Machario qui cũ transiens per eremum inuenisset caput cuiusdam defuncti, tetigit illud virga quam gestabat, & adiuratum cuius esset, locutum est ei recognoscens ꝙ fuisset caput cuiusdam sacerdotis gentiliũ in illo loco sepulti, requisitus aũt de pęna sua: respõdit ꝙ quantum distabat cęlum a terra, tantum habebat de igne supra caput, & tantum sub pedibus suis vbi erant Christiani mali sub infidelibus. Ad idem facit quod refert Gre. de Reparato viro magno, qui cum seruaretur quasi mortuus, subito redijt: & vocato puero, fecit illum mitti ad ecclesiam sancti Laurentij ad Tyburtium presbyterum, qui credebatur vitijs carnalibus subiacere, de quo dicebat, ꝙ viderat vbi fuerat ingentem rogum parari: & dictũ presbyterum in eo mergi & concremari. Alium autem rogum viderat parari, cuius cacumen vsque ad cœlum a terra videbatur protendi, cui emissa voce clamatum est cuius esset, & hoc dicto statim obijt. Puer autem Tyburtium mortuum inuenit. Ex ore ergo duorum testium patet, ꝙ mirę magnitudinis videtur ignis inferni damnatis. Secũdò hoc patet ex comparatione aliorum magnorum, quæ secundum scripturam ex similitudine ad ipsum describuntur magna. Abac.2. Dilatauit quasi infernus animã suam, & loquitur de superbo. s. diabolo. Sicut ergo apparet, ꝙ granum millij paruum est, eo ꝙ cum volumus ostendere rem modicam comparamus eam illi: Sic econtrario apparet infernum esse magnum, cum ex comparatione ad illum ostendantur res magnæ: & potest credi quòd est rotundæ figuræ, quæ est figura capacissima. Tertio hoc patet ex multitudine contentorum, continebit.n. omnia corpora malorum quæ fuerunt ab origine mundi, & futura sunt vsque ad finem seculi. Mat.13. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittet eos in caminum ignis. Vnde & Eze.32. Ibi narrãtur multi tyranni, qui cum suis multitudinibus missi sunt in lacum inferni. Et si dicatur, ꝙ infernus non potest esse maior terra: cum ergo maior multitudo videatur hominum damnatorum a principio mundi, vsque in finem, quam sit ipsa terra: Nec erunt corpora eorum subtilia, vt se possint mutuo penetrare, quomodo erit infernus tantæ capacitatis, vt omnia illa possit recipere? Respondet Richar. de media vil. quòd non est certum si multitudo corporum damnatorum excedet terræ quantitatem, & ideo si sit minor

Damnatorũ, tã magna multitudo quòcũ corporibus ĩ inferno sta re poterunt.

ea

ea, tunc damnati in inferno ita comprimentur, ꝙ contineri poterunt in concauitate terræ. Erunt enim compressi in quandam rotunditatem, quia erũt quasi quædam rota iuxta illud Psal. 82. Deus meus pone illos vt rotam: ad quam cum pressionem signandam potest adaptari illud Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sint. Oues enim fortiter se comprimũt in ouili propter frigus in hyeme, & in æstate in vmbra ad fugiendum æstum: & inde ibi poterit tanta multitudo corporum damnatorum contineri. Si vero non sufficiat huiusmodi concauitas, Deus augebit eam iuxta suum beneplacitum.

De qualitatibus inferni, scilicet inquietudine prouenienste ex tribus: intemperie, horrore, ingressu, egressu, & quadruplici vtilitate. Cap. V.

P Q Vartò videndum est de qualitate infernalis loci: vnde locus ille primo est inquietus: sicut enim in rerum natura quidam est locus semper quietus, vt superior pars mundi: quidam quandoque quietus, quandoque turbatus, vt media pars. Sic probabile est aliam partem esse, quæ semper turbata est: inferior, scilicet inde infernus dicitur tartarus. 2. Petr. 2. quia tartarus secundum Papiam dicitur quasi turbatus, prouenit autem ibi turbatio ex tribus. Primo ex pęnarũ varietate, sicut dicitur tempus turbatũ quando mixta sunt pluuia, nix, grando, & huiusmodi. Psal. 10. Pluet super peccatores laqueos, &c. Secundo ex ministrorum vexatione. Hier. 16. Seruietis dijs alienis die ac nocte, scilicet in præsenti, qui non dabunt vobis requiem postea, scilicet in futuro. Tertio ex mutuo clamore. Esa. 45. Vos clamabitis prę dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Exemplum legitur in quodam libro de initijs ordinis Cistercien. cum quidam monachus tentaretur de exitu ordinis propter eius asperitatem, apparuerunt ei pater & mater eius, semel & iterum dissuadentes exitum. Qui cum

Q Inferni turbatio ex tribus prouenit

nollet acquiescere, apparuit ei mater tertio hoc idem dissuadens. Qui cum nollet acquiescere, dicens ꝙ non posset portare pœnam, dixit ei mater. Et quomodo poteris portare pœnam inferni? At ille, quis grauior infernus quàm pœnę huius ordinis? Et mater. Vis experiri? At ille: Sic. Et ecce sonitus quasi porcorum grunnitus adeo horribilis, ꝙ visum est ei, ꝙ cęlum scinderetur, & ꝙ caput eius scinderetur: & cum quasi deficeret, cessauit sonitus. Et mater confortans eũ ait. Vis aliquid de gaudijs cęli experiri? At ille: Sic. Et ecce cantus quidem tam dulcissimus, ꝙ superabat omnem musicorum dulcedinem. Tunc mater. Si vis venire ad gaudia cęli, & euadere inferni tormenta, persevera: & sic fecit. Non est enim incredibile quin sint vlulatus corporaliter futuri in ĩferno, sicut & cantus in cœlo. Secundò locus ille est intemperatissimus, vnde apud ethnicos auernus appellatur, quasi sine vere, idest sine temperantia. Non enim sunt ibi pœnæ in temperamento aliquo, sed in summo. Sunt enim ibi summæ tenebræ. Exemplum (Exo. 10.) de tenebris Aegypti quæ erant palpabiles, quantomagis ibi erunt grauiores? Item est ibi summũ frigus: ideo (Iob 24.) dicuntur aquæ nimium quæ sunt frigidiores. Et etiã summus calor: ideo dicitur. Iob 24. Calor nimius: & ratio est, quia non exhalat, sed inclusus est, vt in clibano. Psal. 20. Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui: quando vultus, &c. propter quod dicitur Deut. 32. Et sagittas meas complebo in eis. Tunc enim sunt completæ quando sunt in extremo. Tertiò dicitur locus horroris. Deut. 32. In loco horroris & vastæ solitudinis. Esa. 22. De terra horribili viso, dura annunciata est mihi. Iob. 10. Ibi sempiternus horror inhabitat. Illic enim flamma quæ succendit, non illuminat: illic ignis crucians, obscurat: illic metus nõ amittitur, cum tolerari incipit quod timebatur. Illic & dolor dilaniat, & pauor angustiat. Horrendo igitur modo, tunc erit reprobis dolor, cum formidine: flamma, cum obscuritate: & quia a volunta-

Inferni pœnæ nõ sunt cũ aliquo tẽperamẽto.

Damnatorũ cruciatus varius.

te

te sui creatoris discrepauerunt, ideo a suis qualitatibus tormenta discordabũt. Inde Hiero. ad Aug. Horreo mortem viuacem, horreo vermẽ mordacẽ, horreo incidere in manus mortis viuacis, & vitæ morientis. Quartò dicitur locus latus, ad ingrediendum, arctus, ad egrediendum, vt vasa diaboli. Esa. 5. Dilatauit os suum infernus absque vllo termino, & descendent sublimes gloriosique ad eũ. Psal. 68. Non absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Matth. 7. Lata est via quæ ducit ad perditionem: ideo dicuntur manes, a manendo, vel stagnum, a stando, quia ibi perpetuo manebunt, vel stabunt. Iob. 7. Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet. Mala est ista taberna, quia qui ibi posuit animam, in vadio, neque pro vadio, neque pro contra vadio, neque pro fideiussore, neque pro obside potest eam habere. Qui ibi cadit nisi miraculose resuscitatus non resurgit: sicut nec lapis mõlaris de fundo maris, postquam ibi proiectus est, semper manebit. Exodi. 15. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. vnde & Apo. 18. Sustulit Angelus fortis lapidem molarem magnum, & proiecit in mare dicens. Hoc impetu mittetur Babylon in infernum: in signnum huius præcepit Hieremias Saraiæ omnia maledicta contra Babylonem scribi, & ligari cum lapide, & proijci in medium Euphratem, & dici, Sic submergetur Babylon, & non cõsurget a facie afflictionis, quam ego adducam super eam. Hiere. 51. Exemplum est etiam de arbore de qua Eccl. 9. Si ceciderit lignũ ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. Est etiam exemplum de domo Dedali, de qua secundũ ꝙ describitur, dicitẽ quòd potest quis faciliter intrare. Virgilius, facilis descensus auerni. Sed nullus potest inde exire. Inde debet homo cogitare, ne intret illam domum, quia scriptum est Eccl. vl. Tunc ibit homo in domum æternitatis suæ. Nullus enim libenter illuc ponit bonũ pignus, unde redimi non potest. Quanta ergo stultitia est, animam suam illuc committere. Exemplum de quadam muliere fatua, quæ aliquantulum intelligebat latinũ. Et cum audiret clericos cantantes in officio mortuorum. In inferno nulla est redentio, cæpit altè clamare. Malum est ibi ponere pignus suum, malum est ibi ponere pignus suum, sic repetendo frequenter. Quicquid tamen sit de isto loco cum sit pessimus, vt postea planius videbitur, tamen secundum Guil. Parisien. infernus est ualde bonus locus propter quatuor. Primò, quia est pars regalis domus palatij regis regum: carcer. n. est pars domus regiæ valde necessaria, ibi enim fures homicidæ, & sic de alijs tenentur, uincti, & arctissimè custodiuntur, ne alijs noceant. Secundò, quia est formido deterrens eos qui malè agere volunt, sicut patibulum ad deterrendũ fures, & babboaldus quo matres & nutrices paruulos minantur, ꝙ eos deuoret si fecerint hæc; vnde talis horror cohibet malum in malis. Tertiò, quia innumerabiles peccatores ad pęnitentiam suo terrore compellit, & ipsi peccata de cordibus eorum expellit. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Sicut aliquãdo magni infirmi, timore subito & magno e febribus curantur, sic peccatores ab ardore carnalium, & secularium desideriorum sæpe liberantur huius inferni timore. Vnde propter secundum, est medicina pręseruatiua, propter tertium, est curatiua. Quartò, quia omnes Dei iniurias & cõtumelias vindicat, & Deũ de omnibus inimicis suis vlciscitur. Si quis enim regem diligeret, seruum eius qui omnes contumelias & iniurias regis vindicaret, diligeret. Hæc Gul. Paris.

Infernus est etiã bonus pp quatuor S

Ignis corporalis pœna, a nostro igne in quinque differens: elementaris tamen & æternus cuius crematio sine consumptione tripliciter potest fieri, animam quadrupliciter affligis, ad Dei timorum incutiendum, a mundi principio creatus. Cap. VI.

Quinto videndum est de pęnis, & primò de pœnis corporis damnatorum. Deinde de pœnis animarum, licet enim sint quasi infinitæ pœnæ damnatorũ, quia secun-

Pœnæ inferni sūt inexplicabiles. secundum Aug. sicut scriptum est quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Sic mala inferni dicere, aut cogitare, vt sunt, nemo potest. Peiora sunt quippè quàm cogitentur. Vnde & Virgilius sexto Aeneidos. Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum. Ferrea vox omnes scelerum comprehendere formas. Omnia pœnarum percurrere nomina possem. Tamen pro nunc dicemus specialiter de decem pœnis tangentibus corpus: & de decem punientibus in æternum ipsam animam. Prima pœna est pœna ignis ardentissimi. iuxta illud Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum. & Matth.13. Mittent eos in caminū ignis. Psal.77. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Differt autem iste ignis a nostro in quinque. Primò in acerbitate. Hæc autem acerbitas accipi potest ex comparatione ad tria: Primò ad ignem nostrum materialem, beatus enim Sebastianus cui Angelus ad aurem loquens astabat dixit, quòd ignis iste sensibilis ita se habet ad ignem gehennæ, sicut ignis pictus ad verum: & sic in infernum est nostro igne acerbior. vnde secundum Aug. lib. de ciui. Dei legitur in historijs Romanorum, ꝙ ante bellum ciuile Pompeij & Cæsaris, ita Aetna mons igne euomito efferbuit, vt quasi fluuius igneus efflueret, vsque ad mare: & adeo efferbuit, vt saxa liquefierent, & naues soluerentur, pice ab eis liquefacta: nec mirum quia scriptum est in Psal.96. Montes sicut cæra fluxerunt a facie domini, i. dest furoris domini. Exemplum ad hoc celebre, & quod a multis dici solet Parisius contigisse. Fuit enim quidam magister in artibus, quem cum redijsset scholaris suus defunctus & condemnatus, & excussisset quandam guttam de sudore quo affligebatur in manum eius, afflixit eum miserabiliter penetrans totam manum, & semper apparuit huiusmodi perforatura in manu eius. Si ergo gutta huiusmodi tam parua, & forte, non vera, sed similis aliquantulum veræ, sic fuit acerba: quanta æstimanda est acerbitas ignis illam educentis. Si ergo consideres, quanta sit differentia inter ignem pictum, & ignem verum: considera si potes ardorem ignis infernalis portare & sustinere, qui tantum excedit ardorem huius ignis? O quanta passionem sustineres, si per horam stares, siue teneres digitū tuū in igne, & maiorem si totam manum, & adhuc maiorem si totum brachium, & adhuc multo maiorem si totum corpus. Quantus igitur erit ardor gehennæ, existimo ꝙ nec aliquis viuens dicere aut cogitare sufficit. Esa.33. Quis ex vobis habitare poterit cum igne deuorante: & certè scriptum est in Psal.135. In ignem deijcies eos in miserijs non subsistent: & certe secundum Psal.82. Iste ignis erit sicut ignis qui comburit syluam, cui nullus potest occurrere. Et sicut flamma comburens montes, quæ est inextinguibilis, & quæ lapides dissoluit. Secundò ex comparatione ad artificialia, quæ apud nos calidissima reputantur, puta ad fornaces. Vnde Psal. 20. Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui: quando vultus domini super facientes mala. Nunc vt putatur non videt eos, quando finit eos malè agere: tunc autem videbit eos, & videbitur ab eis quando secundum Psal.9. cognoscetur dominus iudicia faciens. Et sequitur, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Sicut.n. ferrum in fornace totum fit ignis, sic corpora damnatorum ab igne infernali tota penetrabuntur, vt ab eo videantur deuorari. vnde & Hiere.1. Comparantur ollæ succensæ: vnde dicitur ei. Quid tu vides Hieremia? Ollam succensam ego video: vtinam viderent mali sicut vident boni; de quibus dicitur in Psal.51. Videbunt iusti & timebunt. Mali autem nō vident istum ignem oculis mentis, ideo non timent: ideo de eis dicitur in Psal.81. Nescierunt, neque intellexerūt: ideo in tenebris ambulant. vnde & appellatur olla Vulcani. In chronicis enim Othonis archiepiscopi dicitur, quòd apud insulam Barbaram, quæ est iuxta Lugdunum, vidit quidam

Marginal notes: *T* · *V* · *Ignis est maxima pœna inferni.* · *X*

monachus,

monachus, post matutinas, vnam nauem velocissimo cursu sine remis volantem per aquam Sagonæ: Et cum quæreret dictus monachus qui essent: Respondit diabolus, q̃ essent dæmones qui ducebant Ebroinum maiorem aulæ regiæ Francorum ad ollam vulcani proijciendum, & perpetuò ibi torquendum, propter mala quæ sibi & alijs fecerat: qui notauit diem & horam, & ita inuenit eundē eadem hora decessisse: hic Ebroinus dictum monachum execauerat vno oculo, & beatum Leodegarium in oculis tenebrauerat & occiderat. Tertiò pensari potest huiusmodi acerbitas ex comparatione ad alia elementa. Nam ignis noster, facilè ab aqua suffocatur, hic autem ab aqua extingui non potest: vnde & ignis græcus dicitur esse feruentissimus qui in aqua ardere dicitur; licet quandoque extinguatur. Sap. 16. Quod enim mirabile erat aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: & sequitur. Nix autem & glacies sustinebant impetum ignis, & non tabescebāt: ignis ardebat in grandine, & grando nō tabescebat. Et ita scriptura sacra per hunc ignem, acerbitatem doloris damnatorum designat. Quia enim magnitudinem æternæ pœnæ exprimere non potest, nisi exemplificando de temporalibus rebus. Et quia ignis penetratiuor est, & actiuior, cęteris elementis: ideo scriptura magis per eum acerbitatem pęnæ innuit quam per alia; minus tamen dicens & plus significans. Quidam vero minus creduli, dixerunt hunc ignem non esse materialem, allegantes de diuite, Luc. 16. quòd sic erat de igne, sicut de lingua diuitis, & digito Lazari. Sed tunc Lazarus digitum non habebat, nec diues linguam, sed erant tantummodo spiritualia representatiua eorum: ergo nec ignis, nisi spiritualis: sed hoc non est verum: licèt enim non possit monstrari oppositum. Tamen quia scriptura sacra in multis passibus nominat illam passionem nomine ignis. Eccl. 7. Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et Iudith vltimo de damnatis dicitur, q̃ dominus in die iudicij visitabit illos.

Ignē inferni quidam dixerūt nō esse materialē.

Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum. hoc enim ad experientiam videtur in ignibus perpetuis Siciliæ. Quicquid sit, quicunque sint illi sic increduli, benè sentient illum esse materialem, cū ardebunt in illo ignē. Tunc enim credēt licet valde tarde. Secundò differt ignis inferni a nostro in duratione, quia iste potest extingui, ille nō. hoc dixit Esaias propheta. Esa. vlt. Ignis eorum non extinguetur. hoc dixit Moyses. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. i. quàm diu paradisus & infernus durabit, scilicet in æternum. O ardor interminabilis. Esa. 33. Quis stabit in ardoribus sempiternis, deuorabitque terram cum germine suo. i. terrenorum amatores totaliter vret. hoc etiam dixit Ioannes Baptista. Mat. 3. Paleas (i. peccatores) comburet igni inextinguibili. hoc intimauit Christus dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Insanus est qui tot testibus non credit. Et si quæratur quomodo ille ignis est æternus cum sit elementum corruptibile, cum etiam non sufficerent omnia mundi combustibilia ad ipsum conseruandum. Respondetur, quòd ignis iste non continuatur lignis aut alia materia, sed sola Dei voluntate. probat Aug. 21. lib. de ciuitate Dei per exemplum de montibus Siciliæ qui ab initio mundi flammis vsque hodie æstuant: & tamen integri perseuerant. Secundò per exemplum cuiusdam lapidis Arcadiæ dicti abeston qui semel succensus nunquam extinguitur. Dicitur enim q̃ antiquitus in Fano Veneris erant septem lucernæ sub dio de dicto lapide, qui nunquam aliqua intemperie extinguebant. Si ergo in naturalibus hoc esse potest, vt sine combustibilibus ignis perpetuetur, quantomagis hoc poterit voluntas Dei omnipotentis, pro sua iustitia exequenda? Præterea ignis iste non deficit quamdiu materiam paratam inuenit. Ergo ignis æternus in materia immortali, scilicet in anima semper viuet. Iudith. 16. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & viuant, & sentiant vsque in sempiternū. Locus enim inferni

Ignis inferni q̄uo sit æternus cum sit elementum corruptibile

inferni tali igne repletus est, sic quòd si totùm mare in eo influeret, non extingueretur, infælix anima, quæ tanto & tam diuturno igne cruciatur. Tertiò differt ille ignis a nostro in luce. Nam iste ignis mundialis in se lucem includit. Sed ignis inferni quamuis sit abundans in ardore, tamen secundum ordinem diuinæ iustitiæ caret luce. Sicut enim est aliqua natura ignea, vel saltem igni similis, scilicet cœlum empyreum ardore carens & luce abundans, non deseruiens cursui naturæ: sed solum prouidentiæ diuinæ ad gloriam bonorum: sic credibile est ex opposito, esse naturam igneam feruentissimam sed luce carentem. Videbunt nihilominus damnati seinuicem, non ad suorum consolationẽ, sed magis, vt torqueantur. vnde Greg. in mora. Illa vltrix flamma, vitiorum concremationem quidem habet: sed lumen non habet, illic ignis ad consolationem non lucet, sed tamen, vt magis torqueat, ad alıud lucet. Nam sequaces suos secum in tormento reprobi visuri sunt, quorum amore deliquerunt. Vnde Isidorus. Ignis gehennæ lucebit miseris, ad miseriæ augmentum, vt videãt, vnde doleant: non ad consolationem, vt videant vnde gaudeant. Vnde secundũ Bonauenturam lib. 4. dist. 50. q. 1. 2. art. Ignis est in triplici differentia. Est enim ignis purus, vt est in propria materia. Est & alius ignis incorporatus, quando est in materia aliena: puta ligno vel terra. Et est ignis non tantum incorporatus, sed etiam permixtus: ut est ille qui sulphureus est, & fumosus. Primus est lux & purè lucet, & abundanter: nisi forte propter nimiam raritatem, vt vult Aristoteles de igne in propria sphera. Secundus est ignis carbo & flamma, & hic lucet, & tenebras expellit. Tertius ignis fumosus est, & talis tenebrosus est: & ille est in lacu inferni, iuxta quod plangunt animæ miseræ. Posuerunt (inquiunt) me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis. Quartò differt iste ignis a nostro in consumptione, quia iste ignis potest omnia sibi ad nutrimentum data cõsumere, vt in pluribus, ille autem non consumet: licet comburat corpora, in eo manentia. Iob 20. Luet quæ fecit omnia, nec tamẽ consumetur. & Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eã, & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Primò sicut enim oues sine lanæ suę amissione iugiter perseuerãt. Sic peccatores in inferno positos, sine diminutione suæ substantiæ semper inueniet pęnam quos puniat. Secundò sicut depascunt etiam oues herbas, quas radicitus non euellũt, sed tantummodo abscindunt herbarũ summitates: sic substantiam damnatorum non depascet ignis, sic quòd anihilet, sed bene fastus & superbias. Tertiò, sicut nulla est contra lupos defensio ouium, sic nec dãnatorum est a lupis inferni liberatio. Huius figura habetur Gen. 15. vbi dicitur. Cum sol occubuisset, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis, transiens inter diuisiones carnium holocausti. Solis Occasus, qui est finis diei, finem seculi designat: caligo tenebrosa, tenebras inferni significat. benè autem ignis inter diuisiones carnium transisse, non cadauera consumpsisse dicitur: quia iam iudicio peracto, & cũctis immortalibus factis, transire per eos ignis poterit, pœnitus tamen consumere nõ valebit. Sed dices quomodo possunt hęc corpora sic in igne perdurare, cum tamen sit contra eorum naturam qua sic passibilia erũt? Omne enim quod patitur secundum Aristotelem, necesse est corrumpi. Respondetur ad hoc. Primò, ꝙ hęc quęstio faciliter soluetur per illud quod habetur Iob 10. Scilicet ꝙ ibi nullus est ordo: ideo si quęras quomodo ibi esse potest ignis sine materię consumptione. Quomodo possunt corpora damnatorũ semper comburi, & nunquam consumi? quomodo spiritus ab igne patiatur corporeo? quomodo in eodem puteo potest esse aqua frigidissima, & calor ignis maximus, absque hoc ꝙ ignem extinguat? Potest responderi, ꝙ ibi nullus est ordo, quia nec est ordo naturæ, nec gratiæ,

Marginalia: *Ignis inferni caret luce.* — *Ignis triplex.* Z — A — B *Ignis quo est in inferno sine materiæ consumptione.*

tię, nec glorię. Nam ordo naturę prędicta non ordinat, nec talia communiter patitur mirabilia. Est tamen ordo diuinę iustitię, qua prędicta post naturę ordinem subsistunt: vt quemadmodum contra naturam increatam irrationabiliter peccauerunt, ita preter naturę ordinem punientur. Secundo dicitur, ꝙ simile inuenitur aliquãdo in naturalibus rebus. Nam, vt inquit Aug. 21. de ciuit. Dei. Sicut corpora immutata, dolorem ingerunt animabus per corporea organa, quę tamen non ideo moriuntur, ita potest ignis infernalis corporibus inferre dolorem, non inferendo mortẽ. Hoc etiam patet de montibus Sicilię, qui cũ sui diminutione perpetuo cremantur: ideo si natura his operetur similia, facilè

C debet hęc homo credere Tertiò dicitur secundum Ricar. in 4. dist. 44. art. 7. ꝙ hęc crematio sine consumptione potest tripliciter fieri. Primò ex dispositione materię cui incorporatur ignis, propter hoc enim habet variam dispositionem, vt patet de igne fulguris, qui quando incorporatur in tali materia, ꝙ calefacit, & non comburit, & quandoque vtrunque facit, & quandoque non lędit materiam mollam, & dissoluit duram, quãdoque econuerso. Similiter lumen a Sole emissum desiccat, & receptum a Luna humectat. Sic ignis inferni propter dispositionem materię cui incorporatur, potest calefacere, & non consumere. Dicitur etiam communiter, ꝙ ignis in cineribus de Iunipero factis, per annum integrum potest reseruari: quare igitur ignis inferni non reseruabitur in corporibus damnatorum per infinitum tẽpus per omnipotentiam Dei? Secundò modo hoc potest fieri ex parte dispositionis quam habebunt illa corpora in resurrectione, quod nititur declarare Aug. 21. de ciuitate Dei. Primò de salamandra qui inter ignes viuit, nec lęditur, nec cõ

D sumitur. Si ergo mirabile est dolere in ignibus, & tamen viuere: mirabilius est in ignibus viuere, nec dolere, vt salamãdra: qui igitur secundum naturam videt difficilius esse factum, quare non credit ex corporis dispositione, vel aliquo alio modo fieri, primum quod est facilius a Deo, & conditore ipsius naturę? Pręterea carnes pauonis, plusquam per annũ seruantur mortuę absque putredine & corruptione, vt ipsemet expertus est. Si ergo natura dedit illam virtutem incorruptionis corpori pauonis, quare non illam dabit corporibus hominum? Similiter aurum rutilat in igne, nec ab igne consumitur, immo a philosophis aurum imputribile, & incorruptibile affirmatur. Tertio & principaliter ex parte diuinę iustitiæ, quæ influit rebus & sustentat eas sicut sibi placet. Vnde Aug. ad Tusentinũ. Sicut ab igne fornacis Chaldeorum abstulit Deus virtutem combu rendi quantum ad aliquid, sic ꝙ corpora seruata sunt illæsa. Sed mãsit quan tum ad aliquid, quia ignis combussit ligna & vincula: Sic dominus a corporibus damnatorum auferret corruptionẽ, & nihilominus ea dimittet vrere, & ab eo pati. Quarto dicitur, ꝙ non oportet omne quod patitur corrumpi, quia secundum Aug. 21. de ciuitate Dei. Ipse animus cuius pręsentia corpus viuit & regitur, dolorem pati potest, & mori nõ potest: & sic aliqua res est naturaliter, quę sensum doloris habet, & mori non potest. Hoc autem erit tunc in corporibus damnatorum, quod nũc esse scimus in animabus omnium. vnde Aug. loco superius allegato. Prima mors animam nolentẽ pellit de corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore. Ab vtraque morte communiter illud habetur, vt quod non vult anima, de suo corpore patiatur. Quinto differt ille ignis a nostro, quia iste ignis in animam nostram non potest agere saltem sine medio, ille autem agit in animam sine corpore, & cum corpore. Nunc enim cum anima exit a corpore in puncto mortis, regulariter recipit secuudum merita, vel demerita sua, vt patet per illud Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradiso: & per illud Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Nõ est autem res illa sine igne, in qua pũcto percussionis exit ignis: sic anima illa non est sine igne luxutiæ, vel cupiditatis,

Crematio infernalis quõ fiat.

Aĩa cũ exit a corpore, secundũ merita, vel demerita, in instãti recipit retributionem.

tis, quæ in percussione mortis in puncto illo reddit ignem inferni. Sed & hoc ratione patet. Nam militi & mercenario, statim debetur post laborem, quod meruit, uel demeruit. Et cum militia sit uita hominis super terram. Iob 7. Et sicut mercenarij dies eius, ergo Deus tenet quod alijs præcipit, iuxta illud, Psal. 7. Quod ab eo imprecatur. Exurge domine in præcepto quod mandasti. Sed præcepit illud Leuiti. 19. Non morabitur opus mercenarij apud te, quod etiam dixit Iehel. vlt. Cito uelociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum: ergo non differt post mortem dominus præmiare, vel punire animas a corporibus separatas, sed & post iudicium punietur in corpore & anima, & in omnibus membris. Magis enim dolebunt in omnibus membris, quàm si singula anihilarentur: vel scinderentur a locis suis: quia omnia intus & extra comburentur. Quantus erit dolor, quando ignis illæsè diffundet per omnes partes sicut in ferro incorporat, & in metallis in fornace positis, cum tamen homo non sustinere pro toto mundo combustionem vnius membri sui, in isto igne materiali. Ezec. 22. Omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum, in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Inde dicebat quidam sanctorum patrum, quod nihil esset quod ita timerent damnati, quàm ne exirent de inferno: & econuerso nihil beati tam desiderabant quàm egressum de paradiso, quia hoc non esset nisi in die iudicij quando recipient mali pœnam in corpore & anima, & boni duplicem remunerationem. Inde Psal. 108. de malis. Induantur sicut diploide confusione sua: sicut enim cum utroque, scilicet corpore & anima peccauerunt, ita & iustum est vt cum vtroque puniatur. unde Apoc. 21. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorũ erit in stagno ardenti. Timidis, idest qui timore pœnarum fidem accipere fugiũt, uel acceptam derelinquunt, de quibus Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et incredulis qui scilicet futura bona minime credunt. Esa. 65. Expandi manus meas ad populum incredulum, & execratis, idest excommunicatis uel falsis Christianis, qui sint execrandi, & Deo abominabiles. Psal. 5. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Et homicidis qui, vel voluntatis prauitate, vel sermonis persuasione, vel operis perpetratione aliquem occidunt. 1. Io. 3. Omnis homicida non habet vitam æternã. Et fornicatoribus. 1. Cor. 6. Neque fornicarij, regnum Dei possidebunt. Et veneficis qui malitiæ venenum verbo, vel exemplo, effundunt crudeliter. Psal. 13. Venenum aspidum sub labijs eorũ. Et idololatris, quales sunt qui per superstitiones se dæmonibus subdunt. Et omnibus mendacibus. quales sunt qui relicto recto tramite veritatis, proximos fraudulenter fallunt, pars illorum, scilicet pars punitionis erit in stagno ardente, quia ab igne multæ sunt aliæ damnatorum pœnæ. Cogitemus igitur quantus timor erit his quibus dicetur per sententiam diffinitiuam, & irreuocabilem a summo iudice. Ite maledicti in ignem æternum. Quem tremorem haberemus, si per iudicem temporalem condemnaremur ad carcerẽ temporalem, toto tempore vitæ nostræ: & maiorem tremorem haberemus, si condemnaremur ad mortem. Quantus igitur ille timor & tremor, cum condemnabuntur impij ad carcerem æternum, & mortem perpetuam in acerbitate ignis ardentissimi. Sed dices cum ille ignis sit corporeus; & anima spiritualis, quomodo potest agere in animã cum anima calefieri non possit? Ad hoc respondetur, quòd ignis inferni quatuor modis infert animæ pœnam. Primo ipsam detinendo & alligando, licèt enim ignis virtute propria, & naturali hoc non possit, cum sit minoris virtutis quàm spiritus, inquantum est tamen instrumentum diuinæ virtutis, agit in animam, sicut aqua baptismalis naturaliter tantummodo abluit corpus, animam vero, vt est instrumentum diuinæ misericordiæ.

E Ignis inferni corporeus cum sit, quo agit i anima quæ est spũalis.

fericordiæ. Sic ignis naturaliter comburit corpora. Sed inquantum est instrumentum diuinę iustitię, punientis agit in animas. Non enim plus videtur repugnare, quòd spiritus patiatur à corpore, quàm res corporea patiatur à spiritu incorporeo. Sed nullus negat secundum, cum omnes concedant intelligentias mouere orbes; igitur. Non est tamen intelligendum, ꝙ ille ignis detineat animam calefaciendo, vel igniendo, vel desiccando: sed aliquam aliam qualitatem intentionalem læsiuam imprimendo. Sicut enim anima læditur a calore, cum est in corpore, nec tamen calefit: sic Deus potest vicem corporis supplere, & per ignem torquere illo modo. Secundò infert ei pœnam impediendo eam ab executione propriæ voluntatis, ne scilicet vadat quo velit, & ne possit operari vbi vult; & quando vult. Vnde Aug. 21. De ciuitate Dei. Sicut anima in sui creatione corpori coniungitur, vt dans ei vitam, quamuis illa anima sit spiritualis, & hoc corporale: ex qua coniunctione anima vehementer concipit amorem ad corpus. Sic anima ligatur igni, & detinetur ab eo; vt accipiens pœnam ab igne. Ex ista coniunctione concipit horrorem, & dolorem. Ex quo patet, quòd malè philosophatus est Auicenna dicens, illum ignem esse imaginarium, & torqueri animas non per corpora, sed per similitudines corporum: sicut dormientes qui somniant, & imaginantur, ꝙ torqueantur diuersis pœnis. Tertiò infert ei pœnam subiugando. Cum enim considerat anima infimis rebus subdi, quæ nata est Deo frui, habet maximam pœnam: cum hoc sit maximè suæ voluntati contrarium. Coniunctio enim similis ad simile est creaturæ intellectuali, maximè delectabile; dissimilis autem ad dissimile, maxime tristabile. igitur tam dissimili, & tam vili igni subdi maximè sibi contrarium est vtpote igni ita obscuro, vt caligo videatur propter quod dicit Iob. terram illam infernalem opertam esse mortis caligine. Qui etiam est ita fæculentus & turbidus sicut flamma mixta fumo, vt non videant, nisi quod est ad augmentum pęnæ ipsorum. Ita vt sicut summa est lætitia spiritibus beatis coniungi Deo quem vident. Ita summa est tristitia spiritus damnatis, coniungi illi igni quem experiuntur. Quartò infert ei pęnam immutando, & cruciando. vt patet de diuite (Luc. 16.) Dicente, quia crucior in hac flamma. Et si forte ex diuina dispensatione, aliquando ad exercitationē, uel instructionē electorum, damnati sint extra infernum, tamen ubique igne inferni cruciantur. Sicut enim gloria beatorum in nullo diminuitur, nec quãtum ad pręmium essentiale, nec accidentale, si aliquando sint extra cęlum empyreum, sic in nullo pęna damnatorum diminuitur, licet aliquãdo extra infernum ad tempus ponantur; vnde glossa super illud Iacob. 3. Inflammata a gehenna, diabolus vbicunque sit, siue sub aere, siue sub terra, secum fert tormenta flammarum. Ait enim Beda, quòd sicut homo febricitans, quocunque vadat, secum fert calorem excessiuum vnde cruciatur; Sic & dęmones & spiritus damnati. Vnde Guil. Gemeticen. Fuerunt duo clerici iuuenes nondum presbyteri, multum inter se amici, circa annum domini millesimum nonagesimum tertium, qui pactum inter se inierunt, vt quis eorum prior moreretur, alteri vigilanti, vel dormienti appareret infra tres dies, datà, & accepta corporali fide. Altero itaque decedente, dum alter vigilat, nescio quid operis agens, apparet mortuus vultu exangui & pallido, qui viuum alloquens. Agnoscisne me? Agnosco inquit. Cur tandiu moratus es? At ille moram excusans ait. Aduentus meus si volueris tibi fiet commodus, mihi omnino infructuosus. Nam sempiternis deputatus sum supplicijs. Ait alter, Ego te iuuabo precibus, ieiunijs, & eleemosynis. At ille sine pœnitentia sunt iudicia de inferno, & vt cognoscas vnam de damnationis meæ pœnis guttam. Et protendit manum sanioso vlcere stillantem.

Damnati vbicũque sint, ferũt secum inferni ignem.

lantem. Videtur ne tibi leuis cruciatus? Cum autem ille leuem sibi videri referret, tunc in volam manus tres guttas defluentis tabi super eum iaculatus est: quarum duæ tempora, alia frontem contingentes, cutem sicut ignito iaculo penetrauerunt: foramen inimicis capax efficientes magnam pœnam & dolorem clamore protestante. Hoc erit (inquit mortuus) tibi quàmdiu vixeris pœnarum mearum graue documentum: & nisi neglexeris, salutis tuæ singulare monumentum. Vade ergo dum licèt muta habitum simul, & animum, & esto monachus Redonis apud sanctum Melanum. Cumque ad hæc respondere nollet, mortuus eum oculi vigore perstringens ait. Si dubitas (inquit) conuerti miser, lege literas istas. Et hæc dicens, manum protendit tetricis notis in scriptam, in quibus sathanas, & omne inferorum satellitium, ecclesiastico cetui de tartaro mittebant: ꝙ cum ipsi suis voluptatibus interessent, tantum numerum subditarum animarum paterentur ad inferna descendere prædicationis incuria, quantum nunquam retroacta viderunt secula. His dictis disparuit: & alius omnia sua temporalia vendens, apud Melanum monachus factus, ibi optimè commendatus est. Et si quis quæreret: quando creatus est ignis inferni? Respondetur primò, quòd a principio mundi cum alijs creaturis. vnde glossa super illud. Deuorabit eum ignis qui non succenditur. dicit glossa. Ignis gehennæ qui humano studio nec accenditur, vel succenditur: sed datus è a Deo ab origine mũdi, & sicut animalia rapacia, & venenosa ante peccatum erant homini mansueta, nec nociua, immo vtilia & subiecta. Nec erant parata ad nocendum vel puniendum, nisi post peccatum. licèt enim habuerint tunc potestatem nocendi, & deuorandi: nunquam tamen posuissent in actum, nisi homo per peccatum se fecisset materiam deuorabilem. Sic ignis inferni, qui a principio creatus est, potestatem habuit puniendi: sed ꝙ actu

F *Ignis inferni quando creatus sit.*

puniret non habebat, nisi dispositionem inueniret in homine per peccatũ. Dicitur secundò, ꝙ finis ad quem creatus est fuit, ut Deus timeretur per eum: licèt enim homo nondum peccasset, habebat tamen potestatem peccandi, & offendendi Deũ, & sic habuit vnde Deũ timeret: & hoc timore initiali qui duos habet oculos vnum ad gloriam, alium ad pœnam: & sic ille ignis ante peccatũ ordinatus fuit ad hoc, vt ipse Deus timeretur in re quæ posset punire, & nocere, & sic se retraheret ab offensa Dei. Esa. 30. Præparata est ab heri Topheth, a rege profunda & dilatata: nutrimenta eius, ignis, & ligna multa: flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Topheth interpretatur, aula plena stultorum, quæ est gehenna plena stultis peccatoribus, præparata ab heri. hoc est a principio mundi, a rege domino Deo, cuius ligna nutriẽtia ignem inferni sunt peccata, & flatus domini, influxus diuinæ virtutis affligens animam & corpus.

Ignis inferni cur creatus sit.

Infernale frigus, corporalis pœna, ab huius mundi frigore quadrupliciter differt.

Cap. VII.



Ecunda pœna corporis est frigoris acutissimi. Matthei 19. Ibi erit fletus, & stridor dentium; glossa Stridor dentium, de frigore solet excitari: quia ibi transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Iob 14. Non (vt inquit Albertus Magnus libro de sacramentis) ꝙ sit transitus de loco ad locum, sed quantũ ad sensum: sicut febricitans prius torquetur frigore, postea calore in eodem loco, & in eodem tempore. sic damnati secundum corpus quandoque patientur ardentissimi ignis dolorem, & transibũt ad acutissimum frigus, & econuerso, sed quanto spatio stabunt in hac vel illa pœna, & quam primò patientur, quando in corpore & anima concludentur in infernum, solus Deus nouit. Potest hoc etiam secundo modo fieri, vt deportentur de loco ad locum. Vnde & in inferno non solum dicuntur esse ignes, sed etiam flumina frigidissima.

Pœnarũ variatio quõ fiat in dãnatis.

Vnde

Vnde & poetę multa de hoc dixerunt. Sunt enim fluuij infernales phlegethon, styx, lethes, cocytus. Potest & tertio modo fieri, vt per idem tempus, simul calidissimo igne torqueantur, & similiter frigore acutissimo, ut in eis sint duo contraria simul & semel, non in se inuicem agentia, sed in tertium, ex ordine diuinę iustitiæ. Vnde & diues epulo, torquebatur flamma ignis, dum diceebat: Crucior in hac flamma: & torquebatur in aqua simul, quia dicebat, Mitte Lazarum huc, vt intingat digitum suum in aqua. per diuinam enim potentiam, possunt contraria simul stare inesse excessiuo. Si enim in maxima Dei misericordia quam fecit, scilicet in passione fecit, vt contraria inesse intensissimo essent in eadem anima sua, scilicet summum gaudium, & summam tristitiam: quare non poterit facere, vt in ostensione suæ summę iustitiæ sint etiam contraria in eodem? Vnde istud frigus, differt a frigore huius mundi, quatuor modis. Primò, in acerbitate. Psal. 147. A frigore eius quis sustinebit? Vnde Gregor. Ibi erit frigus intolerabile, ita vt sicut calor ignis excedit calorem huius mundi incomparabiliter, sic frigus inferni, frigus istud quod hic sentimus. Quantus sit ille dolor, aliquantulum sentiunt pannorum lotrices, quæ in tempore hyemis de riparia congelata veniunt ad ignem: sentiunt quidem in digitis extremum frigus, maximè cum igni appropinquant. Considera illum dolorem nihil esse, ad dolorem ignis inferni, quantum dolor ille maior erit, quando non solum in extremitate digitorum, aut manibus, aut pedibus, sed in toto corpore: & maxime cum erit transitus immediatus, de tanto ardore, ad tantum frigus: plus enim sine comparatione grauabit hæc mutatio, quàm si semper eadem sustinerent, quia tunc sustinendi consuetudo, videretur quodammodo pœnam & miseriam alleuiare: vnde hæc mutatio innuitur in Ps. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.

Flumina inferni.

H

Sicut enim oues ducuntur de pascuis ad pascua, sic isti de pœnis, ad pęnas, de morte, ad mortem; de igne, ad niuem; & semper viuent sine morte, & pœnis mortis pascentur, sicut oues herbis, & nunquam illam consument, quia semper inuenient pœnam, qua de nouo pascentur. Item sicut oues herbas quibus pascuntur, nunquam ita consumūt, quin aliquam illarum partem, saltem radices, in terra dimittant, & ita interim alibi pascentur: & cum ad illum locum redierint, pascua recentia ibi inuenient. Sic isti quibusdam pœnis semel pasti, & quibusdam dæmonibus nunc afflicti, ab illis ad alias pœnas, & alios dęmones accedunt, dicentes illud Iob 16. Saturati sunt pœnis meis, propter huiusmodi frigiditatem dicuntur aquæ ille niuium, quia dicuntur cęteris frigidiores. Secundò differunt in lympiditate, & turbiditate. Nam aquæ frigidæ secundum naturam suam sunt lympidę & clarę: Aquę vero infernales, tenebrosę, obscurę, & plenę fumo, sicut dictum est de igne, sic modo erit de aqua in inferno. Vnde Gregorius quarto dialogorum. cap. 37. narrat de ilustri viro Stephano, qui sibi narrare consueuerat, quòd in Constantinopolitana vrbe, pro aliqua certa causa demoratus, molestia corporis defunctus est. Cumque medicus ad aperiendum corpus quęreretur, nec inueniretur, subsequenti nocte, corpus iacuit inhumatum, qui ductus ad inferni loca, vidit multa quę prius audita non credidit. Sed cum iudici fuisset præsentatus, ab eo receptus non est, ut diceret non hunc adduci, sed Stephanum ferrariū iussi, qui statim in corpore reductus, alius Stephanus qui iuxta se habitabat eadem hora defunctus est: & sic probatum est uera fuisse verba quæ audierat. Dicit beatus Gregorius, ꝙ ille mortuus est in pestilentia quadam maxima vrbis Romæ, in qua videbantur e cęlo sagittę descēdere, & pcutere homines. Quidam autē miles in eadem vrbe percussus ad extrema peruenit: qui edu-

Dānati quo pacto ī inferno puniātur.

ctus de corpore, deinde rediens, narrauit, quòd pons erat sub quo niger, atque caliginosus, fœtens, intolerabilis, nebulam exhalans fluuius decurrebat: transacto ponte amena erant prata, in quibus albatorum hominum conuenticula esse videbantur: per hunc pontem quisquis iniustus transibat, in fœtentem & tenebrosum fluuium labebatur: ibi vidit immersum Petrum ecclesiasticæ familię maiorem, deorsum positum, in locis teterrimis, magno ferri pondere ligatum, & depressum: quod cum requireretur cur ibi esset, dictum est: quia plus ex crudelitate iustitiam exequebatur, quàm obedientiæ desiderio: quod ita asserit beatus Gregorius fuisse. Non enim erant nisi anni quatuor, quibus decesserat. In eodem ponte vidit prę fatum Stephanum, qui dum transire voluisset, eius pes lapsus est: & ex medio corpore iam extra pontem deiectus; a quibusdam teterrimis viris, ex flumine surgentibus per coxam deorsum, atque a quibusdam albatis ac speciosissimis viris cępit per brachia sursum trahi. Cunque hoc luctamen esset inter bonos malosque spiritus, ad corpus reuersus est, & quid de eo gestum sit minimè cognouit. In quo dabatur intelligi, ꝙ mala carnis cum eleemosynarum operatione decertabant. Et sic patet de fluuijs & aquis inferni. Tertia differentia est, in duratione in se, & in sua frigiditate, quia aqua nostra potest calefieri, & per calorem consumi. Sed aquę inferni nunquam calefient, nec diminuetur. Vnde in inferno calor ignis non destruet, nec mitigabit frigus aquę, nec ęconuerso. Hoc enim sancierunt infideles. Nam Solinus lib. I. de mirabilibus ait. Mirum est, ꝙ in illa feruentis naturæ peruicacia, mons Etna, mixtas ignibus niues præfert. Et licèt vastis exundet incendijs, apicis canicie perpetua, brumalem teret faciem: ita in vtroque inuicta violentia est, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. hæc Solinus. vnde August. lib. 21. de ciui. Dei, dicit, quòd fons est in Aethiopia tam frigidus, vt de die non bibatur: tam calidus de nocte, vt non tangatur, cur igitur si in eodem naturaliter ista inueniantur, quare præter naturæ ordinem, propter diuinam iustitiam adimplendam hæc similiter in inferno non inuenientur? Præterea, in loco allegato, idem dicit, ꝙ vna calx cum ante sit frigida, si infundatur aqua frigida, feruescit, & si feruescit, & infundatur calida, frigescit, quare igitur non poterit Deus facere per suam omnipotentiam, vnum istorum contrariorum alterum fortificare? Præterea secundum eundem ibidem, palea naturæ calidę est ita, vt per eam maturescant fructus in ea repositi, & tamen in ea vltra modum conseruantur niues, quare igitur ibi simul esse non possint summum frigus, & summus calor simul conseruati, quando hæc natura operatur? Item secundum Solinum in eodem libro. est aliquis fons de die bulliens, de nocte glaciem emittens: & similiter apud Segestanos dixit esse fluuium quendã nomine Hellesum habentem ripas congelatas, medium autem summa exestuatione feruescens. Quis igitur Deo non credet, & doctoribus sacram scripturam legentibus, de pœnis istis contrarijs, quando vident similia in natura contingere, & testimonio etiam infidelium comprobata? Quarta differentia est, quia aqua nostra suffocat & interficit homines: sicut videmus ꝙ multi submerguntur in aquis. Sed aqua inferni non interficiet, nec submerget damnatos: immo sicut viuunt pisces in aquis, sic perpetuò viuent damnati in aquis inferni cum illis acutissimis doloribus. O frigus horrendissimum. O aqua obscurissima, & fœtidissima: quantus stridor dentium erit ex te in damnatis, immo in toto corpore horrendus tremor? vbi erunt stufæ Alemaniæ: vbi camini ad calefaciendum, tam benè, & artificiosè facti? vbi loca amena huius mundi? iam non habebunt illa in perpetuum, quia ab illo frigido carcere nullus vnquam exibit. Cõsidera ergo quantum dolorem, quantum frigus suffer-res,

Fons in Aethiopia admirabilis.

res, si sine morte stare posses in glacie huius mundi per noctem vnam nudus: si per septimanam adhuc plus, & si per annum adhuc multoplus? Si igitur in perpetuum in frigore acutissimo inferni stent damnati: ita erit pœna cogitet qui potest. O si pœnas istas attenderemus, non est pœna in hoc mundo quã non libentius sustineremus: ut non ad locum illum infernalem descenderemus. Consideremus igitur has pęnas, vt eas euadere possimus: quia scriptum est. 1. Reg. 2. Dominus deducit ad inferos, & reducit: deducit per considerationem illarum pęnarum, & reducit per viam pęnitentiæ ad gaudia paradisi. Cum enim peccando vsque ad portam inferni venit, consideratione huiusmodi pęnarum quæ cuilibet mortali peccato debentur, pęnitens redit ad statum gratiæ: & sic ab inferno reducitur. Inde Iob 10. Dimitte me domine, vt plãgam paululum dolorem meum, &c. Considerans enim Iob huiusmodi pœnas ait: dimitte me domine, idest locum pęnitentiæ & tempus concede. Da mihi tempus vt possim me acquitare tecũ per pęnitentię planctum, antequam ad iudicium veniam, quando non erit tempus pœnitentiæ: per quam possim ista tormenta euadere: sed quo pacto, aut precio acquitat se homo cum Deo? certè non ridendo, non corpori complacendo, sed plorando. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos, &c. Et sequitur, domine si sic viuitur, si pro quia, quia ita viuitur: hoc. n. dixit Ezechias, cui infirmanti additi sunt quindecim anni ad vitam. Tunc enim non quęrebat spatium vitę ad ridendum, & suauiter viuendum: sicut multi cum infirmantur spatium vitę desiderant: Non vt pœniteant, non vt fugiant pœnas huiusmodi horrendas, sed vt deliciosè adhuc viuant: & peccata peccatis accumulent: & sic pœnas illas in maiori gradu, post iudicium possideant: & vt in tẽporalibus bonis, filijs & filiabus ꝓuideant, & non sibi: & sic tempus petunt ad peccandum, non ad pœnitendum. Iob 38. Dedit ei dominus tempus pœnitentię: at ille abutitur eo in superbiam. Abutitur enim qui in alios vsus expendit propter quos non est collatum. Sed posset quis dicere. Oportet me multum esse in labore, & dolore, ad me acquitandum cum Deo? Respondet Iob, quòd non, sed sufficit vt plangam paululum: quia quicquid in hac uita sustineres, non solum parum, sed etiam paululum est, respectu eius quod minimum est in inferno. Sed dices quando hoc oportet facere? Respondet antequam vadam, & non reuertar, ad terram &c. quasi diceret. Si non pœnituero, oportet, quòd ego vadam ad locum tormentorum: & quòd illam pœnam infernalem ignis & frigoris, perpetuò sustineam. Iob 5. Qui timet pruinam, irruet super eum nix: pruina modica est, & cito transit: & de terra nascitur: & significat pœnitentiam quam homo voluntariæ sustinet in hac vita. Nix autem frigidior est & durabilior: & desuper descendit, quæ significat pœnam frigoris æternam, quæ a Deo inflicta est. quasi diceret: qui pœnitentiam temporalem deuitat, æternam incurret. Non enim diceretur iustus iudex, qui latrones & homicidas dimitteret impunitos: qualiter ergo credis, ꝙ iudex iustissimus (cuiusmodi est Deus) te non puniat in futuro, ex quo te non vis punire in hoc mundo, nec de peccatis dolere? Iob 29. Fugite a facie gladij, idest sententiæ futuræ, quoniam iniquitatum vltor est gladius. & Iob 10. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æneum. Arma ferrea, vocat pœnam temporalem, secũdum glossam, quia citius rubigine cõsumuntur. Arcũ æneum quia durabilior est, uocat æternum supplicium, quasi diceret qui fugit pœnam temporalem, quæ breuis est, incurret æternam, quæ durabilior est. O quanti homines ad illas pœnas vadent, propter suas possessiones, diuitias, luxurias, & alia peccata. Recitat enim Albertus Magnus libro de sacramentis: nuper inquit, quidam maximus clericus, & in scientia famosissimus, in lecto mortis visitatus ab Episcopus Parisiensi,

Hortatio ad peccatores.

K

Præbenda multiplex nõ est tenẽda a clerico.

tificensi,& monitus vt in fine renuntiaret pluribus beneficijs,& vnam præbendam tãtum retineret, erubescẽs, vel indignãs facere contra opinionem quam tenuerat. Tentabo,inquit, si potest aliquis saluari in pluribus præbendis. Post mortẽ suam apparuit Episcopo oranti hora tertia in habitu quo solebat vti:& interrogatus quomodo se haberet. Ego,inquit, sum in æternum damnatus. Et quæ est, inquit, Episcopus causa damnationis? Nimia,inquit,elatio mea damnauit me. Et quid dicis,inquit Episcopus, de opinione plurium præbendarum? Nihil,inquit,me adiuuerunt. Et addidit. Dic mihi si adhuc aliquis est viuens in seculo. Et ait Episcopus. Quomodo tu tantus clericus, ista quæris,vt tam cito mundũ finitum esse credas,cum defuncti bona, saltem naturalia non amittant? Certè, ait. Ex quo mortuus fui tam infinita animarum multitudo corruit in infernum, quod non credebam tot esse viuẽtes,per totum mundum. Huius itaque considerata pęna,clamemus ad dominũ cum proposito nos emendandi,dicentes:Saluum me fac Deus quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Psal.68. Consideramus enim in anima nostra pœnam illius aquæ frigidissimæ,quam præparasti damnatis: nunc te faciente, te auxiliante,ad te volumus conuerti, vt saluos facias nos.

Damnatorum vlulatus, pluribus exemplis dolorosus multum, propter quatuor indeficiens,potentiores acerbius afficiet. Cap. VIII.

Tertia inferni pœna est magnus clamor doloris,absque cessatione. Credimus enim, quod sicut in gloria erit cantus lætitiæ sine cessatione, tam in Angelis beatis,quàm in electis. Sic in inferno, erit clamor tristitiæ tam in dæmonibus, quàm in reprobis hominibus. De Angelis beatis, dicitur in præfatione de Trinitate. Quam laudant Angeli,atque Archangeli, qui nõ cessant clamare quotidie,vna voce dicentes. Sed de planctu inferni dicitur. Apoc. 1. Plangent se super eum omnes tribus terræ:etiam amẽ. Vnde Ber.in meditationibus inquit. In inferno nil aliud audietur, nisi fletus, & planctus,& vlulatus,mœrores,atque stridores dentium. Vlulabunt enim miseri, sicut vrsus excoriatus. Esa.65. Ecce serui mei laudabunt. s. præ exultatione, & vos clamabitis præ dolore cordis,& prę contritione spiritus vlulabitis, dicẽtes: dolores inferni circundederunt me. Psal. 17. O planctus,& vlulatus,qui nunquã habebit finem. Si videremus aliquam personam desolatam,& plãctum clamorosum facientem, certè promoueremur ad compassionem & fletum, sicut patet in amissione charorum,vbi vix per dies multos recipere possunt consolationem: & tamen statim post cessat luctus ille. Quantus erit clamor ploratus,& vlulatus multus: quia damnati velut dæmones vlulabũt perpetuò,quasi canes propter quatuor. Primò propter Dei visionis priuationem,quia per superbiam suã tantam gloriam perdiderunt: appetierunt enim nulli subesse, sed omnibus pesse, sine meritis præcedentibus. Quia multi tales in ecclesia,& officijs iustitię, qui non meruerunt ibi esse,qui tamen vi & violentia illic sine meritis introducuntur: Sed tantum dominus odiuit peccatum, vt (propter ipsum) quos charissimos habuerat abiecit. Si enim pro vno motu cordis ad superbiam, nobilissima creaturarum æternaliter, & sine spe dãnata est;& ipse Adam,& tota posteritas eius, vsque ad finem pro vno esu pomi, est mortalitati & multiplici pœnalitati subiecta: quid faciet Deus de vilissimo cinere,& abiectissimo in altum se extollenti,cum iacere debeat in cinere & cilicio,immo in ipso sterquilinio? Sic igitur clamabunt dæmones se scientes in cœlo creatos,& tam magna gaudia perdidisse:& hęc erit pęna maxima in ipsis, & in damnatis hominibus. Sicut enim in cœlo dulce est audire cantum Angelorum:sic triste erit,audire vlulatum, & clamorem dæmonum,& perditorum hominum. Sed quæres quid clamabunt? Certè maledicent Deo,qui eos creauit.

Damnati propter quatuor vlulabunt.

Dãnati quid dicent in inferno clamantes præ dolore.

Male-

Maledicet Lucifer primus ille Angelus, alijs inferioribus, quibus ille voluit pręsidere. Maledicent inferiores Lucifero, cui in tam graui culpa cōsenserunt, peccata sua improperando. Similiter & perditis hominibus improperabunt ea, dicens. O miseri qui nostris suggestionibus, & tentationibus consensistis. Ecce pmiū quod inde acquisiuistis. Hic stabitis nobiscū, velitis, nolitis. Accipite qđ in æternum meruistis. Clamabunt insuper omnes damnati blasphemādo Deū, & maledicendo horam, & diem, in qua nati sunt: patrem, & matrem, qui eos genuerunt. Et sicut triste est, in præsenti audire clamorem hominis tribulati, sic multo tristius erit audire clamorem tot damnatorum dicentium. væ, væ, væ, ꝙ vnquam nati sumus. væ, ꝙ secundum carnem viximus; væ, ꝙ vnquam in peccatis gauisi sumus: & filius contra patrem, & pater contra filium vlulabit, & sic de alijs, cum quibus, vel propter quos peccauerunt: & multos alios terribiles clamores facient, contra se mutuò ad magnam aurium suarum pœnam. Nec mirum si ita vlulent. quia Iob 20. de quolibet illorum dicitur. Omnis dolor irruet in eum. Si ergo dolor vnus, irruens in mulierem, sic eam affligit, vt ita altè proclamet: quid erit de illo, super quem irruet omnis dolor? Apoc. 16. Manducabunt linguas suas præ dolore, & blasphemabunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis. Refert enim Petrus Damianus, ꝙ quidam presbyter matrem suam Beneuenti ægrotantem reliquit, qui dum pergeret aliqua causa circa loca illa exundantibus flammis, intendens, audiuit clamorem, quem matris suæ esse cognouit. Notauit horam, & tunc comperit matrem suam obijsse. Item recitat ꝙ in monasterio sancti Syluestri in territorio Vrbinati, quidā monachus obijt, & ab incipiente gallicinij nocturnalis articulo, vsque ad secūdam diei horam, cadauer exanimè fratribus circunquaque psallentibus iacuit. Cunque ad missam pro eo Agnus Dei diceretur. Ecce subitò mortuus surrexit. Cūque fratres attoniti propius accessissēt, vt ab ore illius verba audirent: Ille maledicta & contumelias in Deum cępit euomere, & crucem ei oblatam vt oscularetur, conspuere: & intemeratam Dei genitricem, ignominiosis opprobrijs lacerare. Et dicebat, quare pro me psallitis vel sacrificia offertis. Ego in ipsa flamma tartari sum. Ibique magister meus, & dominus Lucifer, coronam suā æream inextinguibilem semper ardorē candētem mihi in capite posuit: eiusdēque metalli chlamydem qua induebatur me vestiuit. Erat autem clamys tam longa, vt tallotenus flueret, tam feruenter ignita, vt guttas emittere videretur. Cūque fratres cum vt pęnitentiam agerer, admonerent: ille anathematizauit se, & omnia Redemptoris nostri ore sacrilego condemnabat mysteria. Tunc monachi toto corde pro illo orantes, pectora tundentes omnibus quibus valebant precum generibus insudabant. Et ecce desperatus ille ad se redit, saluatoris omnipotentiam laudat, sathanę ludificationibus abrenuntiat, crucem adorat, pęnitentiam flagitat. Confessus est autem, ꝙ post abrenuntiationem seculi, in fornicationem inciderat: quod quatenus celauerat, & laudans, & benedicens Deum, vsque in diem alteram vixit: in illa sancta confessione migrauit. Secundò clamabunt propter temporis perditionem. Reddituri enim sumus rationem de tempore, quo viximus in hoc mundo. Ber. Nihil preciosius tempore, & eo nihil hodie vilius inuenitur. Transeunt dies salutis, & nemo recogitat. Vnde de quodam deuoto dicitur, ꝙ dum audiret horologium sonare, semper cogitabat, & dicebat ad Deum. O Deus meus iam iterum horam temporis mei cōsumpsi, de qua redditurus sum rationem, quomodo eam expendi: vnde, & damnati singulariter de hoc conqueruntur, ꝙ tempus gratiæ tam inutiliter expenderunt. Vnde quidam deuotus, existens in deuotionibus suis, audiuit quādam vocem lugubrem, & quæsiuit quid esset, & respondit. Ego sum vna anima damnata. At ille. Curtā amarè fles? At ille respondit. Ego & omnes

Temporis iactura grauis valde.

omnes animæ damnatæ de nulla re tantum dolemus, sicut de tempore gratiæ quod inutiliter expendimus, & peccando consumpsimus, vbi vna hora potuissemus de peccatis nostris pœnituisse, & æternam pœnam, quam nunc patimur, euasisse. O quantus luctus, omnium, sed inutilis. Si enim damnati singulis diebus flerent, & in fletu solum vno die lachrymam emitterent, & conseruaretur per Dei potentiam: plus de aqua per processum temporis exiret de oculis vnius damnati, quàm sit aqua maris, & totius mundi: quia illa aqua esset infinita, cum ibi per infinitos dies habeant esse: aqua autem totius mundi finita est. Inde Threni, dicuntur carmina lamentationum, a Threnaro môte, vbi animarum lamenta sæpe audiuntur. O quantum tormentum in auribus damnatorum. Hoc enim erit pro cantilenis, & vocibus cantantium in choreis, & ludis dissolutis, in quibus committuntur multa, & magna peccata. Tertiò, sine cessatione clamabunt, pp maximũ dolorẽ pœnarum quas patientur. Infirmi enim dolorem vehementem sustinentes, non possunt cessare a gemitu & clamore. Quis enim abstinere posset a gemitu & clamore, habens digitum in igne huius mundi, vel manum, vel pedem, quod quasi nihil est, in comparatione ad ignẽ inferni, quando totus homo in eo permanebit? hæc enim erit grauissima pęna pro peccatis, quæ nihil proficiet. de qua Sap. 5. Dicent intra se, pęnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: ij sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam. hæc dicẽt damnati de illis, quos reputauerunt fatuos. Et sequitur. Errauimus a via veritatis, scilicet euangelicæ secundum glo. & iustitiæ lumen non luxit in nobis: & sol intelligentiæ non ortus est nobis: lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus per vias difficiles, uiam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia ista tanquàm vmbra. vnde Sopho. 1. Vox clamoris a porta piscium. (Cũ clamabitur, scilicet surgite mortui) & ululatus a secunda præ dolore pęnarum. Dicent enim illud Hier. 45. Væ mihi misero, quia addidit dominus dolorẽ dolori, laboraui in gemitu meo, requiem non inueni. Addidit enim dominus dolorem dolori, propter pœnarum acerbitatem, & multitudinẽ. quia Psal. 31. Multa flagella peccatoris. Inter cœteros autẽ tyranni, Reges, & Principes, & diuites, altius ululabunt. Tum primò, quia Sap. 6. Fortioribus fortior instat cruciatio, & potentes potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam dominus, nec uerebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & ęqualiter cura est illi de omnibus. Tum secundò, quia eorum peccata grauiora sunt. Tum tertio, quia post hanc uitam quam duxerunt in bonis, & in gaudio, durum est magis assueta relinquere: & ad dolorem extremum pergere. Infelicissimum enim infortunij genus est fuisse fœlicem. vnde & pauperes qui assueti sunt ad mala, non ita crudeliter torquebuntur. Esa. 24. Cessauit gaudium tympanorum, & cum sonitu lætantium conticuit dulcedo citharæ, cum gaudio non bibent vinũ. Quid ergo bibent? Sequitur, amara erit potio bibentibus illam. Certe fel draconum vinum eorum, & fel aspidum insanabile: & iterum, Psal. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. O si ista sunt in parte calicis, quid est in toto calice? Et verè de isto calice bibent ex eo omnes peccatores terræ. Psal. 74. Vlulate ergo omnes qui bibitis uinum in iocunditate, quoniam perijt ab ore uestro. Iohe. 1. Tum quartò, quia sicut gaudent peccatores de optimo morsello, dum cadit in os eorum: Sic gaudent dæmones, cum diuites magni, & in mundo reputati, cadunt in os eorum ad deuorandum, & separant ad eos cruciãdos: unde Abacuch. 1. Incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Refert enim Petrus Damianus, ꝙ quidam princeps Saler-

M Potentiores dãnati, magis torqueñtur in inferno.

Res admirãda.

Salernitanus, cum quadam die prospexisset, de mōte Vellino flammas erumpere, protinus ait: procul dubio aliquis sceleratus diues in proximo moriturus est, & in infernum descensurus. Est enim talis consuetudo in illis partibus, ut imminente morte diuitis reprobi, mons ille flammas euomat piceas & sulphureas ijs dictis, superueniente proxima nocte, dum idem princeps securus cum meretrice concumberet, expirauit: quem illa ignorans diutius super se pertulit, ut post ea referebat, & uix tandem a se non hominem, sed cadauer proiecit: hæc Damianus. Quartò clamabunt propter ueniæ desperationem. Scient enim damnati, ꝙ perpetuò in illis pœnis stabunt, iuxta sententiam summi iudicis dicentis. Discedite a me in ignem æternum. O quanta materia desolationis & planctus, perpetuitas illa tormentorum. Quomodo ergo illam perpetuò sustinebunt, qui hic modicam pœnitentiam sustinere non possunt? Quantus luctus considerare misericordiam Dei, quam perdiderunt, & ex aduerso iustitiam Dei, in quam horrendè nimiū inciderunt? iuxta illud Hebræ. 10. Horrendum incidere in manus Dei uiuentis. Quam inutilis etiam, quia si tota aqua maris esset ex lachrymis eorum, non sufficeret, ad lauandum maculam unius peccati mortalis. In inferno enim erit satis stimulus pœnitentiæ. Sed ibi nulla erit correctio uoluntatis. Quantum autem clamor iste pœnalis sit, patet ex duobus exemplis. Primùm habetur in gestis fratrum Prædicatorum. Nam in conuentu Bononien. accidit, ꝙ quidam nouitius fuit tentatus. Volens autē dominus eum confirmare, misit ad eum dum dormiret quendam iuuenem dicentem: Veni, & ostendam tibi vnam de pœnis inferni, & dum venisset ad quendam montem, apparuit ei quasi quædam ianua, quæ erat in monte: & tunc exiuit tanta densitas ardentium fauillarum, & tantus fœtor. Audiuit etiam cum hoc tantum fletum, & vlulatum, ꝙ ex terrore dormiens tam horribilem vocem, & tam clamosam emisit, ꝙ non dormiret frater in dormitorio, qui non esset excitatus. Profitentes omnes simul esse impossibile: ꝙ tam horribilis vox posset formari. Tunc excitatus, nouitius narrauit visionem: & vix per tres dies loqui potuit, tam fortiter clamauerat. Aliud exemplum ex vita sancti Dunstani, quondam Cantuarien. Archiep. qui cum religiosus esset, & se occuparet ad aliquod opus salubre parandum: ecce dæmon circa vesperam, cellam adolescentis petit, & postulat sibi quippiam operis fabricari: cuius calliditatem non aduertens, cœpit ad ipsum intendere: interim cepit hostis verba componere de mulieribus, & luxurias commemorare: deinde religionem ostendere, & denuo eadem repetere: quod attendens Dunstanus, tenacula quibus ferrum tenebat cœpit fortiter ignire: & suppressis labijs, Christum inuocare. Deinde sancto furore actus celeriter, ea candentia de igne rapit: & larualem faciem includit: totis etiam viribus monstrum introrsum trahit. Sed ille talem vlulatum grandi rugitu fecit, dicens. O quid fecit caluus iste, erat enim caluus, ꝙ tota vicinitas ad eum congregata est, sciscitans quis ille clamor fuisset, qui tanta eos vehementia dormientes terruisset. dæmonis ait furor ille fuit. Cauete vos ab illo agite, quia si vocem irati ferre non potuistis, societatem damnati quo pacto sustinebitis? Prędicta igitur quatuor causæ erunt clamoris continui damnatorum: & hoc quia quandiu vixerunt, clamorem domini Iesu noluerunt audire. Clamauit enim dominus doctrinam suam, & viam salutis edocendo. Luc. 6. Ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans, & euangelizans regnum Dei. Et hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Clamauit etiam per suos prædicatores, quibus dixit. Euntes docete omnes gentes, baptizantes, &c. docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et Prouerb. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam in capite turbarum dicens. Vsque quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea

Damnati cur clamant, et vlulant.

quæ

quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum, & ostendā verba mea: vocaui & renuistis. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo vos, cum vobis quod timebatis euenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando veniet super vos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & ego non exaudiam eos: eo ꝙ exosam habuerint disciplinam: & timorem domini non susceperint. Omnes enim medici de Salerna, tūc non poterunt eis subuenire: nec medicinam præstare. Sed dicetur eis illud Hier. 30. Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ: & propter dura peccata tua. Nulla enim erit eis vnquam euasionis spes. Sed dicetur eis cum magna derisione illud. Esa. 50. cap. Ambulate in lumine ignis vestri: & in flammis, quas succendistis vobis in doloribus dormietis: si dormiatis supple quod erit tunc impossibile. Quis enim dormire posset in igne, aut in flammis, aut in tantis doloribus?

Quarta corporalis pœna fumus, ex quo damnatis quatuor proueniunt mala, scilicet capitis turbatio, sensuum occupatio, corporis denigratio, & inferni obscuratio. Cap. IX.

Quarta pœna erit fumus absque euacuatione. Non enim erunt in inferno fenestræ, aut aperturæ terræ, vel fracturæ, per quas iste fumus exire possit: immo ibi concludetur ille fumus vndique terra, absque quocunque meatu. Inde dicitur caminus Apocal. 9. Obscuratus est aer de fumo putei. Et iterum. Psal. 17. Ascendit fumus in ira eius: & hoc ideo, quia non cessat crescere materia incendij. s. animæ & peccata. Quāta erit hæc diuitibus & magnatibus pœna? qui in voluptatibus suis, ædificauerunt sibi domos non fumosas: & qui ita timebant fumum, vt cum magnis expensis eum expellerent: nunc autem erunt in loco pleno fumo & luctu. Et qui ita corde duri fuerunt, ꝙ nullam habebant lachrymam deuotionis, vel contritionis: ibi incessanter flebunt ex vtraque parte, corporis, scilicet & animæ: & mala quę meruerunt, & bona quibus se priuauerunt. Sicut enim ligna dura, viridia, & quercina quę sine humore esse videntur: cum in camino ignis comburuntur: in utroque capite fumant, & sudant, & aquam stillant. Sic ipsi in anima & corpore lugebūt. Esa. 65. Vos estis fumus in furore meo, ignis ardens tota die. O quàm magnus est fletus in sensu illius ignis, quando tantus est in solo visu remoto, in sola consideratione. Vnde Apoc. 18. Plangent super illam videntes fumum eius, & longe stantes propter timorem tormentorum, & flentes & lugentes. Vnde quidam senex magnus, cum a visione inferorum redijsset, inconsolabiliter flebat, dicens se audiuisse voces innumeras, dicentes væ mihi, væ mihi, quia non fleui: fletus enim ibi est inutilis, qui tamen hic preciosus est. Similiter vt habetur ex vitis patrum. Fratres commorantes in Scythia, miserunt ad beatum Macharium, vt ad eos accederet, alioquin omnes ituri essent ad eum. At ille cum venisset, rogatus vt faceret verbum, ait. Ploremus fratres, ploremus hic ante Deum antequam lachrymæ nostræ corpora nostra consumant, & succendant. Vnde & beatus Arsenius legitur toto tempore vitæ suæ fleuisse, & inter opera manuum semper tersorium quo lachrymas incessanter effluentes abluebat. Ideo si non potes habere lachrymas compunctionis, pone oculos mentis tuę ad fumum inferni: & sic lachrymari poteris: quia si vapor cępis, & aliorum, facit oculos lachrymari: multo fortius memoria illius vehementis & intolerabilis fœtoris exhalantis: & non solum hic fumus flere facit, sed etiam omnem dæmoniorum tentationem eneruabit. Nā vt habetur Tob. 6.

Fletus magnus est in dānatis, sed inutilis.

Iste

Iste fumus extricat omne genus dæmoniorum. Consideremus ergo, quanta pęna esset hominem esse in fumo vnius camini igne magno succenso, etiam si tantum ibi per horã staret: & maior pœna si per diem: & adhuc multo maior si per septimanam. O quanta pœna erit esse in illo fumo carceris infernalis perpetuo. Ex isto fumo prouenient damnatis quatuor pœnæ. Primo capitis perturbatio. Psal. 106. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: omnis sapientia eorum deuorata est. Si enim fumus carbonum hic ita caput perturbat, vt nesciat homo q d faciat: quid faciet fumus ille, vbi tot carbones succensi, quot damnati? Psal. 17. Carbones succensi sunt ab eo. In mo ũ enim carbonum penetrabuntur igne inferni. Si enim ebrij sunt homines quandoque qui comedunt panem de gaza, q significat discordiam, vel qui continuè bibunt in taberna; & tunc turbantur, & in contrarias partes agitantur. Non est mirabile si ad modum ebriorum turbabuntur in capite, qui in loco discordiarũ habitant. vbi odium perpetuum, furor æternus, vbi continuè bibunt de vino irę Dei. Et sicut nautæ in maxima tempestate: quantumcunque sint in illa arte sciẽtes, nauem dimittunt ire quo voluerit, veniat inde quo erit possibile: & hoc q a per suam artem nihil possunt contra illam tempestatem. Sic quantumcunque fuerint in hoc mundo sapientes mundana sapientia, vel literati diuina, cum ciderint in illum fumum, contra tempestatem illam nihil poterunt: quia tunc omnis sapientia eorum deuorata est. Prę terea si in hoc mundo, ex isto fletu cito conturbatur caput: quantum turbabuntur in inferno, qui illic perpetuò flebũt? Sed quæritur quomodo ibi flebunt: vtrũ per lachrymarum effussionem? Et videtur q sic, quia ibi erit fletus: fletus autẽ non est sine aqua, igitur. Respondet doctor sanctus in quarto libro contra gentiles. c. 90. q in corporibus damnatorũ post resurrectionem nihil prohibet corporaliter fletum esse, & stridorem dentium: dummodo per fletum non intelligatur lachrymarum deductio: quia ab illis corporibus resolutio nulla fieri potest. Sed ibi intelligi debet fletus, quia est ibi dolor cordis, conturbatio oculorum, & capitis, prout in fletibus esse solet. hæc Thomas. Multi enim flent, qui non emittunt lachrymas. Sed dolent communiter caput, & perturbantur. Secundò, talis fumus non solum caput turbabit, sed omnes sensus occupabit. Sicut videmus in homine existente in fumo, & in illis qui comburuntur, q fumus intrat os, & nares, & oculos. Sic ibi fumus itrabit os, & cęteros meatus damnatorum. Hæc enim erit pœna grauissima ipsis oculis, sicut expertum est, q fumus multum nocet eis. Hæc pœna erit eis qui per oculos peccando viderunt, & concupierunt huius mundi delectabilia, aurum, argentum, vestes, castra, & huiusmodi concupiscibilia: mulieres non suas, cum quibus actum luxuriæ complere desiderauerunt, etiam si non fecerunt. Quia non solum actus est peccatum tali punitione dignum: sed etiam uisio ad concupiscendũ, sicut dicit dominus. Mat. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est in corde suo. O quàm plures peccant in talibus visionibus, qui se credunt non peccare: per oculos enim & alios sensus, intrat mors peccati ad animas nostras. Vnde in lib. de oculo mortali. Oculus corporis, est ianitor cordis, q si pudicus fuerit, quicquid indecens esse nouit, excludit. Nam leonis hoc esse dicitur, q si quis iuxta leonem transit, & leonem non respicit illesus euadit. Si autem leonem respicit, ipsum leo deuoraturus inuadit. Sic interdum, ex aspectu mulieris inuadit hominem tentatio carnalis, q si non aspexisset, securus euasisset. ideo Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem quid de virgine, super quo Greg. Illud non licet intueri, quod non licet concupisci. Isidorus lib. de synodis. Tolle materiam delinquendi si vis esse a fornicatione tutus. Est in visione discretus. Nullus sanæ mentis exiret ad spectandum basiliscum, cuius aspectus iterficit: propter quod nullus ire debet ad mulieris

O Damnatis quatuor pœnæ ex fumo inferni preueniũt.

P Fletus damnatorũ quomodo fit.

Mulieres videre, & cõcupiscere ẽ peccatum.

Q Oculus ẽ ianitor cordis.

lieris spectacula. Exemplum in vitis patrum de illo qui quæsiuit anseres. Insanus esset habens vas plenum balsamo, si illud in media platea poneret, & omnibus populis exponeret, vt vnusquisque contra vas lapidem iactaret. Sic insanus qui habet in corde suo munus gratiæ tanquam in vase debili propter vertibilitatem liberi arbitrij, & thesaurum castitatis & integritatis in corpore, quod propter pronitatem ad malum est multum fragile, qui ad spectacula mulierum ausus est accedere, & vas suum ictibus lapidum exponere. Mulierem enim quamprimum respicit speciei suæ similitudinem: mulier quasi lapidem vnum ad vasculum mittit: & secundò respiciens lapidem, secundum mittit, & quãdoque ictu primo vas frangitur: ita vt Dei gratia perdatur. Eccl. 9. Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne respicias mulierem alienam: propter speciem mulierum multi perierũt. Sanctus Dauid propter incautum respectum, decidit in adulterium, proditionem, & homicidium. Quid ergo nos longè distantes ab eius sanctitate: dicere enim debemus Deo cũ eo. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ. Psal. 118. Talis igitur visio est quasi fumus lędens oculos. Lędit etiam hic fumus, aures per cantus mulierum. Similiter & nares, per odorem. Philosophi dicunt, ꝙ panthera odoris fragrantia, attrahit cętera animalia, quæ postquam senserunt suauitatis suæ odorem, ipsam comitantur etiam vsque ad mortem. Sic plerunque, quia cor fatui varijs odoribus delectatur, currit post odorem muliebrium vnguentorum. Similiter per tactum, & oscula, inficit: vt patet de Sampsone in gremio Dalilæ excecato. Mulier enim menstruata, ut dicit Philosophus, si speculũ mundum aspiciat, ipsum inficit: etiam vt vix aut nunquam illa macula deleri possit. Caueamus igitur a tali fumo, ne postea fumum patiamur inferni. Tertiò, ex tali fumo sequitur corporum denigratio. Corpora enim damnatorũ erũt nigerrima, & turpissima. Esa. 13. Vnusquisque ad proximũ suũ stupebit: facies cõbustæ vultus eorum. Sicut enim corpora electorũ erunt pulchra & clara: sic ista erũt turpia & deformia. Vñ Aug. lib. de natura. Sicut ignis iste oĩa lucida suo fumo deturpat, sic ignis inferni reproborũ corpora denigrat & obscurat. Patet etiã exemplum in igne, qui communiter dicitur sancti Antonij, qui in pręsenti vita deturpat membra: quanto magis iste cum ille non sit, nisi istius vmbra? Thrẽ. 4. Denigrata est super carbones facies eorum. Iohel. 2. Omnes vultus redigentur in ollam. & Naum. 2. Facies eorum quasi nigredo ollæ quæ quantumcunq; sit pulchra & lucida, cito fit nigra dum bullit ad ignem. Si Aethiopes sunt ita nigri a Solis calore, quanto magis illi qui tanguntur ab isto inferni igne? Vnde potest dicere damnatus illud Iob. 30. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt a caumate. Vnde & qui volunt repræsentare dæmones: facies suas denigrant. Tunc enim facies mulierum cum damnatæ erũt, quas ita mũdas tenuerunt, vt nec in eis minima macula esset: erunt turpissimæ & nigerrimæ. Et sicut in cœlo iuxta Apostolum, erit alia claritas Martyrum, alia Virginum, alia Confessorum, alia eorum qui in matrimonio sanctè vixerunt. Stella enim a stella differt in claritate: Sic in inferno erit alia turpido damnatorum, secundum suorum peccatorum maioritatem. Et ideo volunt aliqui doctores dicere, ꝙ sicut in cœlo apparebunt aliqua signa meritorum, sic & in inferno habebunt in corporibus signa suorum demeritorum. Sicut in fure manus retro ligantur, & in homicida communiter ligantur ante, ad ostendendum suum delictum. Qui ergo plura peccata commiserunt, plura signa & magis turpia, in suis corporibus habebunt. Etiam illud membrum in quo homo plus peccauit, maiorem pœnam habebit, & maiorem deformitatem. Si igitur nil aliud esset in damnatis, nisi tanta nigredo & deformitas corporum: propter hoc peccata abhorrere deberemus. Quarto ex isto fumo erit inferni obscuratio. Sicut enim videmus, quòd fumus facit domũ obscuram,

Damnatorũ corpora erunt nigra, & deformia.

râm,sic ille maximus fumus, infernum faciet obscurum & tenebrosum. Apoc. 9. Fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Inde est,quod infernus dicitur locus tenebrosus. Vnde Aug. in lib. de triplici habitaculo. Tria sunt sub omnipotentis manu habitacula,summum,medium,& imum:quorum summum, Regnum Dei, vel Regnum cœlorum dicitur: imum vocatur infernus, medium presens mundus, vel orbis terrarum appellatur: quorum extrema omnino sibi inuicem sunt contraria, & nulla societate coniuncta. Quæ enim societas potest esse lucis ad tenebras? & Christi ad Belial? Medium autem nonnullas habet similitudines ad extrema: lucem enim habet,& tenebras, frigus, & calorem, dolorem & sanitatem, lætitiam, & mœrorem, odium & amorē, bonos & malos, iustos & iniustos, regnum & subiectionem, famem & satietatem, vitam & mortem, & huiusmodi innumera: quorum omnium pars imaginem habet regni Dei, pars altera inferni. Commixtio enim malorum simul & bonorū in hoc mundo est, in regno autem Dei, nulli mali, sed omnes boni. In inferno nulli boni, sed omnes mali, vterque locus ex medio suppletur. Hominum autem huius mundi alij eleuantur in cœlum, alij trahuntur ad infernum. Similes quippe similibus coniunguntur. Hęc Aug.

Habitacula tria sub omnipotentis manu.

R. Tenebræ inferni sunt pessimè conditionis.

Huiusmodi autem tenebræ sunt pessime conditionis. Primo propter fumum, qui nullatenus inde euacuari potest: ita spissæ sunt, vt nulla luce fugari, vel penetrari possunt. Sap. 17. Nulla enim vis ignis poterat illuminare illam noctem horribilem, aut lympidæ syderum flammæ. Secundò sunt tantæ densitatis, vt nullus de eis se mouere, vel videat, vel valeat. Sap. 16. Vna catena tenebrarum, omnes erant ligati. Erunt enim tunc quasi lapis in muro, quia non poterunt se pro voluntate mouere. Sicut nec Aegyptij, qui sunt istorum figura. de quibus Exodi. 10. Vir non est motus de loco suo, nec cognouit fratrem suū, propter tenebras horribiles & palpabiles. Tertiò sunt tantæ amaritudinis, vt morte sint amariores. Iob. 10. Antequā vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, scilicet fumo terram miseriæ & tenebrarum, &c. Vnde quidam ductus ad infernum, inter alia audiuit, quasi quasdam lugubres voces muliebres dicentes, væ, væ, væ, quantæ sunt tenebræ. Quartò sunt tantæ abundantiæ, vt impossibile sit eas euadere. in canonica Iude. Sydera errātia quibus procella, tenebrarū in ęternum conseruata est. Quanta autem sit pœna esse in tenebris perpetuis cum tanta sensuum afflictione, nullus est qui possit exprimere. Quomodo igitur tantum fumum sustinebunt, qui modicam pœnitentiam sustinere non possunt? Iob. 16. Cum stillam sermonis eius vix audiuimus, tonitruum magnitudinis eius quis poterit sustinere? Stilla sermonis eius est, pœnitentiam agite. Tonitruum erit, ite maledicti. Ideo erubescant peccatores, & deducantur in infernum per considerationem pœnarum, muta fiant labia dolosa. Psal. 30. id est non dicant se non posse facere pœnitentiam: sed eam viriliter agant, vt pœnam æternam euadant. quia vt ait Aug. Aut dominus punit, aut homo: vt enim dicit Ioannes. Matthęi 3. Quis docebit vos fugere a ventura ira? in qua, vt dicitur 1. Pet. 2. Impij in tenebris conticescent: nec dicent amplius, non possum portare pœnam, quia velint nolint portabunt: ideo per consilium eiusdem facite dignos fructus pęnitentiæ.

Quinta infernalis pœna, ex quatuor procedes. Cap. X.

QVinta pęna est odor fætidus, & multum horribilis: inde est, quòd infernus dicitur terra nouissima, ad quam omnes sordes confluunt, & est quasi sentina, & latrina mundi. Inde dicitur puteus abyssi, a puteo putes, idest fæteo fætes. Est etiam locus venenosus. Inde dicit hęc rebus ab hæsione uermium, & serpentum. Deut. 32, Dentes bestiarum immittam

Odor fætidus horribilis ē pœna dānatorū.

mittam in eos, cum furore trahentium, atque serpentium. Eccl. 10. Homo cum morietur, hæreditabit bestias, serpentes, & vermes. Eccl. 39. Creati sunt in vindictam impiorum, dentes bestiarum, & scorpij, & serpentes. In uita sancti Elphegi Cantuarien. Archiepiscopi, qui cum abbas esset, & discipuli sui spernentes eius monita, & professionis immemores: medijs noctibus furtiuos cibos emerent, & ebrietati operam darēt, & quantum poterant lasciuiebant. Sed ira Dei illum qui huius sceleris capitalis erat, subita morte inuoluens, occidit. Nocte vero quæ diei sepulturæ eius successerat, sancto Elphego sacras de more excubias celebrante, contingit infra ambitum monasterij validas voces audiri, quasi vim inferentium, vel illatam sustinentium. Vir Dei ignorans quid esset, cito ad monasterium tendit, & sonum captans verba discernit, domum irrumpit. Et ecce is qui nuper obierat, miserè afflictus, solo iacebat: super quem horrendi aspectus homines stabant, qui taureis & ignitis serpentibus eum flagellabant, illo præ doloris angustia vlulante. Hoc illi improperabant, nec tuo Deo: nec nos tibi quasi dicerent. Nec tuo Deo, scilicet ventri, cessasti seruire nocte & die: nec nos tibi cessabimus seruire: eademque sepius repetentes, e loco capriuum extraxerunt. Tunc sanctus recedens, quod reliquum erat noctis, flens in somnum duxit. Orto sole, discipulos insimul ire compulit: & quæ manifestante Deo viderat retulit. Hi autem quos mortui scelus sodales habuerat, medij prosiliunt: & errorem fatentur: & prauè gesta postulant vlcisci, ne diuinæ vltioni remaneant obnoxij. Requisiti autem, vbi conuiuandi locum habuissent: illum locum ei designant, quo defuncti animam, spiritus nequam cruciauerant. Ex quo apparet, quomodo serpentibus, & fecibus, ibidem cruciantur. Ex quatuor autem procedere potest fœtor iste. Primò ex cunctis mundi fœtoribus, & fœtentibus corporibus, quæ ibi congregabuntur. Ait enim Augus. q in mundi innouatione, quicquid est igno

Fœtor inferni ex quatuor procedere potest.

bile in mundo, ad locum pœnarum, & ibi horrorem carceris multiplicabit: & hoc propter quatuor. Primò, quia iustū est seruum vlcisci iniuriam domini sui, si sit fidelis: ergo iustum erit creaturas Dei, etiam venenosas & fœtidas, armari ad vltionem impiorum: iuxta illud Sap. 5. Pugnabit contra insensatos, orbis terrarum cum illo. Et iterum ibidem. Armabit creaturam, ad vltionem inimicorum. Secundò quia ad statum bonū cuiuslibet communitatis, expedit esse locum, vbi sordes proijciantur: ergo non bene esset ordinata ciuitas vniuersi, nisi haberet huiusmodi locum, in quo sordes eius proijcerentur. f. peccatores facti, vt stercus terræ. Et cum his etiam iustum est alias sordes ad pœnam eorū proijci, qui in hoc mundo fœtorem pauperum, infirmorum, eos propter Deum visitando, & confortando, sustinere noluerunt: quibus dicetur a Christo. Infirmus fui, & non visitastis me. Sed tales quandoque abusi sunt odoribus delectātibus, in eis plurima peccata committendo. Cum igitur non posses sustinere fœtorem vnius canis, ad nares appositi per horam: quomodo tot fœtida & ignobilia huius mundi, sustinere valebis? Tertio quia secundum Gul. Paris. non parū indecens est, nec leuiter offendens oculos rectos, tanta in mundo fœtulentia, tā corporalis quàm spiritualis, tantaq; maculositas peccatorum, tantaque scandala, quibus impediuntur gressus sanctorum: tantæque contumeliæ & diminutiones honoris & gloriæ Dei: ideo veritas dicit Mat. 13. Quia mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius oīa scandala: & eos qui fecerint iniquitatem, & mittent in caminum ignis. Ideo ad innouationem mundi, & decorem, expedit omnia, quæ pulchritudinē mundi cōmaculār, & offenderent aspectum sanctorum: sordes, scilicet tam spirituales, quàm corporales in infernum descendere. Quartò, quia simile ad sibi simile coniungitur: sed de damnatis dicitur. Ps. 13. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt i studijs suis. Et iterum. Psal. 83. Disperierunt in Endor

dor, idest in fonte generationis: quia vel baptismum non habuerunt: vel si habuerunt eo male vsi sunt. Facti sunt vt stercus terræ: igitur eis similes putredines vt stercora, & immunditiæ & venena commergentur. Secundò, orietur hic fętor ex sulphureis ignibus. Psalm. 10. Pluet super peccatores laqueos ignis, &c. In hoc enim ꝙ dicit pluet, abundantiam pœnarũ significat. Pluuia enim sine numero, & mensura cadit, in hoc quod dicit, laqueos, significat ꝙ de pęnis exire non poterunt. Et per ignem, doloris acumen innuit. Sed quia ignis ardentius feruet cum sulphure: ideo sulphur additur. & quia sulphur sine igne non fętet, ideo sulphuri ignem miscet. Quantus autem sit fętor sulphuris cum igne: satis notum est ijs, qui accendunt candelam cum stipulis sulphureis: ita vt nec vnius minime stipulæ odorem valeant sustinere. Quantus igitur sulphuris fętor, quando totus ille ignis inferni erit sulphure mixtus? De hoc sulphure dicitur Apoc. 19. Apprehensa est bestia: & cum illa pseudo propheta, qui signa fecerat coram ipsa quæ seduxit eos, qui acceperũt characterem bestię: & qui adorant imaginem eius viui: missi sunt in stagnum ignis ardentis sulphure, & cęteri occisi sunt in gladio sedentis super equũ, qui procedit de ore eius: & omnes aues saturatæ sunt de carnibus eorum. Glos. Apprehensa est bestia, idest Antichristus crudelis, & bestialiter viuens, & pseudo præuaricatores. i. peccatores Antichristi. Ij duo missi sunt in stagnum ignis ardentis. Dicitur enim stagnum, eo ꝙ continet aquas immobiles: & hoc respondet stabilitati & perseuerantiæ in culpa. Dicitur etiam pœna inferni stagnum: quia ibi mergit eos, qui voluptates huius mundi, quasi aquã biberunt. In stagno etiam quod profundum est, intelligitur aliquid respondens pœnæ superborum. In igne pęna respõdens auaritiæ. In sulphure pœna respondens luxuriæ. Et cęteri, idest sequentes Antichristum seducti per præuaricationem, pseudo prophetarum, occisi sunt in gladio diuinæ sententiæ Christi, qui sedet super equum, idest super humanam naturã: in qua in die iudicij dabit sentẽtiam diffinitiuã: quia Io. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Et omnes aues. i. sancti, qui eleuantur a terra pennis virtutũ iux. illud Phil. 3. Cõuersatio nostra in cęlis est: saturati sunt, idest delectati sunt carnibus eorum, idest videndo pœnas inflictas, pro operibus carnalibus. In sulphure ergo significatur fœtor carnis, & vindicta illius peccati. Gen. 19. Pluit dominus ignem & sulphur super Sodomam & Gomorram. Tertiò erit odor fœtidus ex damnatis corporibus exiens. Nam illa corpora fœtida erunt, & immunda: ita quòd quilibet ab alio nauseam, & passionem maximam recipiet. Vnde sicut caro putrida super carbones posita, magnum exhalat fœtorem. Sic corpora ista putrida, etiam ex se, & ex calore ignis, maximum fœtorẽ emittent. Si cadauer hominis tantum emittit fœtorem, vt etiam a viuente homine sustineri non possit: consideremus quomodo sustinere poterunt damnati fœtorem, non tantum vnius, sed quasi infinitorum corporum damnatorum. Legimus enim 2. Machab. 9. ꝙ Antiochus reuertens de Perside, elatus in ira contra Iudęam a Deo punitus est, vt de corpore impij vermes scaturirent: & cum iam nec ipsum fœtorem ferre posset: ita ait. Iustum est hominem subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. vnde & Io. 11. Dicit Martha ad Iesum, Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Hoc autem dixit Martha, ne dominus fœtore corporis fratris sui grauaretur, nesciens adhuc ipsum a Christo resuscitandum. Si igitur tantus sit fœtor hominis infirmi, vt se pati non possit quando solum disponitur ad intrandum gehennam: vel etiam hominis mortui, vt pati non possit ab adsistentibus: quantus erit quanquam intolerabilis fœtor corporum damnatorũ? Vnde Cyrillus in epistola ad Augustinum de morte Hieronymi sic ait. Nepos meus Rufus nomine, vtroque parente orbatus ad me venit: qui vtinam ex matris visceribus non exijsset: qui pulcher cor-

Stagnũ cur dicatur pœna inferni.

corpore, bonis moribus, honestate, probitate, & sapientiæ elegantia, a cunctis colebatur, & a me sic enutritus est, & dilectus, vt a pluribus a me genitus putaretur: decimooctauo suæ ętatis anno expirauit: & tantus fuit luctus, vt vix per mensem sufficere potuerit. Sed nec mihi suffecit. Rogaui Hieronymũ scire de statu suo, & obtinui. Nam oranti mihi die quodam hora nona, tantus accidit fætor in loco in quo orabam, ꝙ naribus nullatenus poteram tolerare. Sed dum admirarer vnde esset tantus fætor, supra meum verticem eleuatis oculis, vidi infelicem nepotem adeò terribilis visionis: quòd in eum visum imprimere non audebam. Nam catenis igneis circunligatus fornacis instar, flammas fætidissimas erumpebat. Ad hanc visionem subitò me tam vehemens timor irrepsit, vt dum pluries loqui vellem, formandi vocem nullatenus compos eram. Reuersus postmodum ad meipsum, aliquantula voce cœpi quærere tremebunde si meus nepos esset. Ad hæc cum vlulatibus & suspirijs, vtinam (inquit) nunquam fuissem, ne tam diris cruciatibus essem deputatus. Post hoc longis completis colloquijs, quæsiui. Cur diuinę misericordię sic fuisset expers, cum in mundo tot virtutibus pollere videbatur. Pro nulla re (inquit) me scias damnatum, nisi quia in ludis maximè delectabar: & quia in morte postposui confiteri: & sic disparuit. Talis eo abeunte remansit fætor, vt in locũ illum hactenus nullus audeat introire. Ex quo patet si anima tantum illic fætorem attulit, quantum & cadauer eius fętidum attulisset: Sacci enim repleri solent immunditijs congregatis, vt extra eijciantur. Ideo peccatores qui sunt sacci diaboli, modo replentur immunditijs peccatorum: & eijcientur extra ecclesiam fidelium in limo inferni. Ezech. 28. Repleta sunt interiora tua iniquitate: peccasti & eieci te de monte sancto Dei. Pręterea, aliter ponuntur hic cadauera mortuorum, aliter damnatorum. Nam hic cadauera mortuorum, clauduntur, ne nares viuentium inficiãt.

Ludentes grauiter a Deo puniuntur.

Psal. 142. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Sed in inferno in medio platee iacebunt cadauera mortuorum, nec erit qui sepeliat. Vnde differentia est inter mortuos huius seculi, & mortuos alterius. Nam mortui seculi, qui sunt peccatores huius seculi, possunt resurgere, quemadmodum vnus qui dicebat. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. ideo tales ad tempus fętent, scilicet vsque quo peniteant, & a peccato resurgant. Sed mortui sempiterni resurgere non possunt: ideo perpetuò fætebunt. Thren. 3. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Quartò erit ibi fætor ex horridis dæmonibus, qui ibi perpetuò damnabuntur. Exemplum habemus in vita beati Martini. Nam quadam die diabolus in forma regis, purpura, & diademate, ac aureis caligis ornatus, ore sereno, læta facie sibi apparuit. Cumque ambo diu tacuissent. Agnosce (inquit) Martine quem colis? Ego sum Christus. Tũc ille spiritusancto edoctus ait. Dominus Iesus se purpuratum & diademate renitentem uenturum esse nõ prædixit. Ego Christum nisi in eo & habitu & forma quæ passus est: & crucis stigmata habentem præsentem venisse non credam. Ad hanc vocem ille disparuit: & totam cellam fætore repleuit. Credendum enim est ꝙ in inferno dæmones fætebunt, & maximo fœtore cum erunt ibi perpetuò inclusi. O fœtor intolerabilis, fætor horribilis, tot fætoribus aggregatus: si de te frequenter cogitaremus, nunquam peccata, pro quibus damnatus hominibus infligeris, committeremus. Quid igitur facient delicati homines, qui non possunt sustinere fætorem luti, aut cuiuslibet alterius rei, sed apponũt suis naribus rosas, & cętera odorifera? quomodo non timent tantum fætorem non vnius diei, sed durationis perpetuæ. Si pati non possunt, sed abhorrent eos qui latrinarum stercora mundant, quomodo pati poterunt abominationes dæmonũ, qui omnes mundi sordes procurant deducere in infernum? Vt enim dicit Petrus Damianus. Omnis caro quanto tenerius

Dæmones i inferno maximopere fætebunt.

nerius

Delicatè nimis viuentes quomodo a Deo puniantur.

nerius & mollius educatur: tanto deterius in putredinem vertitur. de hoc exéplificat. Nam quædam mulier Sophia, filia Marchionis cuiusdam, petijt a quodam abbate sancti Christophori sepulcrum in suo claustro, & tádem obtinuit. quod illa ingressa, nescio quo Dei iudicio, ægritudinem incurrit: statim post obijt. Cuius tumulus cum esset Gipseus, & arte cementariorum studiosissime communitus: tantam tamen illuuié per continuum circiter annum exhalauit, vt fratres in tota illa medietate claustri, remorari non sineret. Tales enim sic delicati, & odoribus delectati, vel spu trescũt in inferno, vel hic agũt, aut ipsis nolentibus vel volentibus pœnitentiã. Narrat idem Petrus Damianus ꝙ Dux Venetiarum habebat vxorem quãdam Constantinopolitanæ vrbis, quæ tam tenerè & delicatè viuebat: & tam artificiosa voluptate se mulcebat, vt se com munibus aquis dedignaretur abluere. Sed eius serui de rore cęli vndique collecto, laboriosum ei balneum præparabant. Cibos suos non tangebat, sed ab eunuchis eius, in minutias conscindebantur, quæ mox illa quibusdam sustinulis aureis tridentibus, ori suo liguriens, adhibebat. Cubiculum eius tot aromatibus, & thymiamatibus redolebat, vt etiam dictu fętidum sit, & auditu incredibile. Sed dum adhuc viueret vibrato super eam iudicij mucrone corpus eius omne computruit, ita vt totum cubiculum intolerabili fętore corrumperet. Nullusque illam ferre potuit, vix vna ancilla non sine specierum redolentium auxilio, in eius seruitio remansit, quæ tamen raptim accedens cursim recedebat, & diutius hoc languore decocta, & miserabiliter cruciata, amicis lætantibus diem clausit extremum. Hæc enim nisi pęnituerit, iam infernum incipiebat in hoc mundo. Si sic autem Deus punit in hoc mũdo, vbi misericordia regnat, & imperat, quomodo eum iustitia sua mirabili puniet tales in alio, qui nõ sine causa i sacra scriptura hedi appellantur, eo ꝙ fætidi non solum anima, sed etiam corpore appareant & leprosi?

Pauor peccatorum improperatorum, & quadruplex seuitia dæmonibus damnatis inferuntur. Cap. XI.

V Dæmonũ seuitia in dãnatos.

SExta pęna est horribilis visio dæmonum, & eorum adsisté-tia importabilis. Nã in multis affligent eos. Primò quidem pauorem grandem eis prestando. Sunt.n. visu horribiles, propter quod depinguntur in ecclesijs sub formis horribilibus: vt describuntur in legendis Bartolomei, & Sebastiani. Vnde Iob 20. Vadent & venient super eos horribiles. Vnde ex libro de dono timoris. Quidã monachus de nocte in dormitorio cum alijs iacens, cępit clamare horribiliter: & cum conuentus surgens cõuenisset, videbant eum fixis oculis immobiliter respicienté ad parietem, nec ad aliquid respondentem. Sed mirabili horrore cõ cussum. In mane aũt requisitus a priore quid habuisset. Respõdit ꝙ vidisset diabolum. Inquisitus autem cuius formæ esset. Respondit non posse facilè describere. Sed hoc dico, ꝙ si esset furnus ardens ex vna parte, & figura illa ex alia, magis eligerem intrare furnum, quàm videre figuram illam. Ideo dixit quidã senex in vitis patrũ ꝙ si quis videret dęmones in ea forma in qua visuri sunt eos dãnati, non posset viuere. Exemplum de Crisantio, qui cũ infirmaretur, & videret multitudinẽ dæmonũ adstantium, cępit clamare inducias vel vsque mane, &c. Et cum hæc diceret, vertens se huc atque illuc, ne videret eos præ timore mortuus est. Quantus igitur erit pauor ipsis dãmnatis, non ex sola visione vnius dęmonis, sed tot quot sunt in inferno? Sed quęret quis, nonne ex longa mora adinuicem talis pauor cessare poterit? Dr̃ ꝙ non, quia oẽs ille pęnæ erunt perpetue. Nec erit pauor ex visione dæmonũ tantũ, sed ẽt ex visione aliorũ dãnatorũ pp turpitudinẽ suorũ corporũ: immo ẽt dãnati cũ magno pauore seipsos aspiciẽt: sicut experitur aliquis, ꝙ horret & pauet, cũ videt se habere plagã horribilem.

X Pauor ĩ inferno, oritur ex visione dæmonũ & damnatorũ.

bilẽ. Prou. 10. Pauor ijs qui operanť malum. Et 22. Pauor operantibus iniquitatem. Secundò, peccata eis improperabunt, ex qua improperatione, dãnati multum cõfundentur. Videmus enim ꝙ ex improperatione peccatorum, homines confunduntur, & erubescunt. Sic istis dęmones improperabunt dicentes. Iste est fructus adinuẽtionum vestrarũ, ista sunt stipendia laborum vestrorum. Ecce quid nobiscum meruistis, cum vos tentando nobis consensistis superbiẽdo, luxuriando, rapiendo, cogitando, loquẽdo, operando, detrahendo, ludendo, & ridendo. Eccl. 18. Stultus acriter improperabit. Et 10. Exigua dabit & multa improperabit. Nam exigua fuit delectatio peccati, in quam dæmones præcipitant. Sed multa erit improperatio, quia durabit in æternum & vltra. Greg. Quos habuimus intentores in culpis, habebimus derisores in pœnis. Et hoc valde timendum est cordi nobili, propter quod orabat Dauid. Ps. 24. Neque irrideant me inimici mei. Et iterum. Ps. 12. Nequando dicat inimicus meus prę-ualui aduersus eum. Vnde Abac. 1. Tyranni ridiculi eius erunt. Considera ergo quanta pęna sit homini in dolore existenti, cũ improperantur ei peccata sua, pp quæ patitur, & q̃ leuiter potuisset euitasse, si voluisset: vel paruo tẽpore pro eis pęnitere, & misericordiam consequi. Experimur etiam ꝙ multi infirmi, propter infirmitatis dolorem, non possunt verba audire cuiuscũq;. Cogita ergo si potes, quàm grauis pęna erit damnatis, qui tam infirmi erunt, audire improperia suorum peccatorum. Et hæc pœna respondet detractoribus, & contumeliosis, derisoribus, & maledicis, pręcipuè quamuis alia peccata improperentur: & maximè Christianis, quibus ostensa est via salutis, & noluerunt per illam ambulare. Tertiò auidissimi sunt ad eis nocendum: & crudeliter in eos deseuiunt. Primò, dicunt enim incitando diuinam iustitiam illud Psal. 20. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui oderunt, ad pœnam supple. vnde & incitauit dominum aduersum Iob. Iob 1. & 2. Sed & cum obtinet quod petit: tunc de eo verum est quod dicitur. Esa. 5. Frendet & tenebit prædam, & amplexabitur. Exẽplum de beato Martino, qui videns mergulos in lacũ pisces capiẽtes, dixit. Forma dæmonum hæc est. Insidiantur incautis, incautos capiunt: captos deuorant, & satiari nequeunt deuoratis. Est enim diabolus mirabiliter astutus ad nocendum. Vnde in uita beati Martialis, cum adiuraret idem sanctus dæmonem mirabiliter affligentem quendam arreptum, vt diceret quomodo vocaretur. Respondit ꝙ mille artifex: eo ꝙ haberet infinitos modos fallendi, & nocendi. Ideo Apoc. 12. draco dicitur habere septem capita, & decem cornua: quia multas habet astutias, quasi capita, & multos modos affligendi, quasi cornua. Ideo beato Antonio sub specie diuersarum ferarum apparebat: aliquando enim leonum rugitus, aliquando serpentum sibilos, vt eum fugaret, fingebat. Secundò, deseuiunt in eos absorbendo. Vnde in persona damnatorum dicitur. Hierem. 51. Comedit me, deuorauit me, absorbuit me sicut draco, repleuit teneritudine ventrem meum. Exemplum Gregorij in dialogo de Theodoro monacho guloso, qui in abscondito comedebat, quamuis reputaretur valde abstinens. Infirmatus autem in fine, cœpit clamare dicens, quòd diabolus absorbebat animam eius vt draco, & ꝙ pedes eius & genua iam ligauerat, & animam eius iam absorbebat, os suum in ore eiusdem reponens, & hæc dicens mortuus est. Tertiò affligent eos percutiendum iugiter. Prouerbiorum 19. Parata sunt derisoribus supplicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Vnde in libro de contemptu mundi, dicitur. Sunt ibi tortores, serpentibus horridiores, deformes, nigri, sed non ad verbera pigri. Nunquam lassantur, sed semper ad hæc renouantur. Ad mala feruentes sunt, ad pęnasque recentes. O quanta

Astuti valdè sunt dæmones.

Damnati affliguntur acriter a dæmonibus.

ta damnatorum pœna, qui sine pace & requie, patientur talia. Sciunt enim pueri, quantum patientur ex verberibus virgarum. Sed magis paterentur grossis baculis, si manu fortissima percuterentur. Quanta ergo pœna, cum damnati valde sensibiles percutientur manibus fortissimis dæmonum, absque cessatione? De quibus Eccl.20. Sunt spiritus qui ad vindictam sunt in furore suo, confirmauerunt tormenta sua in tempore consummationis, effundent virtutem & furorem eius, qui fecit illos. Non enim sunt Dei flagella, quibus nos in præsenti percutit, nisi ros, in comparatione ad flagella sempiterna, quibus quasi iratus, per manus dæmonum semper verberabit damnatos: quod considerans propheta orat dicens. Psal.6. Domine ne in furore tuo arguas me, neq; ĩ ira tua corripias me. Quarto affligent eos calcando & opprimendo. Psal.55. Conculcauerunt me tota die inimici mei. Iob 18. Calcet super eum quasi Rex interitus. Eccl.22. Super plũbum quid grauabitur. Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm imperium dæmonis. Huius pondus ferre non potuit firmamentum, licet firmissimũ. Vnde.2. dialogo. Greg. dicitur, ꝙ cum monachi sancti Benedicti vellent quendam lapidem in ædificium leuare, nullo modo poterant, diabolo eidem insidente. Sed facta benedictione, eo cedente, lapis celerrimè leuatus est. vnde Matth.18. Iratus dominus tradidit eum tortoribus.i. dæmonibus non vni, sed multis. Si ergo tyranni multi sic afflixerunt multos, quid erit de illis qui incõparabiliter sunt potentiores in pœnis, & ponderosiores ad portandum? Probabile enim est, ꝙ sicut multitudo dęmonũ nunc concurrit ad tentandum, ita cõcurrit ad puniendum. Esa.34. Ibi occurrent dęmonia exemplo bestiarum, quæ concurrunt ad cadauera. Esa.57. Omnes bestiæ agri, venite ad deuorandum vniuersas bestias saltus. Considera ergo si esses sub maximo lapide sine morte, quanta tibi pœna. Corpora autem damnatorum erunt grauissime ponderosa, & erunt vnum super aliud compressa in inferno: & adhuc multitudo dęmonum, tot grauium & fortium ad comprimendum. Si enim diabolus contra Deum fortis fuit in cruce eum occidendo. Hiere.46. Fortius impegit in fortem, quanto magis contra homines præualebit? Gen.32. Ipse enim est de quo Abachuc.1. Ipse de regibus triumphabit: & super omnem munitionem conridebit. Eadem enim naturalis potentia remanet in dæmonibus, quam habuerunt ab initio, dum fuerũt creati boni, quia Dionysio teste, data eis naturalia, remanserunt splẽdidissima & integra. Vnde quia infatigabiles sunt in malum agendum, ita & in seuiendum. Inde Daniel.3. In figura dicitur. Non cessabant ministri regis Babylonis, succendere fornacem. Quia igitur durum erit portare tantum diaboli iugum his qui respuerunt suaue iugum Christi? Durum.n. videbatur dũ erant in hoc mundo. Sed dum peruenient in alio, iudicabunt oppositum: sed tarde nimis. Pondus enim magnum quandiu est in aqua faciliter portatur, & dum aqua deficit, portari non potest. Sic peccatum, quandiu sentitur delectatio in hoc mundo, faciliter a peccatoribus portatur, cum testimonio. Psal.37. Iniquitates meæ quasi onus graue, &c. Sed cum delectatio in inferno desinet, tunc portari non poterit.

Pondus dæmonis & peccati grauissimum.

Fortitudo diaboli maxima.

Damnati qui in mundo similes erant ioculatoribus, per septimam pœnam torquebuntur, inedia, nuditate pudendorum, recordatione præteritarum commessationum, & fame canum. Cap. XII.



Eptima pœna corporalis est fames crudeliter affligens. Et hæc quadrupliciter. Primò tali inedia punientur damnati, quòd de nulla re, nec per se, nec per alium, sibi poterunt prouidere. Incarcerati in carceribus huius mundi, & si per ipsos sibi prouidere non possint, possunt tamen per amicos vt per vxorem, filios, & cognatos, aut etiam per homines misericordes, qui eleemo-

Fames erit pœna crudelis damnatorum.

ſynas eis largiuntur, & ſic quandoque bene reficiuntur, & in hoc eſt eis magna conſolatio. Sed non ſic erit in inferno, quia nec Deum, nec aliquam perſonam, nec aliquam creaturam, propitiam habebunt, immo non erit creatura quæ non nitatur iniuriam creatoris vindicare. Sap. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Filios enim, & filias, vxorẽ, & cognatos quos tantum dilexerunt, ſentient inimicos pro peccatis, quæ pro eis commiſerunt. Et filius litigabit contra patrem in inferno, quoniam fortè, patris exemplo, vſurarius fuit, aut per eum poſſedit hæreditatem malè acquiſitam, & ſic damnatus eſt. Pater econuerſo maledicet filio dicens. Maledicta hora in qua te genui, quia pro te illicita acquirendo damnatus ſum: Sic vxor maledicet viro, & econtrario, & filia matri, & econtrario. Mich. 64. Filius contumeliam faciet patri, & ſimiliter conſurget aduerſus matrem, & ſic inimici hominis domeſtici eius, & ſic de alijs, qui ſubditos non correxerunt, qui exempla peccati dederunt, vel qui conſortes peccati fuerunt. Nullus ergo erit ibi amicus. Sed omnis homo, Deus, & diabolus, inimicus. Nullus erit qui de eis miſericordiam habeat, immo lętabitur iuſtus cum viderit vindictam, & ſic non erit ſpes alicuius auxilij, nec a parte Dei, nec a partę hominum. Quãta igitur fatuitas, pro amore fatuo, cuiuſque alterius ſe velle damnare, qui nõ poterit ſibi ſuccurrere: immo erit inimicus, ſi ſit eius cauſa damnatus; vel gaudebit de ſua damnatione ſi ſit ſaluatus. O quanta pœna habere inimicos quos prius tantum dilexit, qui etiam ſi omnibus bonis abundarent, in nullo ſuccurrere vellent. Tunc erga tales omnino ceſſabit pietas, & miſericordia. Videte igitur quomodo debetis amare filios & filias, vxores & alios quoſcunque. Secundò ſic pauperes erunt, quòd nudi, nec panniculis quibuſcunque eorum fœtida corpora cooperientur. Naum. 3. Reuelabo pudenda in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatẽ tuam. O Deus quid facient tunc viri & mulieres quæ nunc turpia ſua verecundantur videri? Quanta eſſet verecundia vni honeſto viro, vel honeſtæ mulieri, nudum, vel nudam eſſe coram magna multitudine populi. Sed maior verecundia, & confuſio ipſis damnatis erit, eſſe nudos perpetuò coram tanta multitudine damnatorum, & dæmonum cum illis turpiſſimis corporibus: de quibus magis verecundabuntur, quã ſi eſſent talia, qualia ſunt in hoc mundo, etiam cum omnibus infirmitatibus præſentis temporis. Vbi erunt camiſiæ delicatæ: capitegia & pepla mulierum: & dominarum tunicæ duplicatæ & pellitæ, cum caudis amplis, & alijs huiuſmodi? Vbi lecti molles cum coopertorijs varijs, vbi puluinaria & tapeta, quæ pedibus ſubſternuntur, & parietibus applicantur? Omnia enim talia per conflagrationis ignem, qui præcedet faciem iudicis, erunt conſumpta: immo & omnia caſtra & palatia, & huiuſmodi. In his cogitẽt qui iſtis tantum abutuntur, vt ad infernum deſcendant. Vbi pecuniæ, vbi theſauri, & alia precioſa, quę tantum dilexerunt, vt pro eis acquirendis ſint damnati. O domine Ieſu vnde nobis tanta inſania, quòd tot expenſis, & tanto labore, mundi gloriam quęrimus, & confuſionem inferni non curamus: immo grauibus expenſis procuramus? Tertiò recordabuntur pręteritę refectionis, & maximè guloſi, qui tanta cura & diligentia ſeruierunt corpori cum tantis laboribus, & nocte, & die, vacauerunt comeſtioni, non curantes de ſalute animarum ſuarum. Hoc peccato gulę infiniti homines damnabuntur. O quanta pœna & quanta confuſio, quòd pro tam modica comeſtione, & tam breui, ſint damnati comeſtione. Sed vt ait Auguſt. libro de conflictu virtutum, & vitiorum. Ne homo fame moreretur, Deus omnia ad eſum creauit. Sed ne menſuram cõmedendi excederet, abſtinentiam imperauit. Nam inter cętera ſua mala, ſatuuitate maximè panis, Sodoma perijt, domino atteſtante, qui ad Hieruſalem per prophetam.

Filij patres & patres filios, ac cõſanguineos odio habebit, & maledicẽt in inferno.

Gula peccato quãplurimi dãnabũtur

Z

A

tũ. Ezech. 16. loquitur, dicens. Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomę saturitas
B panis. Quapropter sicut egreditur quis ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet accedere, nequaquam videlicet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens. Incarnata veritas per Euãgelium dicit Luc. 21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula. Quomodo contra de insatiabili voracitate Iudæorum: dicit Apost. Phil. 3. Multi ambulãt quos sæpe dicebam vobis: nunc autem flens dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est. Et rursum. 1. Cor. 6. Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. Hęc Aug. Talibus ijs deditis dicetur, sicut illi diuiti, qui epulabatur quotidie splendidè, & sepultus est in inferno. Luc. 16. Recordare fili, quia recepisti bona, &c. Mun-
C dani enim homines similes sunt ioculatoribus, qui semper explorant comessationes & nuptias, & splendidè comedũt ad alienam mensam, & pauperem ad ꝓpriam. Sic illi transactis temporalibus in bonis, & lætitia caduca: venient ad propriam mensam, in inferno, vbi pauperrimè comedent cum dolore & angustia. Totum enim hic comederunt: ideo nihil habent ibi, quod comedant. Dicetur enim eis tunc in illo cruciatu: recordare quomodo excessus multos, & multa peccata cõmisisti in prandijs & cœnis, ꝓpter quæ dãnatus es. Tunc maledicẽt horæ & tempori, quibus talia commiserunt. Desistamus igitur sic viuere: sed loco excessuum demus eleemosynam pauperi, vt nobis dicat Christus in die iudicij, illud Mat. 25. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Venite benedicti patris mei, &c. In viris enim sanctis primò sũt ieiunia, & postea delectatio & festa. Sed
H econuerso in malis. Psal. 58. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. Quarto famem patientur, de quibus Esa. 64. Et vos qui dereliquistis dominum, &c. Pro eo ꝙ vocaui, & non respondistis, locutus sum, & non audistis: & fecistis malum in oculis meis: & quę nolui elegistis, propter hoc dicit dominus Deus. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce [illegible] & uos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis: & prę contritione spiritus vlulabitis. Damnati igitur præ magnitudine famis clamabunt. Quanta pęna sit fames, possunt scire qui illam passi sunt. In obsidione enim præ magnitudine famis, solent homines comedere canes: & matres proprios filios, vt etiam videatur naturalis amor deperire. Sed reuera fames quoruncunque viuentium nihil est, ad illam inferni famem quæ perpetua erit. Quid facient ecclesiæ contemptores, qui modo nolunt ieiunare, qui ibi perpetuò velint nolint, ieiunabunt tanta rabie famis, vt nihil plus sit inexcogitabile. Melius esset hic ieiunare, vel minorem famem pati, quàm incurrere illam tam grandem quæ nunquam deficiet. Benè enim esurient illi de quibus. Esa. 9. Erit populus quasi esca ignis, vir fratri suo non parcet, vnusquisque carnem brachij sui vorabit.

Mundanis iocularibus comparatur.

Infernalis potus, sitim non satiat: bibendi desiderium ingerit; os amaricat; dentes mirabiliter crucias. Cap. XIII.



Octaua pęna erit sitis æterna mirabiliter affligens. Circa enim membrum oris in quo specialiter viget sitis, licet etiam totum corpus, & maximè interiora afficiat: & his pœnam & dolorem immittat, erunt quatuor species pęnæ. Primò damnatis aqua præsentabitur, sed sitim extinguere non valebit, etiam bibita. Totus enim ille carcer, erit plenus aqua & igne: nec aqua extinguet ignem, nec ignis consumet aquam, vt dictum est, sicut fit in hoc mundo: ideo sicut ille ignis non destruet corpora damnatorum: ita nec aqua illa extinguet sitim. Videmus enim ꝙ aqua bibita a febricitantibus, vel etiam lepro sis, non extinguit eorum sitim: sed magis inflammat. Quanta erit pœna habere tantam aquam, quæ non possit se dare sitim? Sicut enim dormientes & somniantes, D

Pœna quatuor damnatorũ circa sitim.

niantes credunt se habere sitim, & bibere: cum ex tali phantastico potu nō extinguatur sitis: tantum patiuntur in tali somno, a fortiori si quis summè sitiat in vigilia, & habeat aquam, & non possit bibere: summè patitur. Sed nihil est in comparatione ad damnatos, qui ex aqua tanta præsenti, sitim extinguere non possunt. Ibi erit balneum multarum aquarum, quo corpus non mundabitur. Hoc balneum debetur ijs qui se balneant in aquis tepidis: & multa peccata committunt: vtpotè cum balneant se viri cum mulieribus, qui peccata committunt tā videndo, quàm tangendo, & loquendo: & multis alijs modis quos Deus nouit: de quibus post hoc in confessione non loquuntur: immo cum talibus peccatis descendunt ad balneum inferni. Talia balnea non extinguunt ardorem concupiscentiæ carnalis: immo accendunt. Secundò damnatus sic ex siti cruciabitur, quod bibendi cupido numquam cessabit: nec tamen poterunt bibere, & in aqua erunt. Hoc dixerunt poetæ. Finxerunt enim tria genera pœnarum esse in inferno. Nam quidam sunt inter duas rotas plenas rasorijs contra se vertentibus, & incessanter lacerantibus, vt Ixiō. Hi sunt superbi qui in rota fortunæ superbierunt. Alij sunt, quorum iecur a vulturibus contra se trahitur, vt voluptuosi. Alij qui sitiunt maximè: & sunt in aqua vsque ad mentum, & nō possunt bibere vt auari. vt dicunt de Tantalo, qui sic visus est in inferno, nec tamen bibere poterat. Vnde, & diues sepultus in inferno, petijt ab Abraam, vt mitteret Lazarum pro extinguendo sitim, & poneret extremum digiti in aquam, ad refrigerium linguæ propter ardorem sitis, quod nō potuit obtinere. Sunt enim ibi ligati, iuxta illud. Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, sicut furiosi qui carent sensu, ligari solent, & ne noceant incatenari. Sic insensati peccatores, qui modo vitam iustorum existimant insaniam. Sap. 5. Tūc in inferno ligabuntur: & ibi perpetuò tenebuntur. In hoc enim mundo, vt videtur nullus est ordo. Nam boni & iusti ligantur, ne operentur bonum quomodo vellent, ne ascendant ad dignitates, & alia vbi benè operari possent. Sed stulti non ligantur: immo vbique discurrunt, vbique ascendunt. Sed econtrario in inferno, secundum ordinem diuinæ iustitiæ ligabuntur ne noceāt amplius. Hæc autem pœna maximè debebitur his, qui per linguam peccauerunt in potu. Sap. 2. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Sicut igitur ille diues semper sitit, quia peccauerat in bibendo: sic peccatores qui in hoc peccant, multum sitient in inferno si in talibus peccatis moriantur. O quanta pœna semper sitire: sicut imaginari possunt qui quandoque magnam sitim passi sunt. Pro omnibus diuitijs quas habuerunt in hoc mundo: pro copia frumentorum, & vinorū quæ habuerunt in cellarijs, non habebunt buccellam panis; nec vas aquæ ad bibendum. Quid igitur faciendum? Certè facere debemus sicut peregrini, qui exeuntes de patria sua faciunt bursarios, quibus sua tradūt, vt sibi necessaria prouideant in patria ad quam tendunt. Sic nos tanquam peregrini, qui non habemus hic ciuitatem permanentem: sed futuram inquirimus. Heb. vlt. Bursarijs committamus: pro quibus Christus dicet in die iudicij. Sitiui & dedistis mihi bibere. Ille intuitu huius prouidebit nobis de necessarijs: sic quòd non indigebimus, nec patiemur famem aut sitim. Ponunt enim in bursa pro futuro tempore, qui eleemosynam dāt. Eccl. 16. Eleemosyna viri quasi sacculus cum eo. Pauperes enim eleemosynas sibi datas in cęlis portant, vt ibi thesaurum inueniant qui dederunt. Vnde Laurentius dixit tyranno. Facultates ecclesiæ quas requiris, in cęlestes thesauros, manus pauperum deportauerunt. Tertiò damnatis sapor erit amarissimus. Erit enim infernus tunc pessimum hospitiū damnatorum. Primò quia in tali hospitio, felle & absynthio potabuntur. Iob. 10. Panis eius in vtero illius, vertetur in fel aspidum intrinsecus. Hiere. 20. Ecce ego cibabo populum istum absynthio: & potum dabo eis aquam fellis. Tren. 3. Re-

Margin notes: E *Inferni pœnæ tres secundum poetas.* — F — G — *Eleemosynæ faciendæ sunt pauperibus.* — H *Sapor amarissimus est in damnatis.*

plevit me amaritudinibus: inebriavit me absynthio. Non est tamen intelligendum, quòd ibi sit fel: sed ꝙ in ore erit amaritudo, ac si comederent & biberent absynthium: immo maior, quia non possumus per aliquas præsentis seculi pęnas exprimere illas inferni. Sed quantum possumus, exprimimus per nobis nota & sensibilia: seu per minus dicendo, & maius intelligendo. Nam & adhuc peius potabuntur. iuxta illud. Psal. 10. Ignis sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Deut. 32. Fel draconum vinum eorum: & venenum aspidum insanabile. Esa. 14. Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Hæc enim erit pęna pro salsis, & speciebus, & alijs delicatiuis, quæ hic comedimus, & bibimus: & in quibus damnati plura peccata commiserunt. Exemplum recitat Cęsarius, quidam peregrinus sclauinam suam pro vino forti exponens, intantum bibit, quòd inebriatus, a mente alienaretur, & mortuus æstimaretur. Eadem hora ductus est spiritus eius ad loca pęnarũ, vbi super puteum operculo ligneo tectum, residere conspexit principem tenebrarum. Inter cæteros adductus est Abbas Correię, quem princeps multum salutans eum calice igneo, sulphureum & putentem ei ministrat. Qui eum bibisset, amoto operculo, missus est in puteum: peregrinus autem hoc videns, fortiter tremebat. Et diabolus altè clamauit. Adducite huc illum dominũ qui sero vestem peregrinationis suæ pro vino exponendo, inebriatus fuit. Quo audito peregrinus ad bonum Angelum qui illuc eum duxerat respiciens, promisit, quòd nunquam inebriaretur, dummodo illa hora liberaret eum. Qui mox ad se reuersus, diem & horã notauit: & rediens in terram suam, dictum Abbatem eodem tempore obijsse cognouit. Secundo pessimè ibi cubabuntur. quia Esa. 14. Subter te sternetur tinea, & operimentũm tuum vermes: pro mollibus enim culcitris, tineam habebunt: & pro varijs coopertorijs vermes. De candela vero quam circa lectum suum habebunt dicitur, Iob. 17. In tenebris straui lectulum meum. Et Prouerb. 13. Lucerna impiorum extinguetur. Et. 28. Auferetur ab impijs lux sua. Et Esa. 60. Tenebræ operient terram: & caligo populos. Et Thren. 3. In virga indignationis eius me minauit: & adduxit in tenebras & non in lucem. Tertiò, quia ibi pessimè pascentur & reficientur: immo erunt pastura ignis. Tales enim sic delicatiui nutriunt carnes suas ad fomentum ignis propter eorum pinguedinem. Deut. 32. Ignis succensus est in furore mentis. Et sequitur. Deuorabit terram cum germine suo. Quartò, quia illud hospitium est tumultuosum. Sopho. 1. Vox clamantis a porta piscium & vlulatus filiorum Israel; quoniam in se fecerunt viam suam. Hiere. 46. Audierunt gentes ignominiam tuam; & vlulatus tuus repleuit terram. Quintò, quia in hoc hospitio vilissime tractabuntur & recipientur; quia nulli propter suam potentiam, sapientiam, vel nobilitatem, in aliquo deferetur, quin a Deo & sanctis suis irrideantur; & in loco vilissimo collocati, & tractati, vilissimo contemptui habeantur. Sap. 4. Illos autem dominus deridebit in iudicio suo; & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum. vnde & Luc. 16. dicebat malus diues ibi hospitatus ne fratres sui illuc accederẽt; mitte eis Lazarum, vt testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Sextò, quia ibi habebunt hospitem nequissimum; quia quantò plura pro diabolo fecerit, tanto plus torquebit eum. Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, &c. Et Hiere. 6. Sagittam & scutum arripiet; crudelis est, & non miserebitur; & cum hoc faciet eis soluere pessimum symbolum, quia Iob. 20. Diuitias quas deuorauit euomet; & de ventre eius extrahet eas Deus. Et ibidem. Cum satiatus fuerit arctabitur, & omnis dolor irruet in eũ. Psal. 47. Ibi dolores, vt parturientis; & ideo Iudicum. 2. dicitur. Eleuauerunt vocem, & fleuerunt; & vocatum est nomen loci illius flentium, sine lachrymarum.

marum. Septimo propter loci malitiam. Cum enim quis in malo hospitio hospitatus é: potest inde exire, vel aliud quærere remedium. Sed sic non erit, ex quo quis erit ibi hospitatus, nunquam inde exibit. Esa. 24. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur in carcere. Congregabuntur enim ibi sicut homicidæ ad patibulum, & sicut spinæ ad comburendum. Esa. 33. Sicut spinæ igni congregatæ comburentur. Stultus enim esset qui non pateretur omnia genera pœnarum, antequã in illam domum se pateretur introduci. Inde est quòd pœnitentiam necesse est facere, sicut dicit Iob. 10. Dimitte ergo me domine, vt plangam, &c. alioquin tantum poterit expectare ad eam agendam, quòd eam velis nolis subintrabis: quia Iob. 7. Scriptum est, Si sustinuero infernus domus mea est. Quarta pœna respectu oris, erit dolor dentium. Cum enim talis dolor pro præsenti, sit maximus: ita vt plures quasi fatui reddãtur: credere debemus illum dolorem non deesse ipsis damnatis, & multo maiorẽ quàm hic patiamur, quia scriptum est Deut. 32. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis: propter hoc dicit Euangelista, quia ibi erit stridor dentium, & non solum ex maximo frigore de quo prius dictum est, sed ex intẽsissimo dolore dentium. Hęc pœna maximè respondet deuoratoribus & detractoribus, & raptoribus, qui deuorant omnia dentibus suis.

I *Dẽtium dolor erit in dãnatis.*

Infernalis confusio, ex quatuor prouenit: ex vili attrectatione, turpi collocatione, magna seruitute, & mala societate. Cap. XIIII.

K *Verecũdia et cõfusio maxima erit in dãnatis.*

NOna pœna corporalis, erit verecundia, & confusio: & hæc confusio erit in quatuor pęnis. Primò, quia ipsi damnati tractabuntur vilissimè, quia vilius quàm aliqua res huius mundi vilissima. Inde Iob. 10. Hæc considerans dicebat. Dimitte me domine, vt plangam, &c. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo: ibi .n. non deferetur Regi plusquã famulo, nec Papæ plusquam minori clerico: nec Reginæ plusquã pauperculę, quin ita viliter, imo vilius tractẽtur, & puniãtur: q a erũt ibi primi, nouissimi; & hoc é qđ dr̃ 1. Reg. 3. Qui me cõtẽnunt, erunt ignobiles. Tales. n. qui in hoc mũdo fuerũnt in statu digniori, magis debuerunt Deo seruire, & ipsum honorare, ratione status in quo Deus ipsos posuerat. Qđ si non fecerunt, de ipsis fiet iudicium durissimum. Sap. 6. Non erit ergo ordo tunc, qui nunc est, & secundum quem subditi obediunt superior, ibi non obediet magis Regi famulus, quàm Rex famulo: nec filius honorem faciet patri; nec filia matri. O Reges & Principes, & alij qui in hoc mundo tantum dilexistis honores, & reuerentias, & spreuistis pauperes: cogitare quomodo tractabimini in inferno. Sed contra hoc obijceretur. quia Sap. 2. Omnia fecit Deus in numero, pondere, & mensura, igitur erit ibi ordo. Respondetur ꝙ ibi erit ordo vno modo, & alio modo non erit. Ex parte quidem Dei punietis est ibi summus ordo, sicut & in cunctis operibus suis; Quæ enim a Deo sunt, ordinata sunt. Rom. 13. Primò quidem, seruabit ordinem in commutatione culpæ in pœnã, quia ibi culpa ordinabitur per pœnam, secundum culpæ exigentiam. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscõderunt; væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala; væ impio in malũ. Retributio. n. animæ eius fiet ei. Secundò seruabit ordinem in numero, quia non erit cogitatio dictum vel factum, pro quo ibi pœna non soluatur. Iob 20. Hoc scio a principio ex quo positus est super terram homo, ꝙ laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti, & sequitur. Luet quæ fecit omnia, nec tamẽ consumetur iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit. & sequitur. Deuorabit eum ignis qui non succendetur. Hæc est pars hominis impij a Deo. & Rom. 1. Reuelabitur ira Dei super omnem impietatem, & iniustitiam hominum.

L *Ordo in inferno quo erit.*

nom. Dicit omnem, vt etiam minorem non excludat. Sicut enim nullum bonum irremuneratum, ita nullum malū impunitum. Eccl. 12. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium siue bonum, siue malum. Tertiò, ordinem seruabit, superbos cum superbis, auaros cum auaris, luxuriosos cum luxuriosis puniendo: quod quidem innuitur. Mat. 14. vbi parabolicè dicitur a patrefamilias seruis suis & Angelis. Colligitę zizaniā in fasciculos ad comburendum. Erit.n. vnus fasciculus omniū superborū, alius hypocritarū, alius inuidorum, & sic de alijs. Quartò seruabit ordinē, q̄a in illa parte corporis plus puniet, in qua plus peccauit. Luc. 16. Diues magis cruciabatur in lingua; ideo magis remedium quęrebat de lingua, quia in illa parte plus peccauerat, propter illicita verba, & cibos. Quintò, in qualitate, quia qui in luxuria peccauit, vbi est ardor in corde, & fętor in corpore, & opere plus ardenti pœna, & fętenti punietur. Ira & qui plus peccauit in superbia & honore, plus habebit de confusione, quia qui se exaltat humiliabitur. Sextò in quantitate, quia qui grauiora peccata commisit, grauius punietur. Apoc. 18. Quantū glorificauit se & in delicijs fuit, tantum daræ ei tormentum & luctum. Sicut .n. idē ignis non ęqualiter agit in lignū viride & siccum: sic ignis gehennæ licet sit idem ignis vrens omnes impios, vt dicit magister, non tamen omnes ęqualiter vret: sed secundum delictorum exigentiam. Lucę 6. Eadem quippe mēsura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Septimò etiam seruabit illum ordinem quem ponit Salomon, quia per quę quis peccat, per hęc torquetur. Peccat enim miser homo per creaturas male eis utendo: sic hæc per creaturas affligetur, & eis subijcietur, quia pugnabit orbis terrarum cum eo contra insensatos. Sap. 6. Sed ibi nullus erit ordo, multis modis. Primò, quia elemeta ibi non seruabunt illum ordinem naturalem, quē habent ibi. Ignis ei cuius ordo est illuminare & ardere: ibi ardebit: sed non illuminabit. Psal. 78. Vox domini intercidentis flamma ignis, quod exponens Cyprianus dicit, dominus flammā ignis intercidet, quia ardorem in inferno, & lumen in cęlo ponet. Secundò, non seruabitur ordo, vt ignis separetur ab aqua, sed erunt simul mixta cum multis etiā alijs, vt fumo, & fætore, nec vnum suffocabit aliud, sed magis nutriet, cuius tamen oppositum ibi seruatur. Tertiò, quia hic cum quis sustinet calorem magnum, non habet frigus, aut econuerso, & transeundo de vno in aliud sentit refrigerium, saltem in principio, sed in inferno, vt iam dictum est, simul experiuntur calorem, & frigus sine consolatione. Quartò, cum quis in hoc mundo patitur aliquod malum, non timet illud, quia timor est de malo futuro. In inferno verò patiendo, timent damnati, & timendo patiuntur. Quintò, quia non erit ordo inter Reges, & Principes & famulos, nec vnus vt dictum est, alteri deferet, sed omnes vilissimè absque ordine tractabuntur, & confusibiliter punientur. Si enim ordinis priuatio horrorem inducit apud nos, quanta illa deordinatio, vbi omnis deordinatio mūdi adducetur vindicanda? Sicut enim ordo rerum inducit pulchritudinem, & complacentiam, ita ablatio ordinis, cōfusionem & displicentiam. Secundò, in inferno turpissimè locabuntur. infernus enim est terra tenebrosa, terra miseriæ, & locus in corde terræ omnibus miserijs plenus (vt sæpe dictum est) adeò vt dæmones timeant illuc ire, immo rogauerunt dominum Lucæ 8. Rogo te ne mittas nos in abyssum, libenter enim illa legio mergit se in mare, vt fugeret abyssum, licet aliqui sint ibi ad exercitium damnatorum. Vnde Apoc. 20. legitur Angelus diabolum eiecisse, & clausisse in profundo abyssi. Eccl. 1. Profundum abyssi quis mensus est, nisi forte Deus, aut diabolus: ut patet de illo qui beato Andreæ respondit, q̄ ipse cognouerat, quantum erat a summo cœlo, vsque in profundū abyssi. Præterea, quando nobilis persona est adiudicata & clausa ab aliquo loco vili: puta si Rex ponatur in carcere: etiam si nulla alia pœna sensibili

M Ordo in inferno peruertetur.

sensibili cruciaretur: ex hac solum incarceratione multum doleret. Cum igitur anima sit nobilissima regina, & sciat se esse creatam ad habendum dominium totius mundi, & sibi competat locus cęli empyrei, qui est super omnes cœlos: & videat se detrusam in centrum terrę: qui est locus infimus omnium: vbi etiã secundum Basilium, vt iam dictum est, in fine mundi fex omnium elementorum reponetur, & vt ipse dixit: tunc proprietates læsiuæ omnium elementorũ ab eis separabunt̃ virtute diuina: & in infernũ mittentur ad cruciatũ malorum. Et sic ex tali carcere habent magnam pœnam vltra alias & meritò, quia enim terram dilexẽrunt plusquam cœlum, ideo ad terram condemnati sunt: vbi misera anima sicut cadauer putridũ abscondetur. Vnde ponitur quis in carcere multis de causis. Primò, vt se corrigat, & hic est mundi carcer, cuius carceris introitus vilis, sed exitus durissimus. Ianitor vero diabolus, qui etiam in morte animã Christi expectabat. Secundò, ponitur quis in carcere, vt seruetur ad iudiciũ. sic peccata in arcano conscientię reproborum, vt adducantur in diẽ iudicij. Tertiò vero ponitur quis in carcere vt ibi moriatur, & hic est infernus, vbi locabuntur omnes dãnati, & dæmones perpetuò, absque vlla spe exitus aut consolationis. Vbi camerę huius mundi ornatæ tapetis & picturis cum tantis expensis? Vbi castra? vbi palatia & sumptuosa ædificia? Vbi lecti molles & alia sumptuosa quæ hic diligebantur adeo vt pro talium acquisitione multa cõmitterentur peccata, emendo, vendendo cum mendacijs, & periurijs & fraudibus infinitis: vbi etiã fiebant luxuriæ & comessationes? Quanta fatuitas, pro re tam transitoria & quasi momentanea, tot & tantas pœnas perpetuò sustinere velle. Recitat Cyrillus in libro de obitu beati Hieronymi, ꝙ quidam vocatus Nicolaus Creten. insulæ Episcopus, sibi narrabat, ꝙ in Candia sacerdos quidam suæ maioris ecclesiæ custos, luxuriæ & ebrietati deditus migrauit: cuius corpore in ecclesia sepulto, subsequenti nocte, tantus in ecclesia & eius cęmiterjs ĩ illa ciuitate fuit sonus & tremor, ꝙ pauore vehementi velut amentes, singuli de ciuitate nocte illa ad ecclesiam confugerent. Audiebãt quidam sonitus campanarum & aliorũ horribiles sonos: diuinam orant clemẽtiam: sed nullum sentiunt exauditionis effectum. Diluculò, cessante illo horrore, cuncta quę fuerant in ecclesia, reperiunt reuoluta: & quasi vndique flammis ignium violata. Ad hęc memoratus Põtifex, orationes indicens populo, quid sequenti veniat nocte pręcipit expectari. Sequenti autem nocte duplex strepitus, & pauoris tribulatio secuta est. Sic ad diuinam clementiam implorandam, concurrit populus ad ecclesiã. Die elucescente, omnibus in ecclesia cõgregatis, apparuit Hieronymus, dicens. Propter cadauer illius miserrimi Sacerdotis, indignum sacris locis, & ad terrorem peccantium, hoc contigisse: & mandauit cadauer comburi: aliter pestilentia illa cessare non posset: quæ omnia facta sunt: & sic cessauit illa tempestas. Si igitur cadauer exhumatum est, & in sterquilinio proiectum, quid putandum est de anima eius, quàm vili loco sit reposita? Tertio erunt in seruitute maxima. Primo enim cum homo factus sit, vt sit omnium mundanorum dominus, iuxta illud Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues & vniuersa pecora campi. Volucres cœli & pisces maris. Ita tamen vt obediret ei qui fecit eum, quia noluit ei obedire: iustum est vt creaturæ propter ipsum factæ sibi sint ad ęternum supplicium, vt qui noluit Deo obedire, velit nolit seruis suis subijciatur. Secundo, subijcientur dęmonibus, & ab eis sicut a tortoribus patientur. O q̃ grauis pœna his qui in hoc mundo iubere & pręcipere consueuerunt, quorũ imperiũ & dominationes versa erunt in seruitutem: & non immeritò, quia in hoc mundo suo Creatori in decem pręceptis tantum noluerunt obedire. Videmus enim quomodo reges & principes & cæteri domini: immo paterfamilias & materfamilias seruos suos, immo

N. Carcer datur alicui pluribus de causis.

Admirãdum facinus.

O Seruitus maxima dãnatorũ.

mo etiam filios puniunt, & subijciunt seruituti, aliquando mortem inferendo secundum diuersas transgressiones suorũ præceptorum vel aliter: puta carceribus mancipando, vel verberibus castigando. Sed hæc est seruitus temporalis & transitoria, quia etiam dominium transitorium est. Sed inferni seruitus, erit perpetua. de qua Hier. 17. Seruire te faciam inimicis tuis, in terra quam ignoras, idest in inferno, qui est in medio terræ vt dictum est. Et ratio huius seruitutis tãgitur capitulo 16. eiusdem. Quia dereliquerunt me patres vestri ait dominus, &c. & legem meam non custodierunt, sed & vos peius operati estis quàm patres vestri. Ecce enim ambulabat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat: & sequitur, Eijciam vos. s. per mortẽ de terra, ac ĩ terrã quam ignoratis, scilicet inferni, & seruietis ibi dijs alienis, scilicet dęmonibus die ac nocte qui nõ dabunt vobis requiem. Nec mirabile. Cũ enim sit modo tempus ad laborem in vinea domini, exercendo se in mandatis eius, noluerunt laborare, immo voluerunt quiescere, facientes sabbatum ante tempus, ideo modo perpetuò laborabunt. Ps. 48. Laborabit in ęternum, & viuet adhuc in finem. Exemplum Luc. 12. De diuite qui dixit animę suę. Anima mea habes multa bona in annos plurimos reposita: requiesce, comede, bibe, epulare. modo autem laborat in pœnis perpetuis; hoc enim quodammodo intellexerũt poetę. Nam Virg. 6. Aeneid. & Sen. tragedia prima, dixerunt, ꝙ filię Danai, qui paterno iussu de nocte occiderũt quinquaginta viros suos, cum etiam essent quinquaginta; condemnatę sunt apud inferos ad portandum incessanter vrnas super montem excelsum, vt impleãt dolium sine fundo, & tamen nunquam possunt implere, ideo non cessant laborare. Vnde Arist. dicit. 2. Meteororum, quod dormientes percussi fulmine inueniuntur habere apertos oculos. Sic qui hic dormierunt in peccatis, tunc aperient oculos in pœna perpetuò vigilando.

Quarto, affligentur, quia erunt in societate pessima. Prima suis peccatis erunt associati, quibus confundentur pudore miserabili. Hiere. 2. Sicut confunditur fur, ita & tu confunderis. Probabile est enim, quòd in infernò apparebunt aliqua signa de causa damnationis eorum; sicut in fure, cui ad collum suspenditur furtum, quod est causa pœnę suę. Thren. 1. Iniquitates meæ conuolutæ sunt, & impositæ collo meo. Secundò, erunt in societate damnatorũm hominum virorum & mulierum pessimarum, qui erit maxima pœna damnatis. Si enim vir mulierem pati non potest, aut econuersò in hoc mundo, quid erit in inferno? ibi enim fallit illud prouerbiũ. Solatium miserorum est habere pares. Tum primò, quia quanto plures erunt damnati: tanto magis ignis ille ardebit. Sicut videmus, quòd quanto plura sunt ligna in igne, tãto ardor ignis est maior. Nullus autem nisi Deus, sit damnatorum numerum: de quo postea dicemus. igitur quanto plures erunt, tanto magis dolebunt. Tum secundò, quia quanto plures erunt, tanto plures luctus & clamores audient, quæ omnia eis erunt in pœnam. Tertiò erunt in dæmonum societate, a quibus nunquam separabuntur. Cogitemus igitur si poterimus hãc pęnam sustinere. Si pęna est damnato ad mortem, esse in carcere cum frigore, & fœtore, & alijs miserijs, quæ quandoque sunt in carceribus, vel cum hominibus mortuis & fœtidis, qui aliquando sunt cum alijs viuis incarceratis: maior erit pęna damnatis, esse cum tam turpissima, fœtidissima, & horrenda mortuorum societate. Hæc autem societas illis debetur, qui in societatibus huius mundi multa peccata commiserunt: sicut fit in ludis, & tabernis, & choreis, & multis alijs copijs, vel societatibus fatuorum: quæ societates vitandæ sunt, quia cum peruerso peruerteris. Ad hoc enim est sanctus Basilius in fine regulæ suæ dicens. Euita viros, quos erga mandata Dei videris negligentes, qui mortui sunt virtutibus: qui lętantur in proprijs voluptatibus, vt gaudijs careant diuinis. Cum huiusmodi viris nulla tibi

Societas damnatorũ pessima.

P

bi

bi sit commixtio, neque velis cum eis sermocinari assiduè, nisi quo eos posses assiduè reuocare. Cæterum, si non vales deuita vt publicum hostem. Sæpe enim per vnam ouem morbidam, polluitur totus grex: & modica pars fellis magnũ dulcorem vertit in amaritudinem: & fermentum modicum totam massam corrumpit hæc ille. Euita igitur societates peccatorum, vt possis euitare societates damnatorum. Nam in talibus societatibus iniquorum virorum, non est memoria Dei: & si est, hoc est in malo periurando, blasphemando, inhonestè loquendo, vel de absentibus murmurando, & detrahendo.

Damnati quorum corpora infirma, ponderosa, ligata, putrida, nuda, deformia, omni denique miseria plena: torquentur quadruplici contactu, scilicet suorum corporum, suorum locorum aliorum damnatorum, & dæmonum. Cap. XV.

Decima pœna corporalis damnatorum, erit in tactu maxima afflictio: licet enim huiusmodi corpora sint incorruptibilia, erunt tamen valde passiua. Si enim cogitemus aliquem gutturnosum, vel habente guttam: infirmitas illa reddit ita hominem illum passibilem, vt non possit tactum alicuius ponderis sustinere. Sic erunt illa corpora ita passibilia, quòd patientur in tactu grauissimam pœnam: & hoc pluribus modis. Primò ex tactu suorum membrorum valde ponderantium. Corpora enim damnatorum erunt ponderosa valdè, vt etiam brachia super corpus ipsius damnati, & caput super humeros, maximum dolorem faciant; & hoc possumus imaginari ex eo, ꝙ aliquando quis in parte aliqua corporis habet plagam aut malum aliquod, in quo si tangatur, statim clamore magno vlulat, etiã seipsum illuc non audet tangere. Sic corpora damnatorum erunt sic infirma, vt in tactu suorum membrorum sibi grauem pœnam infligant. Et talis pœna

R *Corpora damnatorum erunt põderosa.*

erit illis, qui sua membra tetigerunt turpissimè; & in talibus peccatis mortui sunt; aut qui intentione peccandi superflua emittere compulerunt. Vnde in floribus sanctorum recitatur, Parisius contigisse, quòd magister quidam dictus Silo, quendam suum scholarem ægrotantem obnixè rogauit, vt post mortem rediret, & statum suum denuntiaret; post igitur aliquot dies, sibi apparuit cum cappa de pergameno, tota descripta sophismatibus & intus flamma ignis. Qui requisitus a magistro quisnã esset, ait. Ego sum vtique qui ad te redire promisi, qui de statu requisitus ait. Hęc palliũ sup me plus ponderat, & plus me præmit, quàm si vnam turrim super me haberem; hæc est mihi datum, vt ad portem pro gloria quam in sophismatibus habui. Porrò flamma ignis qua est coopertam, pelles sunt delicatæ & variæ quas ferebam, quæ flamma, me cruciat, & exurit. Sed cum magister illam pęnam facilem iudicaret, dixit ei defunctus, vt extenderet manum, & sic facilitatem pęnæ suæ sentire posset. Cunque manũ suam extendisset, ille vnam guttam sui sudoris dimisit, quæ prædicti magistri manum citius sagitta perforauit: ita quòd cruciatum mirabilem sentiret: & ait, talis sum totus. Ille igitur magister ex ipsius pœnæ acerbitate deliberauit mundum deserere, & religionem intrare. vnde mane scholaribus congregatis: hos versus composuit. Linquo coax ranis, cras coruis, vanaque vanis. Ad logicam pergo, quæ mortis non timet ergo. Et sic seculum deserens, religionem intrauit. Hoc exemplum valet ad ostendendum ex pondere illius pallij quomodo post diem iudicij quando corpora erunt vnita animabus, ex pondere etiam aliorum corporum damnatorum, valde ponderantium, ac suorum membrorum, erit maxima pęna in damnatis: sic ꝙ brachium super corpus suum valde passiuum, multum affliget illud, cum illo ardenti igne sulphureo: & hoc pro peccatis commissis, ex ornamentis vestiũ, & pellium diuersarum, ex quibus superfluè multa consumentur: vbi ex talibus, magis

E

magis deberet subueniri pauperibus? Non enim dubito, quòd si nobis accideret sicut illi magistro, scilicet ꝙ unam guttam, siue paruam pœnam inferni sentiremus, sperneremus multa, quæ nunc sunt causa & occasio nostræ damnationis. Sic igitur, corpora damnatorũ sunt multum debilia, & infirma. Si.n.nũc aliquis adeò debilis ẽ, vt nõ possit surgere, nec virtute se de vno latere ĩ aliud ꝑ infirmitate, & dolore, quanto magis in inferno, vbi plus patientur quàm si haberent omnes infirmitates? quoniam (Iob 20.) Omnis dolor irruit super eum. Esa. 1. Erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, quæ nullam vim habet contra ignem, immo citissimè absorbetur ab igne. Iob 18. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia eius primo genita mors. Si ista mors sic deformat, & reddit impotens corpus humanum: quanto magis illa, quæ quasi in infinitum est acerbior: vnde erunt infirmi, & interius & exterius. Iob 20. Arctabitur scilicet extra, & æstuabit, scilicet intra, & omnis dolor irruet super eum: ita vt possit dicere damnatus illud Iob 30. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie. De infirmitatibus vero quibus ibi percutientur dicitur infra. Deut. 28. Percutiet te Deus ęgestate, febre, & frigore, ardore & estu, & aere corrupto, ac rubigine. Et sequitur. percutiet te Deus vlcere Aegypti, scabie, & prurigine, amentia, & cœcitate, ac furore mentis. Et sequitur. Augebit Deus plagas tuas magnas, & perseuerantes, infirmitates pessimas & perpetuas: & conuertet in te omnes afflictiones Aegypti quas timuisti, & adhærebunt tibi: & ideo non solum vna infirmitate infirmabuntur, sed simul omnibus. Non in vno tantũ membro, sed in omnibus: & ideo erunt membra impotentia ad operandum. Hinc Eccl. 9. Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sciẽtia, nec sapientia, ad inferos quo tu properas. Secundò, erunt ponderosi, aliter non deberetur eis locus infimus. Exo. 15. Descenderunt in profundum quasi lapis: & iterum, Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Aquæ vehementes, sunt pœnæ duriter concurrentes. Vnde Apo. 18. Et sustulit vnus Angelus lapidẽ magnum, quasi molarem, & misit in mare, dicens. Hoc impetu mittetur Babylõ ciuitas magna, scilicet in infernum, & vltra iam non inuenietur. Ita isti qui sicut molaris in hoc mundo, non nisi terrena molere voluerunt, mittentur in mare amaritudinum hoc impetu: quanto enim grauiores sunt, tanto maiori impetu descendunt in infernum. Hæc autem grauitas est mola, scilicet peccati, quæ ita grauabit eos, & deprimet sub tristi orbe inferni, vt amplius non inueniantur. Tertiò erunt ligata prę pondere peccatorum suorum, & catenarum infernalium. Psal. 148. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vnde non habenti vestem nuptialem Christus ait. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus & pedibus mittite eũ in tenebras exteriores. Mat. 22. In hoc dat intelligere, ꝙ ligabuntur manibus & pedibus, vt non possint vti membris ad suam voluntatem, sicut ligantur phrenetici: & comprimentur sicut in torculari vuæ: & hoc intelligitur cum dicitur ligatis manibus. Sed etiam erunt ligati quo ad affectiuam, quia nullum bonũ diligere possunt: & hoc cum dicitur ligatis pedibus: pedes enim sunt animæ affectus, animam deportantes. Similiter ligata erit potentia intellectiua, ideo dicitur. At ille obmutuit & ita ligatur, quòd ab alijs iuuari non potest, quia non est dignus, eo quòd vestẽ nuptialem non habeat, scilicet charitatis fraternæ. Tum quia præcisus est a corpore ecclesiæ. Vnde differenter ligantur homo & iumentum, quia homo ligatur in infantia: sed postea sine vinculo quo voluerit ire permittitur. iumentũ vero in principio quo vult ire permittitur. sed cum crescit ligatur, oneratur, & calcaribus pungitur. Sic qui vita humana & quæ decet hominem hic vixerũt:

Corpora damnatorum erunt ligata.

licet hic ligentur ligatura salutari decē præceptorum, vel consiliorum: tamen postea cum peruenient ad ætatem pleni tudinis Christi,euadentes in virum perfectum, erunt liberi & sine vinculo. Sed qui hic duxerunt vitam iumentorum, cum non videantur ligati, eo ꝙ ruperunt iugum,soluerunt vincula, trāſgredientes mandata Dei. Ideo in alia vita ligabuntur & onerabuntur tormentis,& pungentur stimulis inferni perpetuis. Quarto,erunt putrida. Iob 20. Si ascenderit vsque ad cœlos, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perderur.i.putrescet in inferno. Quid mirum si putrescunt ibi tot trunci putridi,qui defixi quondam fuerunt, infertili terra ecclesiæ, & non fructificauerunt? Membrum enim præcisum statim efficitur putridum & saniem emittit. Esa. 14. Quasi stirps inutilis sanie pollutus,& inuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt vsque ad fundamē ta laci.i.fundi inferni: quasi cadauer putridum,non habebunt consortium. Hic enim erit in die nouissimo, quando corpus malignitatibus suis eijcietur de sepulcro suo,sicut stirps inutilis, quæ fructum vtilem in vitam æternam non attulit,& sanie fætoris obuoluetur in perpetua secula. Hiere. 22. Sepultura asini sepelietur,putrefactus & proiectus. Qui primò excoriatur, & postea in fossatum proijcitur: a canibus, & auibus,& vermibus deuorandus,& non solum ipsi fætebunt,sed etiam fama eorum. Prou. 10. Nomen impiorum putrescet. Psal. 48. Veterascet in inferno a gloria eorum .i. non fiet mentio de fama & gloria amplius, quasi de veteribus alijs putridis. Quintò, erunt nuda. vnde beatus Andreas dixit, ꝙ egredientur homines nudi,& rei peccatores de corporibus,nihil secum præter peccata portantes. Sextò, erunt deformia,obscura,& opaca. Thrē. 4. Denigrata est sup carbones facies eorum,non sunt cogniti in plateis:adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum. Denigrata est, quia ipsi erunt titio ignis inferni,& torris fumans in incendio,qui denigrari potest,sed nō

Corpora dānatorū erunt deformia, obscura, et opaca.

illuminari. Quod autem dicitur non sunt agniti in plateis, sensus est,ꝙ intantum ducuntur ad alium colorem a pulchritudine quam habuerunt hic, dum nutrirent carnem suam in delicijs,ꝙ in plateis non cognoscentur, etiam si tunc viderentur, quia tunc diaboli deformitas obtinebit facies eorum,& non color humanus. Cutis autem adhæret ossibus quia ibi pinguedo epularum, & ingurgitationum remouebitur:& sic erunt quasi lignum aridum, quod erit cibus inferni. Septimò erunt omni miseria plena. Nam habebunt fletum in oculis,stridorem in dentibus,fætorem in naribus, gemitum in voce,terrorem in auribus,vīcula in pedibus & manibus,ignē in toto corpore: nec ipsa corruptio & putrefactio aufert ab eis sensibilitatem, vt solet fieri de mēbro putrido: sed potius augebit,vt lepra & vlcera Aegypti. Exo. 3. Non poterant malefici stare corā Moyse, propter vlcus. ideo dicebat Dauid. Psal. 87. Repleta est malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquauit, scilicet per hoc quod facta est similis vitæ infernali. Secundò, erit pœna grandis ex contactu suorum locorum ipsos damnatos contingentium. Sicut enim videmus,quòd infirmi si ponerentur super lectum durum,vel lapidem paterentur:imo in lecto molli valde patiuntur, nec quiescere possunt multi propter infirmitatē sui corporis? Sic corpora damnatorum maximè passiua, & sensibilia, valde affligentur ex contactu corporū, quæ continebant illa. Et hæc pœna specialius debetur illis, qui in lectis mollibus & ornatis multa peccata horrenda commiserunt. de quibus Amos. 6. Væ qui dormitis in lectis eburneis: & lasciuitis in stratis vestris. Væ enim imprecatio est maledictionis æterne his, qui dormiunt in talibus lectis,& ibidem lasciuiunt: peccata luxuriæ & alia mala committendo, vel qui vt pigri ibi steterunt multo tempore,quo possent orare,vel aliquod bonum facere. de quibus Prouer. 23. Sicut ostium vertitur in cardine suo: ità piger in lecto suo: O quàm grauis pœna his,qui assueti sunt dormire in

Miseria maxima damnatorum.

Pœna grādis erit dānatis, ex contactu suorū locorum.

re in albis linteaminibus & culcitris delicatæ plumæ. O quantum dolebunt eis latera, immo totum corpus ex tam duro lecto & fætido: benè enim fætidus est locus ille in quo comburentur omnes hæretici, luxuriosi, & alij fætidi peccatores. Sed poterunt ne damnati se vertere? Dicunt quidam, quòd non: nisi pro quanto dæmones eos vertent. Sed quicquid sit de hoc, pœna eorum propter illam versionem non alleuiabitur. Vnde de isto lecto dicitur. Esa. 4. Detracta est apud inferos superbia tua, conscidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum vermes. Aliqui tamen dicunt, quòd in rei veritate non erunt ibi vermes, eo quòd nullum animal erit in inferno, nec viuet post diem iudicij. Sed ibi erunt tantum diaboli & homines cum igne, & cęteris de quibus dictum est. Sed scriptura loquitur per magis nobis nota, vt per illa intelligamus ibidem peiora: ita ꝙ ibidem erunt mala peiora & abominationes maiores, quàm sit abominatio serpentum & vermium & huiusmodi animalium. Considera ergo si deberes in lecto etiam quantumcunque molli cum centum serpentibus, & totidem bufonibus, qui continuè te morderent, & affligerent cubare: maiora te passurum in lecto inferni, si illuc vadas. Vnde quidam magnus clericus, considerans quòd magna pœna esset ei cubare in lecto molli per vnum totum diem: considerabat quomodo in perpetuum cubare posset in lecto inferni; & hanc comparationem faciens, propter hoc contempsit seculum & religionem ingressus est. Tertia pęna erit grauissima ex tactu & pondere corporum aliorum damnatorũ quæ compressa erunt; ita quòd vnum erit super aliud vt iam dictum est. Quanta erit hæc pęna malis Christianis, qui erunt subtus iudæos, & infideles saracenos, quia enim magis ingrati fuerunt Deo; ideo plus punientur, & receperunt beneficia a Deo, & sacramenta & legē, quam promiserunt se seruare; iuxta illud, Psal. 118. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuę. Sed sicut dicit, Psal. 80. Inimici domini mentiti sunt ei; ideo erit tempus punitionis eorum in secula supple sempiterna. Hæc etiam pœna debebitur his, qui in tactu circa alios peccauerunt, osculando, aut tangendo per imitationem ad malum. De quibus peccatis etiam pauci confitentur, credentes non esse peccatum in talibus impudicis tactibus; ideo si velis effugere tantum pondus tot corporum damnatorum, abstine a talibus, confitendo de præteritis. Quarta pęna erit ex contactu dæmonum, quia sine cessatione super eos percutient, vt dictum est. Considera si infirmus percuteretur grauiter in loco infirmitatis suæ quid pateretur. Quantus ergo dolor erit illis corporibus tam passiuis, & quæ tam grauiter percutientur; Quæ pœna specialiter debebetur ijs qui in hoc mundo percusserũt, vel occiderunt, uel aliam uiolentiam in corporibus aliorum fecerunt. Huius exemplũm habemus in vita sancti Antonij quem multitudo dæmonum ita lacerauit, quod eum quasi mortuum proprius minister asportauit. Cumque eum omnes qui comitati fuerant quasi mortuum plorassent dormientibus cunctis, subito Antonius reuixit, & a ministro ad prædictum sepulcrum se iterum portari fecit, qui cùm ibi ex dolore uulnerum prostratus iaceret, ex uirtute tamen dæmones ad conflictum prouocabat. Tunc illi in formis fęminarum uarijs apparuerunt, & iterum eum dentibus, & cornibus, & unguibus, crudelissimè lacerauerunt. Si sic sanctum Iob permissus tantum percussit diabolus, qui aliter non poterat nisi quantum patiebatur Deus, qui interius tangere prohibuit & exterius permisit percutere vlcere pessimo a planta pedis vsque ad uerticem, & in momento. Quomodo torquebit sibi datos in incendio & tormento ęterno? Iste enim sunt decem damnatorum pęnæ: & fortè plures aliæ erunt corporales, quia secundum sanctos, nullus posset eas exprimere. Si quis autem ad eas cogitet attentè, peccata dimittet, & attente inquiret quæ sit uia salutis. Eccl. 2. Qui timent dominum inquirēt quæ bene-

Vermes non erũt in inferno realiter.

Percutient dæmões corpora dãnatorũ.

beneplacita sunt illi, & qui diligũt eum replebuntur lege ipsius.

Triplicem pœnam contrahet anima damnata a corpore post resurrectionem præter spirituales pœnas quas habet. Cap. XVI.

T  Onsequẽter videndum est de pęnis inferni, specialiter quo ad animam. Si enim corpus tanta patietur, vt dictum est, cogitandum est, quanta patientur anima quæ principalius Deum offendit: ipsa enim data est corpori, vt ipsum regeret, & non econtrario. Ideo plus puniẽda est. Inde magister in 4. sententiarum. dist. 49. ait. Post resurrectionem vero, facto vniuerso, impletoque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ, vna Christi, alia diaboli: vnam bonorum, altera malorum, vtraque tamen Angelorum & hominum. Vnde Aug. & recitatur à magistro in 4. dist. 45. Omnes animæ cum de seculo exeunt, ad diuersas exceptiones, idest loca tendunt, vbi bone habent gaudium, male tormenta. Sed cũ facta fuerit resurrectio, & gaudium bonorum amplius erit, & malorum tormẽta grauiora, quando cum corpore torquebuntur, pœna enim spiritualis in corpus: & pęna corporis in animam redundabit. Sicut experimur, ꝙ dũ patitur, corpus compatitur anima: & econtrario, dum patitur anima simul patitur & corpus. O quantus dolor, quanta pęna, quanta tristitia, cum corpus fuerit afflictum prędictis pœnis, & anima consequenter dicendis pęnis. Quia vehemens, quàm inexcogitabilis horror, nõ solum ex pęnis, secundum se in vtraque, sed etiam ex redundantia pęnarum corporis ad animam: & animæ ad corpus. Cogitemus itaque quantum affligetur anima, cum etiam dum tu in paruo mẽbro tui corporis pateris, non possis dormire, aut qualemcunque recipere consolationem. Sciunt enim qui in corpore ĩfirmi sunt, quomodo sanitatẽ in corpore concupierunt, & magna operati sunt in medicis, & alijs rebus, vt sanitatẽ reciperẽt & recuperarẽt: & nos nihil cogitamus, nihil facimus ad euadendũ has futuras ĩfernales ĩfirmitates, quarũ cõparatione ille huius tẽporis infirmitates nihil sunt. Sicut enim non sunt condignę passiones ad futuram gloriam quę reuelabitur in electis: ita non sunt condignę passiones huius seculi ad futuram miseriam, quæ reuelabitur in dãnatis. Considera insuper quomodo dum anima est tristis, quomodo immediatè corpus tabescit & deficit. Prouer. 17. Animus gaudẽs ętatem floridam facit. Spiritus tristis exiccat ossa. Si igitur anima afficiatur tantis pęnis, scilicet decẽ generalibus: quarum quælibet in plures diuidetur, quomodo corpus afficietur ex ea: & econtrario? V Vnde & Alber. Magnus tres pœnas recitat, quas anima in resurrectione præter illas quas spirituales habet, contrahet a corpore. Prima est acceptio corporum ignitorum, & in censorum igne inferni, in quibus ante non cruciabantur, eo ꝙ non haberent ea. de quo Amos. 4. scribitur. Iurauit dominus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in cõtis: & reliquias vestras ĩ ollis feruẽtibus, & per aperturas exibitis: altera contra alteram, & proijciemini in Armon dicit dominus. Iuramentum domini est immobile decretum iudicis: quando dęmones tortores, leuabunt damnatos in contis. X Contus est instrumentum, quo macellarij leuant boues excoriatos, intrudentes lignum per neruos crurium posteriorum, & ita suspendũt ad dissecandum, & significat vinculum quo ligantur dãmnati ad suplicia. Reliquiæ sunt ossa, quæ erunt in olla ferueuti, & hæc olla est integritas corporis, in qua resurgent & feruebunt sicut in olla. Altera autem apertura erit sepulcri, vnde exibit corpus: & altera erit infernus, vñ exibit aĩa, altera cõtra alteram, quia corpus contra animam, quando coniungentur, & proijcientur in Armon, quod interpretatur anathema a Deo: & significat infernum condemnatis qui anathematizantur à Deo. Secunda erit bellum continuum corporis ad animam: & econtrario, quia corpus conuitiabitur ani-

Ciuitas duplex erit in fine mũdi.

Animæ dãnatæ pœna prima.

Bellum cõtinuũ corporis ad animam dãnatam.

animæ q ipsum debebat regere:& tamē ipsum direxit ad malum. Anima vero ē conuerso, q delectationes carnales seduxerunt eam: & quòd caro prona erat ad malum omni tempore: & ad bonum pigra & infirma de cuius pigritia Iob 30. Nunc in memetipso marcescit anima mea, & possedent me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui comedunt me non dormiunt: in multitudine eorum consumitur vestimentum meum .i. tunc anima marcescit, quando tedium habet corporis; & econuerso,& sunt in possessione afflictionis quando afflictio dominatur in corpore & anima, os, idest corpus perforatur doloribus: & vermis conscientiæ qui continuè rodit non dormit, & ab illorū vermium multitudine, consumitur vestimentum omne virtutis, ita vt ibi sit confusio nudatis, vt ignominiam peccati, non operiat decor virtutis, quemadmodum fit in sanctis. Hæ duæ pœnæ ab Alberto recitantur.

Animæ carcer duplex in inferno.

Tertia vero erit incarceratio duplex. Nam antea anima in infernum tanq̄ in carcerem retrudebatur, nūc vero intra corpus suū tanq̄ in carcerē teterrimū & strictissimū. O quāta animæ tristitia esse in tā fœtido, & stricto carcere: in quo tñ prius laxauerat habenas delicijs, & voluptatibus. Hæc igitur pensemus, vt tantam euadere possimus miseriam, pœnitentiam agēdo de peccatis, & Dei mandatis obediēdo. Sic igitur ad pœnas animæ dicendas procedamus.

Damnatorum animæ pœnam damni ex priuatione visionis Dei, angelorū, & sanctorū cōsolatione, empyreæ mãsionis, & bonorum temporalium meritoriorum præmiatoriorū & adiutoriorū in quadruplici differentia prouenientē miserabiliter & æternaliter patientur. Cap. XVII.

PRima itaque pœna spiritualis damnatorum esse carentia visionis diuinæ & æternæ gloriæ. hæc.n. maior est inter omnes pœnas inferni. Nam & saluator Mat.3. dicens. Omnis arbor quæ nō fecerit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Illam pœnā q̄ est excidi, & separari a Deo, qui est radix omnium bonorū, præposuit illi pœnæ qui est in ignē mitti, super quo Chrys. in homil. Duæ pœnæ erunt in inferno.s. comburi, & a regno excidi, & hæc pœna difficilior. Multi.n. gehennā abhorrēt: sed occasum illius gloriæ amariorē gehenna, pœnā esse pone animā mitti in decem mille gehēnas: nihil tale quale a gloria excidi a Deo haberi odio, & audire illam vocē, non noui vos. Itē Chrys. Excludi a bonis, & alienū effici ab his quæ præparata sunt sanctis, tātū generat cruciatū & dolorē, vt etiā si nulla extrinsecus pœna torqueat, hæc sola sufficeret. Oēs.n. gehēnæ superat cruciatus, carere bonis quibus habueras in potestate perfrui,

Carētia visionis Dei est maior pœna dānatorū.

licet aūt hoc sit maxima pœna, nihil tamen aut parum comprehendimus eam, quia nescimus intelligere quantum bonum Deus est ipsi animæ dum possidetur. Tātum enim quis plus dolet de aliquo bono amisso, quantum illud reputabat magis vtile & magis amabile. Et quia in præsenti vita intellectus noster corpore aggrauatus, se habet ad Deum, vt oculos vespertilionis se habet ad lumen solis: ideo parum diligimus ipsum Deum, & ipsum parum curamus amittere. Sed anima quæ aliquantulum gustauit dulcedinem diuinæ præsentiæ, per gratiam ex anxietate & pœna quā sentit, quando sibi illum gustum subtrahendo sibi ipsi relinquitur: potest aliquātulum licet valdè parum intelligere de tali pœna priuationis visionis diuinæ quanta sit.

Animæ separatæ a corpore qd cōtingat.

Sed cum anima separatur a corpore, sibi subito infunduntur species omnium rerum naturaliū, propter quod maiorem cognitionē habet de Deo, & creaturis, q̄ quicūq; mūdi philosophis, & sic cognoscens q Deus est summum bonū, & summè vtilis animæ: videns se eo priuatam sua miseria, cum capax fuerit eum acquirendi, summè tristatur. Sicut enim afflictio exoculationis, maior est q̄ afflictio cuiuscunque sensus: Sic carētia visionis diuinæ, q̄ ignis & cuiuscūque alterius. Quod si diceret hoc nō videri verū, eo q pueri nō baptizati carebūt visione Dei, & tñ nō tristabunt, quo

igitur carentia diuinæ visionis est tanta pęna? Ad hoc dicitur secundum aliquos, quod tristabuntur, & quod affligentur pęna ignis licet mitissima. Sed quia hæc opinio non tenetur communiter a doctoribus: ideo aliter dicitur, quod pueri non baptizati cognoscent se priuari gloria: tantummodo propter originale peccatum, quod fuit actuale, & mortale, in primis parentibus, & non commissum per voluntatem ipsorum puerorum, ideo non tristantur de huiusmodi carentia; Sciunt enim se non fuisse ad hoc natos, neque regis filios, ad hoc vt illam consequerentur hæreditatem. Non enim tristatur homo qui non est de semine regio, si regnum non consequetur. Sed damnati, propter actuale peccatum, cognoscent se carere gloria, eo peccato mortali per eos commisso: ideo summè tristabuntur ex tali priuatione. Sicut si quis in hoc mundo tristaretur de priuatione hęreditatis, & patrimonij, si hæc priuatio esset ex culpa sua: nec ita tristaretur si esset ex culpa patris sui. Vnde hæc pœna damni, ex quatuor procedet. Primò ex priuatione visionis Dei. Esa. 26. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Est enim visio illa beata refectio, ex qua viuunt sancti. iuxta illud. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum: ideo miseri non erunt huius delectabilissimi conuiuij participes. Et hoc propter multa. Primò, quia secundum doctorem sanctum in tertio contra gentiles, in eo qui peccat mortaliter omnis auertitur intentio voluntatis ab vltimo fine: igitur ei qui peccat mortaliter hæc pęna debetur, vt omnino excludatur a consecutione finis. Iuxta illud Ps. 6. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Tum secundò per eundem doctorem ibidem, quia in his quæ sunt ordinata ad finem, talis habitudo inuenitur, quod si finis est, vel erit, necesse est media ordinata ad illum finem esse vel fuisse. Si autem ea quæ sunt ad finem, non sunt, nec fuerunt, nec finis erit. Homo autem per opera virtutis, consequitur finem illum vltimum qui est fælicitas. Si igitur aliquis contra virtutem agat, ab intentione vltimi finis auersus, consequens est, quod vltimo fine priuetur. Et ideo licet omnes velint beatitudinem voluntate naturali, vel inclinatione, & in generali; non tamen voluntate plena, & efficaci, quia non faciunt illud propter quod possent eam consequi. Sicut si quis vellet ire Hierusalem, & tenderet versus Occidentem, non acciperet viam, per quam peruenire posset Hierusalem. Tum tertiò, quia tales in hoc mundo, alio cibo grosso & vili diuitiarum, deliciarum, & honorum se impleuerunt. Exemplum de quodam rustico de quo dicitur, quod cum esset inuitatus ad nuptias regales, & in via constitutus sitiret: inuenit aquam turbidam & fœtidam, de qua cum vellet bibere dissuadebant alij: dicentes, quod adhuc expectaret parum, & cito biberet in nuptijs optima vina, & claretum, &c. Sed ille non acquiescens, impleuit se aqua illa, intantum, quod eructabat fætorem. Cum autem venit ad portam regis cum alijs illis intrantibus, propter fætorem illum repulsus est: & sic miser propter vilissimam cœnã amisit nobilissimam. Econtrario autem faciunt electi. Reseruant enim se illi conuiuio, interim abstinentes, sicut onagri, qui uolunt bibere quousque inueniant aquas claras. Ps. 103. Expectabũt onagri in siti sua. Et iterum Mat. 22. Exemplum de illis, qui inuitati, propter diuersas occupationes in quibus se explicauerant, exclusi sunt cum iracundia a cœna domini dicentis: Amen dico vobis, nemo illorum gustabit cœnam meã. & iterum. Quibus iuraui in ira, si introibunt in requiem meam. Secundò procedet hæc pœna ex eo, quod priuabuntur Angelorum consolatione, & sanctorum omnium societate. Beati enim vident Angelos, qui de peccatorum salute gaudent. Iuxta illud Luc. 15. Gaudium est Angeli super vno peccatore pœnitentiam agente &c. Ideo viceuersa gaudent homines beati videndo eorum innumeram multitudinem, qui tantum dilexerunt eos dum essent in hoc mundo: sicut gaudet amicus de visione amici sui.

Pueri non baptizati pœna qualis sit.

A Pœna dãni ex quatuor procedit.

est sui. Quantum igitur tristabuntur damnati a tam gratissimo consortio exclusi. Item separabuntur a bonis hominibus. Matth. 13. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: & iterum ibidem. Elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. vnde glossa super illud Apoc. 1. Plangent se super se, dicit, quod non tantum dolebunt mali de supplicio, sed quia separantur a tali consortio. O Deus quantus dolor, & quantus clamor in tali separatione, quando aliquando separabuntur malus pater, & mala mater, a filijs & filiabus quos genuerūt, & ita chare nutriuerūt: & parentes ab amicis, & cognatis cum quibus vixerunt. Qui autem saluabuntur, de tali separatione non tristabuntur, vt postea videbitur. vnde Matth. 3. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum. paleas autem comburet igni inextinguibili. & Matthei 24. Separabit agnos ab hædis. & iterum. Erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Hæc autem separatio, & destitutio a suis charis, tanto eis erit grauior, quanto suorum curam habebant, & eorum recordabuntur, vt patet. Luc. 16. de diuite qui suorum fratrum recordatus pro eis orauit. Vnde possunt dicere illud Oseæ 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse, scilicet infernus, inter fratres diuidet, quando, scilicet vnus erit intus, & alter extra. Et huius separationis ratio, est differētia meritorum. Sicut enim saluati bene vixerunt: aut si male pęnitentiam egerunt, damnati vero male vixerunt, & in peccatis mortui sunt. Sic iustum est, vt etiam dissimiles sint in præmio, & abinuicem separati: & quia noluerunt Angelis acquiescere: ideo etiam ab eis separabuntur. Tertio procedet hæc pęna, quia priuabuntur cęli empyrei mansione. Est enim cœlum empyreum, ut dicit Ricardus lib. 2. dist. 2. supra firmamentum, nō ab ardore, sed a splendore sic dictum: & dicūt doctores illud fuisse cęlum, quod in prima die creatum est cum terra, eo quod firmamentum secunda die creatum est. Illud autem cœlum, locus est beatorum, quod noluit reuolui dominus, ad significandū quietē, & pacē mentis illorū, qui ī illo cœlo residēt, & residebunt. Nec est illud cœlum stellatum, sed vniformiter per totum luminosum, quamuis sua luminositas sensus nostros lateat, quia vel est oculis non glorificatis improportionabilis, sicut lumen corporis glorificati: vel quia aquæ quæ sunt super firmamentum, non sunt illius luminis traductiuæ, vel quia, propter eius longam distantiam, a nobis multitudo sui luminis, vsque ad visum nostrum non protenditur. Corpora autem beatorum erunt in illo cœlo pro ornamento maximo. Hæc Ricardus. Hoc. n. erit tanquam palatium pulcherrimum & amenissimum & clarissimum, in quo Angeli & sancti vident Deum. hoc palatio carebunt damnati, & ponentur in vilissimo sterquilinio inferni propter sua demerita. Et ratio est, quia sicut duo corpora non possunt simul esse in eodem loco, sic nec mali, qui sunt corpus diaboli, cum bonis qui sunt corpus Christi. Iuxta illud Rom. 12. Vnum autem corpus in Christo sumus. Cum igitur Christus cum corpore, cœlum occupauerit, necessario aliud corpus, scilicet diaboli ab eodem loco propelletur. Esa. 28. Coangustatum est stratum ita, vt alter decidat. Et hæc pœna illis debebitur: maxime qui hic abusi sunt castris, & palatijs, multa peccata mortalia in eis committendo, vel in domibus in quibus cor suum nimis apposuerunt. Nouit enim Deus quomodo homines mundani de temporalibus ædificijs curant: ea in maximis peccatis construendo, ac si immortales essent: non cogitando de paradisi palatio. ideo dicit. Psal. 48. Sepulcra illorum domus illorum in æternum, quasi diceret, qui in magnis gloriabuntur diuitijs, castris, domibus, & palatijs, & omnibus alijs hic derelictis quantum ad corpus: nullam aliam domum habebunt, quam terrenum sepulchrum:

Separatio malorū a bonis quā grauis erit, & quæ sit ratio separationis.

Cœli empirei situs, & qualitates.

& quantum ad animam quam inferni sepulturam. Vtinam saperent homines,& intelligerent non hic, sed alibi, ædificare sibi domū, non transitoriā, sed æternā.de qua Eccl.vlt. Ibit homo i domum æternitatis suæ,hoc est palatiū: quod beatus Thomas Indorum Regi Gondoforo,voluit ædificare,& eleemosynis acquirere: vt patet ad longum in legēda eius. Hæc sunt palatia de quibus dominus Io. 14.In domo patris mei mā siones multæ sunt. Quarto,quia priuabuntur omn bus bonis:primò,quidā carebunt dulcedine charitatis,& spei. Iob 11. Oculi impiorum deficient, & effugium peribit,& spes illorum.& Iob 19. Quasi arbores auulsæ abstulit spē meā. Prou.10.Spes impiorum peribit. Tanta enim est charitatis dulcedo, q̃ condit omnia pœnalia. Vnde Greg. Omnia seua,& immania; leuia,& propè nulla, facit amor. Hæc enim est farinula quæ in ollam in qua mors erat.4.Reg.4. Missa dulcorauit eam, vtpotè tormenta martyrum & mortes. Huius autem charitatis modicam guttam, vt vult Gul.Parisien.si haberent damnati: sapor eius tā fortis,& tam dulcis esset,q̃ condiret eis, mala eorum. Hæc enim duo.s.spes, & charitas multum purgatoriam pœnam condiunt,vt sit magis tolerabilis. Secundò seipsis priuabuntur. Nam damnatus in inferno seipsum perdidit, quid enim non perdat, qui seipsum perdit? Dicitur enim quis oculum amisisse (licèt eum habeat in capite) cum vsum debitum vel voluntarium amisit, & ideo quia in inferno damnatus,nullius membri habebit vsum,ad voluntatem suam. Oculus enim, non videbit quod volet. Auris non audiet, quod placebit. Nec cor cogitabit, quod delectet. Nec pes ibit, quò sit vtile, & sic de alijs membris. Ideo dicitur perditus esse Hiere. 25. Ad montem pestiferum, qui corrumpebat omnem terram perditus es in æternum, ait dominus. & licet omnes damnati perditionem hæreditent, tamen propria peccata, propriam pœnā hæreditare leguntur: vt superbi,qui indebitè quæsierunt gloriam,& honorē, iure hæreditario, habebunt ignominiā, & confusionem. & hoc est quod dicitur Eccl.6. Improperium,& contumeliam malus hæreditabit. Improperium,s.de re cordatione peccatorū, cum dicetur eis: Esuriui,&c. Contumeliam,de vili eiectione a sanctorum consortio cum dicet eis. Ite maledicti,&c. Magnis.n.personis non improperantur turpia sine confusione; nec de maiorum eijciuntur consortio,sine ignominia. Hiere.9.vel 10. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam,quæ nulla vnquā obliuione delebitur. culpa.n.semper manebit. Ideo opprobrium semper durabit, vt habens auriculam abscisam, secum portat suum opprobrium vbicunq; vadat. Ideo Sap.4.dicitur. Erunt in contumelijs & sine honore. Similiter cupidi, qui superfluè & indebitè per furtū,mendacium, vsuram,& huiusmodi bonis tēporalibus hic replentur; in futuro iure hæreditario omnium bonorum penuriam patientur. Iob 27. Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotenti suscipient. diues cum dormierit, nihil secū afferet: aperiet oculos,& nihil inueniet: apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas. Ibi.n.tangit quatuor bona necessaria quorū omnium penuriam & carentiam patietur. Sunt.n.bona quædam ad sustentandum, vt temporalia,& horum inopiam habebunt, quia secum ea non portabunt. Exiturus .n. de domo per arctum foramē, sarcinas portare non potest. Sic exiturus de mundo per angustam portam mortis, secum temporalia bona non portabit. Exemplum de mure pingui & crassa, quæ macilenta per foramē ingressa, demum rodens & comedens, dum fugata est, per suum foramē redire non potuit, ideo capta est. Sic multi in principio pauperes, per tēporis interualla dum ditantur, a catis inferni capiuntur: nec per angustam paradisi portam transire possunt, & hoc est quod dicitur. 1.Timo.6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, nec aliquid afferre possumus. vnde Apoc.18. Omnia pinguia & præcla-

Dānati oībus bonis priuabūtur

Charitas & amor leuia facit oīa in electis.

Damnati pdunt seipsos.

Bōa quatuor necessaria cunctis.

rẽ, perierunt a te. Quidam enim dicunt, diuitias eſſe indignantis naturæ. Nã cũ aſcendentibus aſcendunt: cum deſcendentibus non deſcendunt. Pſal. 48. Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & ſequitur, quoniam cum interierit, nõ ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. Aſcendunt tamen cum quibuſdam, qui eas in manu Chriſti, qui eſt pauperum manus poſuerunt. Vnde fertur, ꝙ quidam Necromanticus habuit diſcipulum, qui multa promittebat ei ſe daturum cum foret diues. Magiſter autem volens experiri an verum diceret: fecit per quandam incantationem ei videri, ꝙ eſſet electus in Imperatorem Cõſtantinopolitanum, & receptus. Cum autem multæ terræ vacantes denuntiarentur ei: reducebat ei magiſter ad memoriam vt eſſet memor promiſſi ſui: dando ei aliquam de terris illis. Cumque ille reſponderet ꝙ neſciret quis eſſet. Reſpõdit magiſter, ego ſum qui dedi vobis omnia quæ habetis, & nunc vobis eadẽ auſero. Et exufflata incantatione, nihil inuenit de omnibus quæ ante ſibi videbãtur, ſed pauperem omnino ſe inuenit. Sic faciet Chriſtus diuitibus huius mundi, qui dedit omnia ſubito auferendo: & tunc inuenient ſe omnino pauperes in inferno, cum gemitu & dolore: dicentes illud Sap. 5. Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia velut vmbra: cuius cum pertranſierit non eſt

Bona ad merẽdũ, quæ ſint veſtigium inuenire. Secundo ſunt bona ad merendum, vt eleemoſynæ, orationes, & ieiunia, & cætera huiuſmodi quę faciunt cupidi in peccato. quorum inopia habebunt, quia eis non valebunt ad ſalutem. Et hoc notatur cũ dicitur. Aperiet oculos ſuos .i. poſt mortẽ cognoſcet, qđ ante cognoſcere noluit, & nihil inueniet de bonis ſuis. Pſ. 75. Dormierũt ſomnum ſuum, ſcilicet mortis; & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis, ideſt de operibus ſuis. Frumentum enim inter ſpinas ſeminatum, non fructificat, ſed ſuffocatur; & tempore meſſis ad horreum non portatur. Sic bonum factum in cupiditate mortali. Aggei. 1. Seminaſtis multum, & meſſuiſtis parum. Aliquid enim ualent bona opera facta in mortali, ſed parum, quia non ad ſalutem. Nec ſolum priuabuntur bonis illis, immo & tempore ad illa facienda. Vnde Apo. 10. Iurauit Angelus, quòd tempus nõ erit amplius, ſcilicet ad merendum, & pęnitendum; cuius amiſſio erit ad dolorem maximũ. *Temporis amiſſio valde damnabilis.* Narrauit enim uir quidam religioſus Claræuallis, quòd quidam uir ſanctus cum eſſet in oratione, audiuit vocem quandam in ſpiritu miſerabiliter lamentantẽ; & cum quæreret quis eſſet, reſpondit, quòd eſſet anima cuiuſdem damnati, ſuam plangentis damnationem. Addens quòd inter omnia, quæ ipſum & alios damnatos magis excitabant ad planctum maximẽ incitabat amiſſio temporis ſibi a gratia Dei collati. In cuius morula potuiſſet feciſſe pœnitentiam, quæ eos a pœnis æternis inferni liberaſſet. Iob 24. Dedit ei tempus pœnitentiæ: & ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Ber. Nihil precioſius tempore. Sed heu nihil hodie vilius reputatur. vnde & damnati non tamẽ dolebunt de amiſſione bonorum quę fecerunt: ſed etiam eorum quæ facere potuerunt, & non fecerunt. Sicut dolet mercator tranſactis nundinis de lucro quod amiſit, & quod potuit acquiſiſſe. vnde dicit Aug. quòd raptores, & immiſericordes, in inferno, non ſolum ignis cruciat: ſed etiã ipſa ſuarum diuitiarum putrefactarum memoria, quibus tam facilè potuiſſent ſuas nequitias redemiſſe. vnde dicent cum lamento illud. Hiere. 8. Tranſiuit æſtas, finita eſt meſſis, ſcilicet tempus idoneum ad operandum: ideo nunc inſiſtendum eſt diligenter operi. exemplum de operarijs, qui tunc diligentius operantur quando vident operandi tempus ad finem tendere. vnde & dominus Io. 9. Me oportet operari opera eius qui me miſit, donec dies eſt: venit enim nox, in qua nemo poteſt operari. Tertiò, ſunt bona ad præmiandum, vt cęleſtia, & horum inopiam habebunt, quia hic ea per condignam pœnitentiam, non merentur. Vinum enim bibere non de-

D bet, qui respuit precium soluere a tabernario assignatum. Et qui non vult in hyeme laborare, non colligit quod manducet. Prouerb.20. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo in æstate: hoc notatur cum dicitur Iob 27. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Primò ineuitabiliter, quia non poterit quis quantumcũque sapiens & potens, inopiam illam quam tunc incurret impedire: sicut aquæ cursus, & impetus, impediri non potest. Prouer.6. Veniet tibi pauperies quasi vir armatus: inermis enim, se de armato defendere non potest. Secundò, apprehendet eum indifferenter. Fames enim huius mundi non apprehendit diuites, sed pauperes tantum, sed illa inopia omnes apprehendet, cuiuscunque status, & cuiuscunque conditionis, sicut aqua nulli parcit nullum reueref. Psal.87. Circundederunt me sicut aqua: glossa. peccata. i. pęna pro peccatis. Tertiò apprehendet eum totaliter: quia non erit sensus qui non patiatur inopiam sui proprij & delectabilis obiecti: visus lumine, auditus, melodia, olfactus bono odore, gustus cibo, & potu, tactus suaui. immo quilibet contrarium apprehendet. Cum quis enim cadit & mergitur in aliquam aquam, tunc aqua per oculos, per aures, per nares, per os ingreditur, & totum tangit, inde est ꝙ de eorum maledictione dicit Psal.108. Ingrediatur sicut aqua in interiora eius &c. O quantum dolebunt damnati quando propter vnum peccatum tanta bona perdent, & tantam miseriam incurrent. Eccl.9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Quia enim noluerunt in vita sua facere bonum, ideo omne bonũ auferetur ab eis, & hoc iustè. Ps.108. Noluit benedictionem, & elongabit̃ ab eo, ideo dicetur illud. Esa.59. Expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est a nobis. Et subdit causam. Multiplicatę sunt enim iniquitates nostrę coram te, & peccata nostra responderunt nobis. Vnde narrauit vir quidam magnę probitatis, nepos cuiusdam sanctæ mulieris, & reputatę sanctæ: ꝙ dum ipsa semel in oratione rapta esset: vidit in spiritu quandam magnam comitissam, quę fuerat ei familiaris: & cum dæmones eius animã traherent in infernum, ipsa eiulando clamabat dicens. Me miseram quia satis casta fui, & abstinens, & eleemosynaria: nec pro alia re damnor, nisi pro ornatu vario quem nimis dilexi, & admonita non cessaui. Hier.8. Vox clamoris filiæ meæ de terra longinqua, scilicet inferni in qua vlulabit. Quarta bona sunt, bona adiuuantia quæ multiplicia sunt. Primò quidẽ diuina misericordia, cuius erunt expertes: quia de cętero non miserebitur eorum Deus. Esa.18. Non est populus sapiens propterea non miserebitur eius qui fecit eum: & qui formauit eum non parcet. Psal.17. Clamauerunt, & salui facti sunt ad dominũ, nec exaudiuit eos. & Prouer.1. Clamabunt & nõ exaudiam, scilicet post mortem. Vnde in vitis patrum legitur, ꝙ cum quidam senex quandam ciuitatem intrasset, ad vendendum vasa quæ fecerat, & sederet ad ianuam cuiusdam diuitis laborantis in extremis, vidit quosdam equites, cum equis nigris horribiles: habentes baculos igneos in manibus suis: & relictis equis ad ianuam, intrauerunt domum. At ille infirmus videns eos cępit clamare dicens. Domine adiuua me. Illi autem accedentes irridendo dixerunt ei. Nunc primò memor es Dei, quãdo sol obscuratus est: qui sole lucente oblitus es eius? Nunc autem non est tibi porta spei, aut consolationis, & hæc dicens rapuerunt animam eius: ipse autem miser non seruauerat morem ecclesiæ quæ dicit. Deus in adiutorium in principio horæ, & non in fine. Secundò sunt adiuuantia bona, scilicet orationes sanctorum. Esa.20. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis, de longe venientis? Ad cuius. s. sanctorũ confugiẽtis auxiliũ, quasi dicẽs nullus erit, qui vos adiuuet. Hoc patuit ĩ diuite. Luc.16. q clamabat. Pater Abraam, &c. qui tñ non est exauditus. Hiere.15. Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eijce eos a facie mea, & egrediantur ad mortem, ad

E *Bona ad iuuãtia quæ sint*

Orationes et p. ces non prosunt dãnatis.

ad gladium, ad famem, ad captiuitatem, &c. Et sequitur. Quis miserebitur tui Hierusalem, aut quis contristabitur pro te: aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Crysostomus. Ibi nec sācti, nec Angeli pro hominibus intercedent: nec mirum, cum describantur se balneare in sanguine peccatorum. Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine, &c. Tertiò sunt omnia bona adiutoria suffragia ecclesiæ, quæ nec eis proderunt. Hiere. 7. Tu ergo noli orare pro populo isto: nec assumas pro eis laudem aut orationem: nec obsistas mihi, quia nō exaudiam te. Radix enim non mittit humorem vel virorem ad ramum abscisum: nec sol lumen ad organum visus macula opertum. Sic peccatum quod secum portat auarus, impedit ꝙ ecclesiæ suffragia ipsum non iuuent. Inde dicitur Luc. 16. Magnum chaos firmatum est inter nos & vos: vt hi qui velint ad vos transire non possint, scilicet adiuuando. Chaos enim est iustitia diuina ex una parte, & peccatū ex alia: & hoc notatur cum dicitur in auctoritate a principio allegata. Nocte opprimet eum tēpestas. Positus enim in maris tempestate, non potest ab amicis quibusque, qui sunt in sicco, vel tuto adiuuari. Iob 36. Dicitur de cupidis. Morietur in tempestate anima eorum. Vnde quidam sacerdos pro matre sua defuncta se multum affligebat, & frequenter orabat, & celebrabat pro ea. Cum autem semel pro ea celebraret & desideraret scire de statu eius, vidit eam in spiritu iuxta altare detentam a duobus dæmonibus & ligatā: uidebantur autem, & de capite eius dependere serpentes igniuomi, tanquā capilli: & collum eius circuncingere: & de manibus eius videbatur flamma exire: & dictum est ei, ꝙ inutiliter orabat, quia erat damnata & mortua impœnitens: & ꝙ hæc patiebatur pro adulterijs, & ornatu capitis luxurioso, & anulis manuū: & huiusmodi gaudiolis, quæ malè acceperat, & vsa fuerat in vanitatem. Ideo dicit Aug. ꝙ non oraret pro patre, vel matre, si sciret eos esse in inferno. Quartò potest adiuuare sepultura in loco sacro. Sed nec ista eis proderunt, vt ostendit multipliciter Grego. in 4. dialogorū dicens. Quos grauia peccata deprimunt non ad absolutionem, sed ad maiorem eorum damnationem, corpora in ecclesijs sepeliuntur. Vnde narrauit quidam Archiepiscopus Bisuntinus in Theologia magister: ꝙ cum in quadam Abbatia, fuisset sepultus quidam vsurarius in claustro a Monachis spe lucri: ipse vsurarius de nocte egrediens de sepulcro, clamando, & eiulando: discooperiebat domum, & Monachos mirabiliter inquietabat, & inuentus extra ciuitatem: mane iterum positus est in sepulcro suo, quod cum pluries factum fuisset, adiuratus est a quodam viro sancto, quomodo ipse & Monachi quietem non haberent. At ille, desperatum est de me, quia sicut vsuris meis infestaui Deum die ac nocte: ita non quiescam amodo vnquā; vos autem poteritis quiescere si corpus meum de claustro eieceritis: quod cum factum fuisset, non sunt amplius molestati. Similiter voluptuosi qui carnē suā curiosius, & delicatius debito nutrierūt in carcere illo perpetuo grauiter punientur. vnde Eccl. 19. De fornicario dicitur. Putredo & vermes hæreditabunt illum. In qua hæreditatione quatuor inueniri possunt notabilia valde. Primò iustum & æquum, quia res mortuorum, iure hæreditario, ad propinquiores deuenire debent. Nullos autem propinquiores genere habet voluptuosus, quam putredinem & vermes, quia putredo pater, & mater: vermis soror, & frater. Iob 17. Putredini dixi pater meus es, & mater mea, quia ex ea oritur omnis homo naturaliter, & soror mea vermibus. Dicuntur enim fratres, qui ex eodē patre generantur: homo enim, & vermes idem principium habent: & ita æquum & iustum est, vt putredo & vermes, mortuum hominem hæreditent. Iob 23. Dulcedo illius vermis, idest secundum glossam caro, quæ dulcis fuit luxurioso, vermis erit, & a vermibus possidebitur. Secundò ibi inuenimus acerbitatem, quia carnales, & delica-

Orādum non est pro animabus i inferno existentibus.


Damnati nō adiuuātur sepultura in loco sacro, quin potius inquietantur.

Voluptuosorū hæreditas quibus iure deuenire dēat.

ti, qui modo puncturam pulicis, vel pediculi sustinere non possunt, corrosiones vermium velint, nolint, cogente diuina iustitia sustinebût. Iudith. 16. In die iudicij, visitabit eos, & ignem dabit & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant, vsque in sempiternum corrosiones, scilicet vermium: vnde qui carnem suam delicatè nutrit, nutrimentum catuli facit, quia quantoplus eam impinguat, & luxuriosè delectat, tantoplus corrosiones vermium multiplicat in futuro, Eccl. 7. Vindicta carnis impij, ignis & vermes. Tertiò ibi reperimus ignobilitatem, quia si turpe & vile est, esse pediculo sum: multoplus vermiculosum, & putredine plenum, quod habebunt carnales in futuro. Esa. 14. Subter te sternetur, &c. Nec mirum, quia carnes non salsatæ, putredinem & vermes colligunt. Sic & homo, qui per pœnitentiam seipsum non affligit, & deficcat. vnde Iob 21. In puluere dormient, & vermes operient eos. Quartò ibi reperitur æternitas illius hæreditatis, quia enim carnalis culpæ finem non posuit; æquum est, ut iudex finem pœnæ non ponat. Esa. 66. Vermis eorum non morietur, &c.

Vermis conscientiæ ex synteresi (cuius tres sunt actus) ortus, ex quatuor procedit: in damnatis perpetuus: in alijs quadrupliciter corruptibilis. Cap. XVIII.

G



Ecunda pęna spiritualis ipsius animæ erit vermis conscientiæ, de quo etiam dictum est, Esa. ult. Vermis eorum non morietur. Est autem iste uermis, actus cuiusdam habitus uocati synteresis, uel magis naturalis potentiæ secundû Bon. cuius tres sunt actus; unus, qui est instigare ad bonum, & iste ablatus est a damnatis, quia ibi non est amplius locus benefaciendi. Secundus est, qui est retrahere a malo faciendo, & iste extinctus est in dæmonibus, vel damnatis, propter improbam malitiam uoluntatis eorum. Tertius est remurmuratio contra malum factum, & iste manet in eis iusto Dei iudicio, non tamen remurmurat malo culpæ, quia inhonestum. sed quia ex hoc puniunrur. Nollet enim impius peccasse, uel fecisse, unde habet tot mala necesse pati. Est enim synteresis illa, quantum ad hoc, Dei instrumentum ad flagellandum iniquos. Hæc Bonauentura. Erit autem in damnatis remurmuratio, ex quatuor. Primò ex peccatis commissis. Erit enim conscientiæ remorsus qui orietur ex peccatis superbiæ, luxuriç, &c. quç commiserunt corde, ore, & opere; & fiet iusto Dei iudicio, ut uult Bonauentura, ut mali simul omnia peccata memorentur, ut de omnibus continuè torqueantur. O peccator cogita quantus erit dolor iste. Esset nanque magnus dolor, si ex putrefactione tuæ carnis, vermes orirentur, & continuè morsu crudelissimo te mordérent. Certè maior erit dolor ex peccatis commissis, quando ex eis orietur vermis perpetuò rodens: de quo dolore. Sap. 5. Turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis: & gementes præ angustia spiritus, dicêt intra se pœnitentiam agentes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitã illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorû est? Ergo errauimus a via veritatis, & lumê iustitiæ non luxit nobis: & sol intelligentiæ non ortus est nobis. Hæc dicent damnati in inferno pœnitentes de peccatis commissis, & videntes illos saluari, quos hic contempserunt. Sed verè hæc pœnitentia tarda erit nimis, quia sunt extra merendi statum. hæc pœna debetur eis qui hic peccata sua non doluerunt, nec de eis contriti sunt, aut confessi. Et est simile de hac pœna vermis: sicut si quis existens in carcere, considerct mala quæ fecit, & dolet se fecisse, propter pœnam carceris quam patitur. Sic damnati propter pęnas horribiles quas patientur, vehementissimè dolebunt, & se peccasse tristabuntur: nec poterunt se auertere ab illa consideratione.

H Synteresis quid sit, cuius tres sint actus.

I Remurmuratio peccati erit in dânatis ex quatuor.

Dânati frustra pœnitebunt peccasse.

tione. vnde Iob. 24. Dulcedo illius vermis. Loquitur enim per contrarium, quia non dulcedo, sed amaritudo, dulcedinis loco. Sicut enim viperę interiora dilaniant fœtus eius: Sic peccatorum fœtus dilacerant miseram mentem. vnde & Cato ad Catellum flagitiosum: Iniquitates & scelera tua, quasi quędam furię occurrunt tibi. Esa. 2. Sicut vestimentum nunc comedet eos vermis. Mali. n. diuites, nunc coopertorium habent, vulgo dictum, de menuuer: Sed in futura vita, erit de gros ver. Sed licèt vermes moderni, & corporales, sint suaues, & leues: futuri tamen erunt viui & rodentes. Tunc enim maximè torquebuntur in cogitationibus suis, cogitantes statum delectabilem in quo fuerunt, & statum tristabilem, in quo sunt: quomodo amiserunt societatem amatam, locum amenum, esculenta, poculenta, indumenta delicata, loco istorum inuenientes contraria. vnde Augu. super illud. Psal. 20. Pones eos, vt clibanũ ignis. Sicut ignis in clibano, maiorem ex reflectione causat calorem, ita ex reuolutione, & inclusione cogitationum iniquarum, maior causatur pęna. Iob. 17. Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Quia si multum torquent in vita ista, quando talis recordatio est nuda, sine exteriori pœna, dum tantũmodo dissipantur, & spe frustrantur; quid erit quando cum hoc cruciabuntur, & interius & exterius? Secundò erit vermis & dolor, ex bonis omissis necessarijs ad salutem, vt in Christianis negligentia in notitia, & obseruantia mandatorum Dei, & in alijs: negligentia in notitia & obseruantia promissorũ, scilicet votorum, & aliorum quę fieri debuerunt. Quanta enim bona facerent damnati si redire possent? Sed quia quàdiu in mundo fuerunt, acquiescere noluerunt veritati: ideo non est mirum si sint damnati. Exemplum huius. Duo fratres fuerunt, quorum vnus fatuus, alter sapiens, simul per viam ibant. Cum autẽ peruenissent ad biuium, vbi erant duæ viæ, vna delectabilis, alia aspera. Fatuus respiciens viam delectabilem, dixit sapienti. Eamus per istam viam: sapiens dixit ei. Frater etsi via ista per quam vis ire, sit delectabilis, tamen in fine ducit ad malum hospitium. Consulo proinde, ꝙ eamus per aliam, quia licèt sit aspera, tamen in fine ducit ad melius hospitiũ. Respondet fatuus: volo magis credere oculis meis, quàm tibi de his quæ non vides. Et posuit se in illa via, quod vidẽs sapiens, & nolens eum derelinquere secutus est eum. Pergentes autem inciderunt in latrones, qui eos diuidentes, posuerunt in diuersis carceribus. Factũ est autem vt Rex illius terræ faceret omnes incarceratos educi coram se die quadam ad iudicandum eos. Venientes autem isti inter alios, cum se ibi viderent, dixit sapiẽs Regi. Dñe, cõqueror de isto fratre meo, cũ. n. essemus ĩ via, & ipse sit fatuus: & reputatus sũ sapiẽs, mihi nolebat credere, vt iremus per bonam quandam viam quam eum docebam: sed fecit me ire per malam in qua incidimus in latrones, vnde reus est mortis meæ. Fatuus econtrario dixit Regi. Domine, immo ego conqueror de fratre meo, quia cum sit sapiens, non debuit me tam facilè sequi per viam quã sciebat esse malam: quod si non fecisset, ego redijssem, & secutus eum fuissem, & euasissem periculum: vnde reus est mortis meę. His auditis Rex dedit sententiam. Tu fatue noluisti sapienti credere, & tu sapiens secutus es fatuum: ideo vterque suspendemini. Sic erit in consummatione seculi, cum exibunt animæ de inferno, vel alijs locis, ad recipiendum corpora, & iudicandum coram Deo. Quia enim corpus fatuum, sequi noluit consilium spiritus: & spiritus sapiens, secutus est corpus fatuum, vterque condemnabitur. & ideo dicitur. Apo. 1. ꝙ gladius, idest eius sententia, est ex vtraque parte acutus, quia animam & corpus perdet. Et quia hoc valde timendum est. dicitur. Matth. 10. Illum timete, qui potest corpus & animam mittere in gehennã ignis. Est igitur damnatis maximus dolor, eo quòd remissi fuerunt, & negligentes circa suæ salutis opera. Ioan. 3. Qui incredulus est verbo Dei: ira Dei

Bona omissa necessaria ad salutem causabũt maximũ dolorem in damnatis.

manet super eum. Quantum autem soli citi sunt homines de vita corporali, satis patet. Sed quòd neglgentes de salute animæ suæ adhuc amplius patet. Quantus autem dolor eis erit cum dānabuntur, & ex negligentia tales pœnas incurrent, non est qui æstimare possit. Tertiò erit remorsus conscientiæ ex bonorum fortunæ vili exercitio siue abusu. Scit enim Deus quomodo vtuntur immo abutuntur homines bonis terrenis, quæ data sunt ad salutem procurandā, & ut medium & occasio salutis retinēt: quippè multa superflua: nec necessitatis tempore pauperibus ministrant. Sed ædificijs, superfluis vestibus, & ludis, & alijs peccatis exponunt. Et hoc ideo, quia sunt ita insensati, quòd solum de his rebus temporalibus curant, ac si immortales essent. Sed cum morientur & improperabitur. Quia recepisti bona in uita tua: Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Hæc autem pęna his maximè debebitur, qui temporalia inutiliter aut seruauerunt, aut exposuerunt. Inde diuitibus dicitur Iaco. 5. Agite diuites, plorate, ululate in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Diuitię uestræ putrefactæ sunt: & uestimenta uestra a tineis comesta sunt: aurum & argentum vestrum eruginauit: & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizatis enim vobis iram: idest damnationem. Et māducabit non solum carnes, sed etiam animas, idest condemnabimini non solum in carne, sed etiam in anima propter vestram auaritiam. Quarta pœna vermis erit remorsus siue dolor ex donis gratiarum perditarum. Dona gratiæ sunt duplicia. Quędam sunt gratiæ gratis datæ: vt scientia, ingenium, sanitas, eloquentia, & multa alia. Alia sunt gratum facientia, vt ea quæ dantur in sacramentis. dolebūt igitur dānati, quia non vsi sunt ad salutem gratijs. Roman. 6. Gratia Dei vita æterna. & Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus: & maximè qui in baptismo gratiam cum alijs virtutibus, fide scilicet, & spe susceperūt. Quia dolebunt q a Deo fuerūt dispositi ad salutē, vt si illam custodissent, in cęlesti gloria cum alijs beatis, positi fuissent. Nam gratia facit hominem iustum. Iuxta illud ad Titum. 3. Iustificati gratia ipsius hæredes sumus, secundum spē vitæ æternæ. Quot enim sunt hominum subtilia ingenia in multis mundi rebus? Aliqui enim sunt in ędificijs subtiles: alij in picturis, alij in pannorum facturis vt tapetis: alij in scripturis, alij in mercaturis: & breuiter, nō est aliqua parua ars in mundo, in qua nō sint plures subtilitates. Non est aliqua simplex vetula, quę non habeat, & sciat aliqua specialia media ad vitam temporalem manu tenendam. Sciunt multas friuolas narrationes, maleficia, & sortilegia, & una puella statim scit multas cantilenas, ludere, & chorizare: & alia multa talia quæ plus faciunt ad damnationem, quàm ad salutem. Sed paucissimi sciunt viam paradisi, aut quomodo gratiam Dei acquirant, & sic in ipsis dona naturæ & gratię non habent vsum principalem propter quem facta sunt, & donata, & sic totus mundus in maligno positus est, idest in malo concupscentię igne. Sed quęritur circa hoc. Vtrum vermis iste in damnatis sit spiritualis, an corporalis: & videtur q sic. Iudith. vlt. dicitur. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, sed quę sunt in carnibus sunt corporalia, & materialia, igitur. In oppositum arguitur, quia dicitur Esaiæ 14. de diabolo, operimentum tuum vermes. Sed constat diabolum non habere vermen materialem, igitur. Ad hoc respondet Bonauentura in 4. dist. 50. quòd circa hoc Aug. 20. De ciui. Dei ponit duplicem opinionem. vnam quę dicit, q ibi erunt vermes materiales affligentes corpora, & hoc propter multa. Nam scriptura sacra sæpe coniungit pęnam ignis, cum pęna vermis, vt patet in auctoritate allegata ante oppositum, & similiter Eccl. 7. Vindicta impij ignis & vermis. Sed scriptura non potest exponi tantumodo de igne spirituali: alioquin diceretur, q ignis ęternus inferni nō esset nisi ignis spiritualis: ergo nec vermis tan-

Dona gratiæ duplicia sunt, quibus damnati dolebunt.

R. Vermis in damnatis an sit corporalis, vel spūalis.

tantummodo exponi potest de verme spirituali:ita vt, sicut igne punitur corpus & anima: ita & verme similiter puniatur vtrunque. Pręterea damnati resurgent cum pęnalitatibus, & deformitatibus suis: igitur habebunt corpora putrefactibilia sicut nūc. Sed ex corpore putrefactibili generātur vermes nūc: igitur & tūc. Et sicut per instrumentum diuinæ iustitiæ ignis affligit dæmones, qui sunt spirituales:sic & vermis non ex eis genitus. Sed ad vindictam malefactorū a Deo creatus. Nec morietur ille vermis inter ignes, sed conseruabitur, sicut & damnatorū corpora,in illis ignibus conseruabuntur. Alia est opinio dicentium ꝙ non erit ibi vermis corporalis,sed spiritualis. Tum primò,quia nullus vermis materialis est immortalis, cum habeat formam corruptibilem. Sed vermis ille non moritur. Esaiæ vltimo. igitur. Tum secundò, quia vermis materialis in sua origine & nutritione, aliquid minuit de substantia corporis. ergo si corpus illud non est minuibile, non est circa illud talis vermis. Et sicut ignis materialis affligendo corpus, affligit animam ei vnitam:sic vehemens dolor & remorsus, siue tristitia animæ redundat in corpus: quia Prouerb. 17. Spiritus tristis desiccat ossa. Et quia erit in damnatis magnus remorsus conscientiæ & dolor: ita etiam vt redundet hæc mestitia in carnem. Ideo verè dicit scriptura ꝙ daret vermē in carnem eorum, & hoc expressit multū ad terrorē carnalium, qui magis abhorrent pęnam carnis quàm animæ. Et sic sicut ignis īferni ꝓcedit ab exterioribus ad intima puniendo: sic econtrario, vermis ab interioribus ad exteriora procedit: ideo ignis est materialis, & vermis spiritualis. Et hæc opinio videtur magis ab Augustino ibidem approbata. Dicitur secundò secundum eundem, ꝙ sicut in verme materiali duo sunt consideranda, origo, scilicet & morsio. Oritur enim ex putrefactione & mordet illud in quo oritur. Sic in spirituali dolore, non quilibet dolor est vermis, sed qui nascitur ex putrefactione peccati, & tūc

In verme materiali duo sunt cōsiderāda. L

peccatum dicitur putridum, quando finaliter in eo requiescit anima. vnde Iocl 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Secūdò oportet ꝙ sit ī dolore, morsio quæ causatur ex concursu duorum mouētium sibiinuicem obuiantium, & resistentium. Quæ duo sunt voluntas naturalis, & voluntas deliberatiua, quarum vtraque mouet animam. Sed consciētia dictante aliquod factum esse indebitum:tunc obuiant sibi, quando naturalis voluntas detestatur indebitum, propter quod tātam consequitur pęnā: & tamen deliberatiuę voluntati placet. Tunc enim resistunt, quando utraque in suo actu viget:sic ꝙ illa efficaciter detestatur, & ista immutabiliter adhæret. Dicitur tertiò, ꝙ quadrupliciter potest deficere vermis. Primò propter defectū putrefactionis vt in iustis, qui nihil habent peccati. Secundò quando est materia vermis.s. peccatum, sed tamen non est conscientia de peccato, vt in hæreticis qui credunt peccando bene fecisse. Tertiò, quando deficit obuiatio: vtputa in pęnitentibus verè, qui dolent de culpa secundum voluntatem, non tantum naturalem, sed etiam deliberatiuā. Quartò quādo deficit resistentia, vtputà quādo voluntas tanta delectatione fertur in peccatum quod absorbet voluntatis naturalis motum, vt non sentiat: de quibus Prouer. 1. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Ex quibus patet, ꝙ in damnatis maximè vigebit vermis. Quia ibi erit peccati putrefactio, ex hoc ꝙ peccatum finaliter remansit in anima eorum. Ibi erit etiam concursus, propter peccatorum apertissimam visionem. Vnde & glos. super illud Eccl 7. Vindicta carnis impij, &c. Dicit ꝙ vermis est fera scelerum pęnitentia, tunc enim pęnitebunt, sed tardè nimis. Erit etiam ibi obuiatio, propter voluntatis deliberationem, obstinationem, & synteresis remunerationem. Ibi erit & resistentia, quia delectatio peccati erit ablata per pęnæ acerbitatem: & ex hoc ipsius synteresis actio fortificata, & hoc vermis mirabiliter rodens, & puniens. Hæc Bonauentura.

Vermis quadrupliciter pōt deficere. M

Damna-

Damnati iram ex causis tredecim apprehensam contra diuinam potentiam, propriam miseriam, dæmones & amicos, & eos qui peccandi occasionem eis dederunt immitigabiliter exercebunt. Cap. XIX.

R TErtia pœna erit rancor iracundiæ. Tanta enim pęna est iracundia in homine irato, vt in nullo quandoque possit consolari, comedere, aut bibere, aut etiam aliquid boni facere. Hęc erit in dãnatis pęna vt vult. Ps. 111. Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, &c. Hęc autem pęna eis continget contra quatuor eis displicentia. Primò irascentur contra diuinã potentiam. Iudicabunt enim Deum esse iniustum tortorem, & immisericordem: & ideo contra eum irascentur, & furore magno blasphemabunt. Esa. 8. Cũ esurierit irascetur, & maledicet regi suo & Deo suo. O quantus furor, quanta insania, quantus rancor in damnatis, maledicere factori suo, & contra iudicem iustissimũm irasci: Hęc pœna erit illis qui nolunt irasci contra peccata sua, & suas pessimas consuetudines, quę si hic displicerent eis, non alibi displicerent: sed eas dimitterent, nec continuè peccarent, quibus pręcipitur in Psal. 4. Irascimini & nolite peccare.

Iræ pœna maxima in dãnatis.

O Vnde duplex est ira: vna per zelum, alia per inuidiam, vel vindictam. Prima est bona, quia contra peccatũ. Secunda mala & prohibita, quia mihi vindictam & ego tribuã. Damnati enim erunt ita & furore pleni, ita vt vellent Deum non esse, si hoc possent facere: & sic quantominus poterunt iram suam exercere, magis dolebunt. Videntur autem aliquando aliqui irati, qui quando iuxta iram suam, & voluntatem, non poterant agere, quasi in furorem versidentibus suis lignum, vel baculum mordebant. Sic erit in damnatis. Sed econtratio Deus eis maximè iratus videbitur, ita quòd iracundia eius adeo grauis erit, quòd facilius esset eis sustinere montes & saxa super se, quam iram illam. Apo. 6. Reges terræ & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber, absconderunt se in speluncis, & petris montium: & dicent montibus & petris, cadite, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare? Esa. 30. Ardens furor eius grauis est ad portandum: facilius enim portarent omnes montes de mundo, quàm iram Dei. Sunt autem multa ex quibus huiusmodi ira perpendi potest. Primum, est sequestratio a sua præsentia. Exemplum de Absalone. 2. Reg. 14. qui propter iram patris, eiectus erat a facie eius multis annis, nec vidit faciem regis. Sic isti in æternum. Matthei 25. Discedite a me maledicti. Secundum, est proiectio eorum in locũ iræ suæ. Habet enim dominus, sicut princeps magnus carceres multos, quorum vnus est pro illis, quibus est summe iratus: & iste erit infernus. Apocal. 14. Et vindemiauit Angelus vindemiam terræ: & misit in lacum iræ Dei Magnũ. Tertium, est vehementia turbationis in eo apparens, quæ tanta erit, quòd videbitur in eis agere sicut furiosus. Quis enim non reputaret patrem furiosum, qui proijceret filios suos in ignem, sicut tunc fiet ab eo? Psal. 139. In ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Psal. 2. Deus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Quartum, est immisericordia super eos. Si enim turbatus, ad horam super eos deseuiret, esset tolerabile. Sed sic erit iratus, quòd non flectet misericordia iram eius, vt extrahat eos de igne: sed perpetuò ardebunt coram eo. Esa. 65. Isti erunt fumus in furore meo ignis ardens tota die. Prouer. 27. Ira non habet misericordiam: nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus, scilicet Dei, ferrè quis poterit? Hiere. 23. Ecce turbo, scilicet diuinæ indignationis, egredietur procella erumpens super caput impiorum, veniet, & non reuertetur furor eius. Quintum, est traditio eorum ad torquendum in manibus peiorum inimicorum, quos habebunt, scilicet dæmonum. Mat. 18. Iratus dominus

Ira duplex.

P *Ira dãnatorũ ex pluribus proueniet.*

Dæmões quã grauiter torqueant damnatos.

dominus eius, tradidit eum tortoribus, scilicet dæmonibus, qui dicuntur per excellentiam tortores. Dicitur enim in legenda sancti Antonij, ꝙ post verberationem, qua dæmones eum verberauerant, dixit verbera fuisse eam grauia, vt omnia tormenta humana superarent. Vnde, & quasi mortuo in medio posito, concurrentes monachi, officium faciebant. Si igitur in præsenti sic flagellant ad probationem, quomodo tūc torquebunt ad punitionem? Sextum est gaudium de pœnis eorum. Non enim solum sustinebit eos sic coram se torqueri: Sed videbitur ridere, & irridere. Prouer. 1. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo cum vobis, quod timebatis aduenerit. Septimum, est obduratio ad gemitus, & clamores eorum. Ipsi enim præ dolore cordis clamabunt: vt dicitur. Esa. 65. Sed hoc non mouebit eum. Sicut econtrariò quondam motus fuit super filios Israel in Aegypto, clamantes, & gementes. Exo. 3. Vidi afflictionem populi mei, in Aegypto, &c. Octauum, erit repulsio precum: cum enim esset vehementer dominus iratus populo pro vitulo conflatili, & vellet eū delere: tamen ad preces Moysi, placatus est ab ira illa. Exo. 32. Sed pro illis nullas audiet preces. Prouerb. 6. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam precibus. Iob. 9. Deus cuius iræ resistere nemo potest. Prou. 19. Sicut fremitus leonis, ita ira regis, scilicet summi: rugiente enim leone timēt omnes feræ deuorari. Sic damnati cogitantes iram Dei. Nonum, est reprobatio sacrificiorum, tempore si quidem Noe, placatus est ab ira, qua concitatus deleuit mundum, ad sacrificia animalium quæ obtulit Noe. Gen. 8. Odoratusque est dominus odorem suauitatis: & ait ad Noe: nequaquam vltra maledicam terræ, propter homines. Sed pro istis non accipiet aliquas oblationes, etiam illud beatissimum & acceptissimum super omnia, altaris sacrificium: nec accipiet pro redemptione dona plurima. Decimum est reseruatio corporis ad maiorem pœnam. Hiere. 17. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Exemplum de tyrannis, qui ad maiorem pœnam puniri faciunt suos incarceratos in diuersis partibus, vel in diuersis temporibus. Vndecimum est nutrimentum pœnarum. Ipse enim sicut faber sufflat ignem ne deficiat: sic Deus sufflat ignem inferni ne deficiat. Esa. 30. Spiritus domini, quasi torrens sulphuris succendet, scilicet fornacem inferni. Duodecimum est exultatio turbæ cęlestis in pœna eorum, de qua. Psal. 143. Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius. Quis enim dubitet, quòd illi qui suæ conformes sunt in omnibus voluntati, nunquam sic gauderent, nisi scirent ipsum valde iratum contra damnatos: bonorum enim est, gaudere de vindicta inimicorum domini sui. Iuxta illud Psal. 57. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus eius lauabit in sanguine peccatoris. Decimumtertium est clausio portæ cœlestis perpetuò super eos. Mat. 25. Et clausa est ianua. Tunc. n. porta cœli erit clausa, & porta inferni aperta. Primum erit, occasio clamoris, sicut clamatur ad portam clausam. Secundū erit, materia vlulatus, sicut vlulatur cū introducitur quis in carcerem. Sophon. 1. Vox clamoris a porta piscium (.s. a porta cœli) per quam intrant pisces .s. sancti, qui ad modum piscium hic viuunt in fluctibus maris .i. in tribulationibus. Vel per pisces, sancti intelliguntur, quia ipsi squammis morum ornati, & virtutum pennulis electi, sicut pisces in aqua viuarij, intrabunt in gaudiū domini sui: habentes in paradiso vndique gaudium, & delicias, vt piscis in viuario aquas. Sed est vlulatus a secunda .s. in introitu inferni. Sed quæritur, vtrum iræ Dei quis resistere possit? Et videtur ꝙ sic: dicitur enim Exod. 32. Dimitte, vt irascatur furor meus contra eos, &c. Et patet etiam. Nume. 16. de Aaron, quando inter viuos & mortuos thuribulum sumpsit: Et de Phinees, qui luxuriantē cum alienigena trucidauit. Num. 25. de quo Psal. 105. Stetit Phinees, & placa-

Sancti dicātur pisces in scriptura.

Q. Iræ Dei vtrū quis resistere possit.

uit,

uit, & cessauit quassatio. Item de Dauid qui Angelo percutienti se opposuit. 2. Reg. 24. Sed in oppositum arguitur. Iob 9. Deus cuius iræ resistere nemo potest. Ad hoc respondetur, quòd duplex est voluntas Dei; vna est antecedens, qua vult omnes homines saluos fieri, & qua voluit cõgregare Hierusalem quasi sub alis. Mat. 21. & licèt ista voluntate quandoque sit iratus; tamen per pœnitentiã quotidie placatur: vt patet in Ezechia, & Niniue ciuitate. Aliquando per preces sanctorum, vnde Greg. Sancti qui iræ Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra impetum percussionis eius opponantur. Atque vt ita dixit, cum ipso, se etiam contra ipsum, quia in eo quod aduersum seuientis iram, foras obtinet, intus eos gratia irascentis fouet. Iterum dicit Greg. Quid est seruo dicere, dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? ac si apertè diceret, pensa quantum apud me valeas, & cognosce quia obtinere potẽris, quicquid pro populo oras. Alia est voluntas efficax, qua ipse determinatè vult, prædestinatos habere gloriam, & reprobos damnari: & ista nunquam mutatur, quia determinatè scit qui sunt prædestinati, & qui reprobi suis exigentibus demeritis. Ideo ista ira nunquam pacificatur, quia qui istam iram meruerunt, eundem pacificare potuerunt, sed noluerunt. Vnde ad Hieremiam. Hier. 15. Dictum est a domino: Quid clamas ad me super contritione, insanabilis es, &c. Secundò damnati irascentur cõtra propriam miseriam, sicut uidemus aliquos homines contra se iratos, qui sibijpsis dicunt. O miser homo tu hoc fecisti, uæ tibi. Et quandoque manus ultrices in se ipsos inijciunt, se lædendo, uerberando, aut aliquid huiusmodi faciendo. Sic & damnati contra seipsos valde irascẽtur, quia peccauerunt, & sibi maledicẽt. Sed seipsos interficere non possunt, sicut desperati seipsos interficiunt in hoc mundo, aut suspendendo, aut gladio occidendo. Vnde ex ira sua contra se manducabũt linguas suas. Apo. 16. Seipsos in linguis mordebunt præ furore, & ira. Et huius iræ causa est peccatorũ commissio, &

Volũtas Dei duplex.

Mitigatio pœnarum quo est in dãnatis.

bonorũ perditio. Sed nunquid istæ pœnæ, quandoque erunt minores, sic quòd damnati aliquãdo minus patiantur? Respondet Bonau. di. 46. quarti. Quòd mitigatio pœnæ damnatorum, dupliciter potest intelligi, aut quantum ad taxationem, & pœnę inflictionem. Et sic in inferno est mitigatio, quia diuina iustitia, non totum exigit pro eo quòd eius pietate interueniente aliquam partẽ pœnæ infligendæ remittit. Alio modo, potest intelligi mitigatio post pœnæ taxationem, & pęnæ inflictionem, & hoc modo nulla cadit mitigatio a diuina misericordia, quia extunc clauduntur viscera pietatis. Tertiò, irascentur dæmonibus qui eos tentauerunt, & in multis peccatis cadere fecerunt: ita quòd erit eis maximus dolor illos videre: sicut multa pęna est irato videre inimicum suum, & maximè qui eum maxima bona perdere procurasset. Apoca. 14. Qui adorauerit bestiam, idest ei consenserit, & acceperit imaginem eius, faciendo peccatum, bibet de vino iræ Dei. Ezec. 32. Descenderunt in infernum, cum armis suis, posuerunt gladios suos sub capitibus suis. Arma iracundorũ sunt ira, & odium, & mala voluntas, & inuidia: quæ sunt peccata, quæ non occidit mors, sed remanent in inferno, vt dicit glo. Gladij uero quibus se impugnant, sunt maledictiones, & blasphemiæ, & sequitur. Ferunt iniquitates eorum in ossibus eorum, idest iniquitatis causas, & occasiones deferunt in dæmonibus, qui sunt potentes inferni. Quarto irati erunt contra eos, quos nunc dicunt amicos, qui erunt, vel fuerunt eis causa damnationis. Ex talibus enim damnati patientur, & corporaliter, & spiritualiter. Sed plus in anima quàm in corpore. Sicut enim videmus quòd scintillæ quę de fornace exeunt, non sunt unitæ nec coniunctæ: sed per violentiam ignis vna ab alia segregatur, & dispergitur. Sic animę damnatę propter uiolentiam ignis inferni, quo sunt inflammatæ, diuiduntur ab inuicem per iram, turbationem, tristitiam, desperationem, etiam frater aduersus fratrem,

& pater in filium. Narratur enim de vsurario, & filio eius, quos alius filius religiosus factus, vidit in inferno descẽdẽtes vicissim, vt duas fistulas in puteo. Cum autem sibi mutuo obuiarent se inuicem, mordebant & maledicebant: pater dicebat filio. Maledicta sit hora fili in qua te genui: & tu sis maledictus, quia propter te feci mala, propter quæ hic crucior. Econtrario, filius patrem maledicebat, & horam, qua eius pater fuerat, quia eum docuerat fœnerari, & alienum ei reliquerat, unde in perpetuũ torquebatur. Et si quæratur, vtrum etiam irascentur contra eos, quos nunquam viderunt: aut qui nunquam eis fuerunt occasio peccandi? Respondetur quod sic, quia omnes damnati sibi inuicem nocebunt, & in ardore, & in clamore, & in pondere, & in multis alijs, vt dictum est: ideo etiam sibi inuicem irascentur, & maledicent. Talis autem pœna eis debetur, qui non irascuntur, debitè corrigendo filios & filias suas, seruos & ancillas sibi subditas, quibus accidet sicut Heli. 1. Reg. 2. qui non debitè, & seuerè castigauit filios suos: propter quod & ipse & filij eius in vna die turpiter perierunt: & sic sæpe punit Deus patres & matres, propter peccata filiorum, contra quæ noluerunt irasci ira bona, ipsos castigando: & quia nolunt hic virtuose irasci: irascentur in alio seculo in æternum contra eos: & filij contra patres: & subditi contra dominos. Sic igitur irascatur vnusquisque contra peccata, & sui & proximi, ne postea in æternum irascatur eis.

Damnati quadrupliciter timore superbiæ cruciantur. Cap. XX.

Quarta pœna spiritualis, est timor superbiæ propter quatuor pœnas. Prima, quia eis displicebit dominium creatoris. Hæc enim maxima erit superbia, vt eis displiceat, Deum esse dominum vniuersalem omnium creaturarum: immo nolent sibi subijci: cum tamen ab eo habeant esse & viuere, & ab

Damnatis displicebit dominium creatoris.

eo multa bona receperint, quibus abusi sunt, nunquam tamen poterunt illud abijcere dominium, & hoc erit eis maxima pœna. Videmus enim cum aliqui sunt sub aliquo domino, vel prælato, & maximè si eos molestet, puniat, & corrigat contra ipsorum voluntatem, multum eis displicet. Et hæc pœna illis debetur qui hic nunquam verè permanserunt sub eius dominio, præceptis eius obediendo; sed fuerunt sub dominio diaboli: Et ideo cuius fuerunt serui, ab eo priuabuntur, & cum societate domini sui perpetuo permanebunt. Quomodo enim se possunt dicere sub dominio Dei, qui eius repugnant voluntati, nec curant scire quid eis præcepit, aut mandauit: de quibus dicitur ad Tit. 1. Inquinatæ sunt mens eorum, & conscientia: confitentur enim se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Tales sunt plures similes illi, de quo Beda in gestis Anglorum. Noui inquit, vtinam non nouissem, conuersum solo nomine, sed moribus peruersum, qui cum corriperetur, non emendabatur. Sed quia seruus erat optimus, propter necessitatem fabrilis officij, tolerabatur: infirmitatem tandem incurrens, monetur a fratribus, vt pœniteat & confiteatur. Sed acquiescere nolens, dicit satis superesse temporis. Tandem cum ingrauescente morbo, a fratribus iterato moneretur. Respondit infernum esse sibi paratum vsque ad profundum, & non longe a Iuda, & Pilato, & Cayphã locum sibi paratum. Cum fratres eum prouocarent ad pœnitentiam, dicit se non posse pœnitere: cum contra eum iam datum esset iudicium, & sic miser mortuus est. Sunt enim plures tales qui Christiani solo nomine, moribus sunt peruersi, Dei negatores, periuri, mendaces, luxuriosi, gulosi, & sic de alijs, qui nunquam emendantur, sed perseuerant vsque ad mortem. Timeo ne talibus sit locus cum Iuda paratus in inferno. Et si aliqui eorum videantur pœnitere: nescio si sit sufficiens pœnitentia ad salutẽ. Non igitur cuiquam displiceat hic agere pœ-

Hortatoria locutio valde vtilis peccatoribus & superbis

re pœ-

re pœnitentiam: & se supponere per veram obedientiam, diuinæ voluntati: custodiendo eius mandata, quia hæc sunt via perueniendi ad cœlum. 1. Pet. 1. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem uestrã proijcientes in eũ, quoniam ipsi est cura de vobis. Quia si ei contra dicendo, & superbiendo mortui fueritis, perpetuò humiliabit vos in inferno cum dæmonibus, quia qui se exaltat humiliabitur. Vnde Psal. 10. de peccatore dicitur. In laqueo suo humiliabit eum; unde scilicet non poterit exire; & tunc humiliatio est superbo maxima pęna. Quid tunc erit de superbis huius mundi qui tantum gloriantur in superbia sua; certè taliũ multi, velint nolint, in inferno subijcientur; & erit eis maxima pęna, quòd illam subiectionem euadere nõ poterũt. Psal. 128. Dominus conscidet ceruices, idest ceruicosas superbias peccatorum. Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, glo. magistri. In conspectu tuo ne obliuiscaris eorum punitionem. Secunda pęna in superbia damnatorum erit, quia eis non placebit iustitia redemptoris; & hęc erit maxima superbia, tanto iudice, & tam veraci & iusto iudicio, non contentari. Ratio autem huius displicentiæ erit, quia iudex strictissimè de omnibus peccatis tam magnis quàm paruis iudicabit. In iudicio humano, de vno, vel paucis articulis contenditur; in iudicio diuino de omnibus; & propter hoc nunc non recipiunt ad seipsos in futurum iudicandos. Inde est, quòd dum veniēt ad computum reddendum, dum videbunt arctam Dei iustitiam, murmurabunt. Credunt tamen, quòd sit sic de iustitia Dei, sicut est in hoc mundo, vbi sæpe de iure dimittitur ad magnas vlnas, ut pars altera iuris habeatur. Sed tunc non erit sic, quia vsque ad vltimum quadrantem omnia scrutabuntur. vnde Esa. 5. Opus domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis; propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam; propterea dilatauit infernus animam suam; & aperuit os

Iudiciũ humanũ a Diuino valde differt.

suum absque vllo termino: & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum: & incuruabitur homo, & humiliabitur, & oculi sublimium condemnabuntur: & exaltabitur dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctificabitur in iustitia. Quanta pęna est homini superbo cum ad oppositum eius quod intendit iudiciũ exercetur? Et quanta murmuratio contra iudices & eorum iudicia norunt, qui in solio iudicij sedēt. Tertia pęna quia semper desiderabunt facere suam propriam voluntatem: & tamen nunquam facient. Superbia enim, siue superbire dicitur, quasi super alium ire: quando igitur quis vult facere suam voluntatem, & nõ vult dominis subijci, superbus est, qualis erit omnis damnatus. Sed tamen erit misera eorum voluntas, quia multa volēt, quæ non poterunt adimplere: & hoc erit eis maxima pœna: sicut videmus in his qui aliquid maximè complere desiderãt, & tamen non possunt: & hoc ideo quia diuinam noluerunt implere voluntatē; sic nec sua implebitur. Inde Mat. 7. dicitur. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cęlis est, ipse intrabit in regnum cęlorum. vnde Rom. 12. Probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Hæc autem propria voluntas est causa, quare sunt in inferno; & tamē semper volunt eam adimplere; ideo in inferno semper necesse est eos esse, quia secundum Bernar. Tolle propriam volũtatem, & infernus non erit. Tollamus igitur causam, & voluntatem Dei faciamus. hoc enim petimus in oratione dominica, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Sed sicut dicit Ptolemeus in sua perspectiua. Ad visionem non sufficit organi dispositio, & distantiæ debita proportio. Sed requiritur conuersio actualis animæ ad rem visam; non enim sufficit quòd species rei visę in oculo recipiatur; sed oportet quòd anima cooperetur. Sic ad nostram salutem consequendam, non sufficit liberalitas Dei conferentis gratiam: sed & exigitur

Volũtas propria requiritur, ad salutem cõsequẽdam.

tur conatus liberi arbitrij. Vnde Aug. Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Sed quæritur, cum damnati adhuc habeant propriam voluntatem, vellent ipsi nunquam peccasse? Respondet Bonauen. in 4. dist. 50. ꝙ nolunt se peccasse, quia peccatum eis displiceat, aut quia sit iniustũ, aut quia contra Deũ. Sed quia eis displicet pœna iusta, ideo habent malam voluntatem hoc nolendo, & in eis vincit voluntas adhuc peccandi, licet dolore pœnarum impediatur, ne exeat in actum suum, habebunt tñ semper aliquam inordinationem voluntatis actualem, quę erit uersa in pœnam, sicut beatis bona voluntas in gloriam. Quarta pęna erit, ꝙ impugnabunt omnem veritatẽ, & bonitatem. Similes enim erunt dęmonibus in moribus. Tũ quia effigiẽ illius maluerũt sequi, q̃ imaginẽ Christi, & voluerunt magis esse participes imaginis eius, q̃ Dei, peiores simia quę effigiat nõ animalia bruta, sed rationalẽ hominẽ, tanq̃ nobiliorẽ imaginẽ. Sicut diaboli oẽm virtutẽ & bonitatẽ & veritatẽ psequunẽ, sic dãnati omne bonũ, malum iudicabũt. Nec mirum, quia etiam hic iudicarunt, gustu suo deprauato, mala esse bona, & bona mala quãdo mala bonis pręacceptarunt. ideo dicitur. Esa. 5. Vę qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Pręterea tũc erunt ciues ciuitatis Babylonicę: sed ciues illius ciuitatis, erunt contrarij semper ciuibus supernę Hierusalem, qui amant & tuẽtur omnẽ veritatem & bonitatem. igitur non est mirum si erunt veritatis aduersarij. Propterea cõiter dicitur ꝙ patrem sequitur sua proles, & qualis rector ciuitatis, tales & qui habitant in ea. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Sed diabolus, qui est caput, & princeps omnium dãnatorũ, testimonio saluatoris Io. 8. Mẽdax est, & pater eius. s. mendacij, & ille homicida fuit ab initio, igiẽ ab initio oẽm veritatem cępit impugnare, & omnem malitiam adinuenire, non mirum igitur si sequaces sui, & sibi subditi, patrem in hoc sequãtur. Cũ igitur semper veritas uincat, & bonitas superexcellat malitiã; quia (ut dicitur Sap. 7.) Sapientiã non vincit malitia: cum sint superbissimi spiritus, maximẽ torquẽtur, cum impugnatione sua deuincuntur, & confunduntur cum quotidie superantur: nec ad intentum perueniunt. Dicitur. n. Esdræ. 3. Forte vinum: fortis rex: & in fine super omnia uincit veritas. Forte enim est vinum iræ Dei, quo potantur, & inebriãtur dãnati. fortis est rex, super omnes filios superbiæ. Sed veritas super omnia vincit, nec mirum, quia mortui facile uincuntur a viuentibus: hi aũt mortui sunt in æternum, & in lacu mortuorũ, ideo &c.

Peccatũ quomodo damnatis displiceat.

Damnati liuore inuidiæ percussi, quatuor maximẽ inuidebunt. Cap. XXI.



Q Vinta pęna est liuor inuidiæ. Inuidia enim tristitia quædam est de aliena felicitate: nũllum autem maius tormentum, nullus maior cruciatus inuidia. Vnde quidam orabat pro aduersario suo: omnibus inuideas inuide, nemo tibi ut. s. omnibus inuideret: vt de omnibus tristaretur. Vnde poeta. Inuidia siculi non inuenere tyranni tormentum maius. Quatuor autem maximẽ inuidebunt. Primò, inuidebunt diuinæ bonitati, quam maximẽ odio habebunt, dolebunt enim, quia Deus erit eis superior dominus, & iudex tam acriter puniens: & ita quem noluerunt hic habere dominum, habebunt illic velint nolint iudicem. Quanta pęna erit esse perpetuò tristem, inuidum tantæ maiestatis, & tã boni iudicis. Hęc autem pęna his debetur, qui sine charitate & amore mortui sunt: pensemus igitur quanti meriti sit diligere Deum, quando delinquentibus in amore eius tam grauis pœna debetur. Amemus igitur Deum super omnes suas creaturas, sicut eius bonitas omnẽ excellit creaturam: videmus enim ꝙ dum cognoscimus aliquam rem excedere in bonitate, excedentem pręamamus. Quis autem dubitat Deum meliorem creatura? Quare igitur non diligemus eum plus creatura: cũ & gladio euaginato petat amorẽ illũ? aut enim amabimus,

Diligere Deũ quãti meriti sit.


mus, aut æterna morte interficiemur. Psal.7. Nisi conuersi fueritis, scilicet ab amore mundi ad amorem Dei, gladium suum vibrauit. Ex defectu igitur huius amoris, erunt homines damnati inuidentes, & dolentes de tanta Dei bonitate: cuius memoria erit maxima pęna. Secundò, inuidebunt puritati Angelorum. Si enim Deo inuideant, inuidebunt eius toti curiæ: sicut quando quis inuidet & dolet de prosperitate alterius, etiam inuidet prosperitati suæ domus & familiæ, & est sibi magna pęna, videre pulchram eius, & bene moriginatam vxorem: honestos filios & filias & c quæ ad ipsum pertinent. Sic erit in damnatis respectu familiæ Dei, de qua sunt beatissimi Angeli: & hæc erit indurata iniquitas, inuidere illis, qui tot beneficia impijs damnatis contulerunt. Et hoc erit illis in pęnam, qui hic ipsis beatissimis Angelis nullam reuerentiam fecerunt: sed coram eis inuerecundè peccauerunt, nec deuotionem ad eos habuerunt, eis gratias agendo de concessis beneficijs. nam vt dicitur Heb.1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Tertiò inuidebunt sanctorum societati: ibi enim pater inuidebit filio, & dolebit de eius salute, & filius de patre & matre, sic, ꝙ vellet ipsos secum damnari. Nec mirum, quia sicut sancti desiderant per amorem quem habent ad nos restaurari ciuitatem supernam ex nobis, ita suam ciuitatem Babylonicam desiderant illi miseri repleti ex nobis. Sed quęritur vtrum damnati, mallent omnes esse damnatos, quam quosdam esse damnatos & quosdã nõ? Et videtur ꝙ sic: quia Luc.16. dicitur de diuite, ꝙ rogabat pro fratribus suis, vt cru dirêtur, ne uenirent in locum tormentorum. Cum igitur damnati multos habeant consanguineos in cęlo, sequitur ꝙ mallent eos esse in cęlo, quàm in inferno. Secundò ad idem. Si damnati habeant voluntatem malam, non tamen perdiderunt affectionem naturalẽ. Impijssimi enim homines diligunt sibi proximos, ut in pręsenti, si pater miser, habeat filium miserum, non inde lętatur, sed magis tristatur de tali societate: igitur sic erit in inferno. Tertiò desiderium si compleatur, delectat animã, igitur si damnati aliorum desiderent dãnationem, si cresceret aliorum damnatio: ita & eorum consolatio: igitur post omnium illorum damnationem, cresceret eorum consolatio: cuius tamen oppositum verum est: quia magis crescet desolatio, sicut dicitur super illud Psal.3. Desiderium peccatorum peribit. Quartò, beatus aditus multitudini electorum multiplicat gaudium: igitur per oppositum damnatus amplificat mœrorẽ. Sed sicut beatus desiderat amplificationem gaudij sui: sic damnatus diminutionẽ sui mœroris: igitur cum beati semper velint homines peruenire ad gloriam, damnati refugiunt vt aliqui descendant ad eorũ miseriã. In oppositũ arguitur per illud quod communiter solet dici, ꝙ solatium est miseris socios habere pœnarum. Et ratione sic, quia inuidia surgit ex defectu charitatis, & amore proprij boni, sed vtrumque est in dãnatis, igitur in eis maxima regnat inuidia, igitur uellent nullum esse beatum. Ad hoc respondetur secundum Bonau. in 4. dist. 50. ꝙ licet in damnatis aliquo modo remittantur affectiones libidinosæ qui .s. secũ habent annexam delectationem, & hoc propter pęnarum magnitudinem. Aliæ tamen affectiones in quibus viget pęna, & pęnalitas vigorantur, ideo quanuis non cesset affectus luxuriandi, & dominandi tamen intenditur affectus siue furor impatientiæ, & liuor inuidiæ. Vnde tunc dentibus suis frement, & tabescent in gloria electorum, ideo ad satiandum suam impijssimam emulationem, vellent nullos electos esse beatos, sed omnes miseros. Sancti.n. & damnati sunt adinuicem inimici, propter hoc quòd damnati sunt inimici Dei. Psal.138. Perfecto odio oderã illos, inimici facti sunt mihi: ergo cũ dãnati non diligant inimicos, sed potius odiant, & qui odit aliũ, mallet ipsum videre miserum quàm beatum, ergo simpliciter vellent omnes beatos esse miseros.

Margin notes: Y — Z *Dãnati vtrũ uellent oẽs esse damnatos an quosdã dãnatos, & quosdam nõ.* — *Inuidia vnde ortum habeat.*

ros. Et quia nec ipsi ad beatitudinem possunt pertingere, nec alios a statu beatitudinis possunt amouere, ideo in semetipsis vehementer tabescunt, & confunduntur. Dicitur secundò, ꝙ licèt in generali, damnati nolint videre aliquos beatos, tamen quia specialius habēt aliquorum amorem naturalem, & priuatū, nollent ipsos damnari alijs existentibus in statu gloriæ, quia si illi damnentur, adhuc manet occasio tabescēdi & emulatio. Sed non sic esset de omnibus. Attamen nullos ita diligunt naturaliter, quin vellent eos esse damnatos, hoc pacto, ꝙ nulli essent beati. Exemplum patet in illis qui habent odium capitale, qui tamen desiderant vitam consanguineorum. Attamen vellent, ꝙ multi ex consanguineis essent mortui, vt possent effectum vindictæ de inimicis suis implere. Dicitur tertiò, ꝙ sicut homo sanus, in quo est natura bene disposita, appetit cibaria sibi competentia, & infirmus ea quæ sibi nocent, quia existimat ea sibi prodesse. Sic beati tanquàm mēte sani, appetunt aliorū glorificationem quę vere est eis utilis, & damnati dānationē aliorum, quam existimant sibi utilem, & delectabilem, sicut inuidus alterius subuersionem, attamen si eueniret, miseria eorum non decresceret, immo augeretur. Hæc Bona. Quartò inuidebunt damnati paruulorum leuitati in pęna. Illi enim qui decesserunt in peccato originali ante baptismū, vel circuncisionem in vteris matrum, & ante rationis vsum: tales perpetuò damnabuntur, sic ꝙ non videbunt Deum: & secundum Augustinum libro de fide ad Petrum, & recitatur de conse. dist. 4. Firmissimè tene, &c. punientur igne æterno. Sed communiter illud moderantur doctores, ꝙ erunt in illo igne, sed ab illo non patiētur, sicut damnati pro proprio peccato. Vnde Alexander de Ales in secundo dixit, quòd in illo igne nihil patientur sicut damnati, quia aliter est in igne ferrum, aliter hominis manus, quia ab illo ferrum dolorem non patitur, sed manus. Sic suo modo erit de paruulis, & damnatis. Cuius exemplum habemus. Daniel. 3. de tribus pueris, qui ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes, & illos omnino non tetigit ignis, neque contristauit, neque quicquam molestiæ intulit. Et sic est doctorum sententia, ꝙ pueri in originali nihil patiuntur. Super quo inuidebūnt damnati patientes pęnas horribiles, ac etiam credi potest, ꝙ ipsimet sibi inuidebunt & dæmonibus, desiderātes ipsis maiores pœnas. Furor enim & inuidia, non finiunt eorum animos quiescere, exemplo maris quod semper a causa extrinseca inquietum est. Esa. 58. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & quia desiderium suæ inuidiæ nullū sortietur effectum, propterea valde dolebunt. Et hæc pœna dabitur patribus & matribus, maximè qui suo malo regimine paruulos interficiunt in vteris matrum: vel etiā occidunt ante baptismum, aut flumine necant, quod nulla vnquam bestiarum faceret, quæ naturaliter suos paruulos fouet.

Puerorum pœna qui sine baptismo mortui sint.

Hic agitur de quadruplici timore damnatorum, ac de voluntate qua mallent non esse quàm esse. Cap. XXII.



SExta pęna erit timor. vnde Greg. Hic, flamma quæ succendit illuminat: illic ignis crucians obscurat. Hic metus amittitur cum tolerari incipit, quod timebatur: illic dolor dilaniat, & pauor angustiat. Horrendo ergo modo tunc erit reprobis dolor cum formidine. In tēporalibus cum pęna infligitur: timor quiescit. Apud inferos pęnæ inflictio timoris est augmentatio. Exemplum de Cain, ad cuius magnam infælicitatem ascribitur tremor continuus in capite, quanto magis ad maiorem damnatorū infælicitatē erit ille tremor, & timor totalis in anima & corpore. Iste autem timor quadruplex erit. Primò timebūt iudicem supernū. Consideremus quāto dolore torquetur puer in schola, sentiens se deliquisse, & videns magistrum iratum, cum virgis delicatis, & scinden- A

tibus, volentem ipsum verberare: plus ad huc latro timet adiudicatus suspendio, videns patibulum. ita vt etiam aliquando exanimis deficere videatur. Sed certè talis timor, nihil est ad illum timorem, quem patientur damnati, videntes iratum iudicem, qui tunc erit terribilis malis, sed mitissimus bonis: sicut lux est sanis oculis delectabilis: sed ægris odiosa. De hoc autem amplius dicetur, cum de diuino iudicio agetur in sequentibus. Secundò timebunt societatem tot damnatorum hominum, sicut timent homines incarcerari cum multis alijs, ex quibus sciunt pœnam carceris augmentari. Nam si ponerentur infirmi, & fœtidissimi in vno carcere: tunc quanto plures essent, tanto plus timerent hi, qui illic ponendi essent. Sic erit de carcere inferni, quinimmo damnati erunt tam horribiles ad videndum, ꝙ vnusquisque pauebit ad alterius visionem. Sicut enim homo desiguratus, vel mortuus, quatuor vel quinque diebus, infert timorem magnum: ita vt etiam aliqui quasi perdant sensum, & maxime ex visione inopinata alicuius terribilis: sic dānati, ex visione mutua, maximè timebunt ad augmentationem damnationis suæ. Esa. 13. Vnusquisque ad proximum suum stupebit: facies combustæ vultus eorum. Eccl. 21. Pauor operantibus iniquitatē. videtur enim magis iste timor pertinere ad pœnam spiritualem, quàm corporalem, licèt etiam pauore sine timore rei visæ corporaliter sensus immutentur patiendo: scilicet iste timor poterit magis causari ex visione animæ turpissimè ex deformitate peccati. Legimus enim in vitis patrum cum quidam senex ambularet per eremum, adiunxit se ei Angelus in humana specie. Cum autem venissent transeundo circa quoddam cadauer, sene obturante nares suas propter fœtorem, Angelus non obturauit. Euntibus illis vltra obuiauerunt cuidam iuueni: Angelo autem obturante nares, non obturauit senex: sed requisiuit Angelum cur hæc faceret, qui respondit. Isti fœtores corporales non lædunt nos; sed peccata hominum ita

Peccatores valde fœtēt.

fœtent nobis. Vnde tolerabili fœtet canis putridus hominibus, quàm anima peccatrix Angelis. Igitur in inferno vbi animæ damnatæ se mutuo videbunt siue intelligent, non obstante corpore: vna inferet alteri & fœtorem, & timorem. Ista pœna timoris, debetur illis, qui hic propter hominum timorem & verecundiam, dimittunt bene agere, & saluti suæ prouidere. Et iste potest dici timor humanus, quo ducti homines, magis elegerunt malum animæ, quàm corporis. Similes illi, de quo dicitur, quòd eundo ad forum, portabat sotulares in collo: magis eligēs lædere pedes quàm sotulares. Magis.n. aliqui timent perdere bona temporalia, quàm animam: adeo etiam vt multa committant peccata iurando, & periurando pro uno denario. Hic autem est malus timor, qui ad alium deteriorem timorem perducit. Tertia pęna timoris erit ex uisione dæmonum. Sicut enim animę beatorum videbunt Deum clarè, & eo gaudebunt: ita animæ damnatorum videbunt dæmones per infernum, quæ visio spiritualis magnum timorem infert. Nam experimur, quòd nominatio eius infert nobis timorem: immo etiam brutis, quanto magis visio eius spiritualis? Et ista pœna erit illis, qui nolunt hic timere, acquiescere eius operibus & consilijs: sed frequentant malas societates, & mala consilia. Iob 18. Terrebunt eum vndique formidines. Quarta pœna timoris erit in damnatis, propter pœnas vehementes quas patientur. Quantum timeres si videres ignem, in quo oporteret te tenere digitum per horam, & magis per diem, & adhuc magis si totum corpus per annum, & corpus tuum deficere non posset? Cogita quanto timore damnati timent, qui perpetuò, & sine fine, talem ac tantum ignem patientur, & non solum ignem, sed etiam frigus intensissimum, & alias pœnas, de quibus dictum est supra. Quantumcunque enim stent in inferno ille pœnæ non mitigabuntur: quia in inferno nulla est redemptio: nulla pœnarum alle-

Damnatæ animæ vidēbūt dæmones ī inferno, & timebunt.

alleuiatio. Vnde dicunt illud Psal.54. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Cum enim habeant omnia mala, semper expectabunt deteriora timentes. Deutero.22. Dabit illi dominus cor pauidum,& deficientes oculos, & animam consumptam mærore, & erit vita pendēs ante te, & timebis die ac nocte. Fugiamus igitur hunc locum sicut timorosus tenebram,olfactus fętorem, mercator furem.Sed quæritur vtrum voluntate deliberatiua, damnati malunt non esse, quàm sic esse? Respondetur secundum Bonauen.in 4.distin.50.ꝙ non esse,nullo modo est appetendum appetitu recto:sicut nec esse damnatum, vel esse infęlicem. Sed vtrumque est fugiendū, quia non esse admittit totum bonum, pęna vero partem. Dicitur secundò,ꝙ damnati magis appetunt nō esse,quàm esse in illis pęnis.Apoc.9.Desiderabunt mori,& mors fugiet ab eis. Et Aug.libro de miseria huius mundi,loquens de damnatis,dixit. O mors quàm dulces es, quibus tam amara fuisti, te solum desiderant,qui te vehementer oderunt. Et Christus de Iuda dixit. Melius erat illi,si natus non fuisset homo ille. Existimant se habere quietē si omnino nō essent.Et credo ꝙ magis esset appetendum, si poneretur in optione omnino non esse,quàm æternaliter torqueri,loquendo de appetitu qui refugit incommodum, quia hoc iudicat mens magis esse portabilē decollationem,ꝙ diuturnam ignis adustionem.Veruntamen secūdū appetitū honesti, quia cruciatus iniqui spiritus est ad gloriam Dei, deberet vtique malle ignibus subiacere ad continuam Dei laudem, quàm per omnimodam anihilationem manuum Dei effugere.Hæc Bonauentura.

B *Volūtas qua damnati malunt non esse quā esse,quæ sit.*

Quòd damnati de quatuor sunt certi, quibus grauantur eorum tormenta: ꝙ tria ad benè agendum sunt requisita: & ꝙ maior erit multitudo dānatorum quàm saluatorum. Cap. XXIII.

SEptima pęna spiritualis in damnatis, erit certitudo suæ damnationis.Horrenda enim pœna est appræhendere, ꝙ nunquam cessabunt a tanta tribulatione:& ꝙ nunquam melius habebunt.Si enim ita tristes sunt,qui sunt adiudicati morti temporali,vt quasi exanimes fiāt: quantum tristabuntur damnati certi de æterna morte?Sed quanta fatuitas, pro momentanea delectatione,dimittere se incurrere perpetuam hanc damnationem.Erunt enim certi de quatuor. Primò, ꝙ nunquam iudex reuocabit sententiam suam, nec executionem differet,quia ibunt hi in supplicium æternū, iusti autem in vitam æternam. Mat.25. Nunc vero incerti sumus de sententia illa,an contra nos feretur,an non,vt ergo possimus eam euadere, laboremus ad benè agēdum.Primò quia multi credunt saluari, qui damnabuntur. Vnde in vitis patrum, abbas Syluianus cum factus fuisset in excessu mentis coram fratribus, & redijsset ad se,flebat valde: & interrogauerūt fratres quid haberet, & dixit.Ego ad Dei iudicium raptus fui: & vidi quosdam de habitu nostro exeūtes, ad tormenta, quosdam verò de habitu seculari euntes ad regnum. Et illud habetur Mat.7. Multi dicent in illa die domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus; & in nomine tuo dæmonia eiecimus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunquàm noui vos. Discedite a me omnes operarij iniquitates. Si autem prophetæ & fugantes dæmones, & miracula facientes, tunc repellētur: quis potest esse qui de se nō dubitet? Incertus est igitur quisque de lege communi de illa sententia, de qua tamen certi sunt, & erunt damnati. Ideo consulit sapiens.Eccl.9. Quodcūque potest manus tua instanter operare, quia nec opus,nec ratio,nec scientia, nec sapientia,erunt apud inferos quò tu properas. Quodcunque potest manus tua, non lingua tua tantum: nec manus capellani,vel vicarij tui,q non accipiet præmium tuum, vel portabit pęnam tuam in iudicio: instanter operare: vel ad conuersionem peccatorū tuorū subditorū;vel ad conuersionē tuā:quia nec C

opus quo merearis; nec ratio qua te excuses de otio; nec sciẽtia qua pęnam iudicatam euadas; nec sapiẽtia qua Dei misericordiam inuenias, erunt apud inferos, quò tu properas otia sectãdo, opus enim non erit ibi, quia Io.9. Operamini dum dies est; venit nox quando nemo potest operari. Ratio non erit ibi, quia omnibus horis vsque ad vndecimã recepti sunt operarij in vineam Christi. Mat.20. Nec scientia erit ibi decretorũ vel legem, qua excipere, differre, vel interloqui valeas a sentẽtia tuæ damnationis, quia tunc omnis iniquitas opilabit os, & obstruetur os loquẽtium iniqua, quando dicet iudex. Existimasti iniquè, ꝙ ero tui similis, confundens iudicium & iustitiam, sicut tu fecisti. Nec sapientia erit ibi, qua te conuertendo ad Deum misericordiam inuenias. Est,n, magna consolatio, cum habetur spes de misericordia iudicis, & de reuocatione suæ sententiæ. Sed hoc non erit tunc; quia sicut nũc est tempus misericordiæ, ita tũc erit tempus veritatis & iustitię. Vnde Leo Papa. In veritate iudicabit te, qui in veritate te redemit. Hæc autẽ pęna debetur illis, qui nolunt credere sacræ scripturæ. Sed dicunt nos ista adinuenisse, ad terrorem peccatorum: quales sunt falsi Christiani contradicẽtes euangelio, & per consequens Deo & ecclesiæ. Tales enim benè vellent perpetuò saluari, sed sine labore & certamine, cum tamen dicat Apostolus. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Cum ergo dicant vitam beatam esse æternam: quare non credunt pœnam, & mortem æternam? Non enim minus est iustus Deus, quàm misericors. Si ergo ita misericors est in hoc mundo, vt omnia nefaria contra eum facta facilè cõdonet. Si e ĩ alio seculo erit ita iustus, vt peccata hic non emẽdata, nunquam dimittat: sed ea perpetuò puniat. Secundò erunt certi ꝙ bene agendi nunquam obtinebunt facultatem, grauis certè pęna, cum se scient priuatos illa facultate, qua potuissent lucrari regnum cęlorum si voluissent. Ad benè operandum autem tria exiguntur. Scire, posse, & velle. Necesse enim est scire finem, ad quem homo tendit, sicut dicit Aristo. 1. Ethicorum, ꝙ ad hoc ꝙ sagittator perueniat ad signum, necesse est prius cognoscere signum, & istud scire, habetur per fidẽ. quia Ioan. 12. Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Homo enim absque fide, ad molam istorum temporalium circũit, ad modum Sansonis exoculati. Iudicum. 16. Psal. 11. In circũitu impij ambulant. Secundò requiritur posse. Nõ enim tentanda sunt, quæ omnino effici non possunt. Et istud posse peruenire, generat spem & desiderium habendi præcognitum, hoc requiritur velle, quod efficitur formatum per charitatem. Primum benè habent damnati, quia Iaco. 2. dæmones credunt & contremiscunt. Sed quia carent secundo, cum impossibilè sit eos demersos in abyssis, pertingere ad cœlos, ideo nullum bonum velle, circa vltimum finem habere possunt. Nullum enim bonum uelle possunt, nisi propter affectionem cõmodi: quod quidem uelle malum est. Consideremus igitur, quanta pœna esset alicui, & quãta tristitia, si perderet unum regnũ. Sic maxima erit ipsis dãnatis tristitia, quãdo propter suam malam voluntatẽ, perdiderunt gloriam, & omnia media ad ipsam, quia nunquam habebunt tale posse, sicut habuerunt, quod tamen posse ex se, gignit gaudium & lætitiam, bonũ enim opus, & si nunquam præmiaretur: tamen ipsum generat lætitiam in animo facientis. Tertiò, quia erunt certi de æterna societate maledicta; & maledictorum. Si sit graue homini esse in societate quæ displicet: & præcipuè homicidarum, latronum, & crudelium, & maximè quando illa societas infert pœnam, & ubi habet manere tantummodo per tempus. Quid erit de damnatis, quando certi erunt, ꝙ cum dæmonibus & alijs damnatis perpetuò manebunt? Ex qua, & in qua societate maximè affligentur, in societate uidelicet tã ignita tam fœtida. Vbi erunt societates huius mundi, ubi prandia & conuiuia, in quibus fuerunt tot excessus & in uerbis & in cibis? Vbi choreæ in quibus tot

Ad bene operandũ tria exiguntur.

Societas maledicta damnatorũ.

D

tot mala committuntur, ubi societas bibentium & ludentium in tabernis? Certè ex talibus mundanis societatibus nisi corrigantur: ibunt ad infernalem societatem. Fugiamus ergo societates illas, ne ad societatem infernorum descendamus. Quarta pœna, erit certitudo loci infernalis. Si pœna sit esse in loco fœtido, vel inhonesto: tamen eam alleuiat spes exeundi. Non est autē spes exitus de tali loco. Si enim adiudicatus esses perpetuò stare in latrinis, quantum tristis esses? Inde animæ infernales dicūtur manes a manendo, quia qui cadit illuc, perpetuò manet ibi. Est.n. locus latus ad ingrediendū, sed arctus ad egressum, vt vasa diaboli. Esa. 5. Dilatauit infernus os suum absque vllo termino, & descenderunt, &c. Mat. 7. Lata est via q̄ ducit ad perditionem: ideo etiam locus ille dicitur stagnum a stando. Iob 7. Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos, non ascendet. Mala est ista taberna, quia qui ibi ponit animam, in vadio, neque pro vadio, neq; pro contrauadio, neque pro fideiussore, neque pro obside potest eā habere. Qui .n. cadit, nisi miraculosè resuscitatus nō resurgit. Sicut nec lapis molaris de fundo maris. Exo. 5. Submersi sunt quasi plumbum, in aquis vehementibus. Et ibidem. Descenderunt in profundū quasi lapis. In cuius figura dicitur Apo. 18. ꝙ sustulit Angelus fortis lapidem molarem magnum, & proiecit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon in infernum. In signum huius præcepit Hieremias Saraiæ, omnia mala dicta cōtra Babylonem scribi, & ligari cum lapide, & proijci in medium Euphraten, & dici, Sic submergetur Babylon, & nō consurget a facie afflictionis, quam ego adducam super eam. Hiere. 51. Est enim infernus domus Dædali, de qua dicitur a poetis, ꝙ potest quis in eam ingredi, sed non exire. Et quia nullus poneret libenter pignus bonum illic, vnde redimi non posset. Quanta stultitia est animam suam illuc committere. Vnde quædam mulier fatua, quæ aliquantulum Latinū intelligebat, cum audiret clericos cantantes in officio mortuorum. In inferno nulla est redemptio, cœpit clamare alte: Malum est ibi ponere pignus suum: malum est ibi ponere pignus suum: hoc pluries repetendo. Quantum igitur timere debent homines huius mundi, qui propter loca trāsitoria. s. propter domos ædificandas, & acquirendas, & castra & terras, multa peccata committunt: nunc per violentia, vt patet in bellis: nunc per fraudes & cautelas, ut diuites a pauperibus subtrahentes hæreditates. Alij terras & prata adaugent per amotionem diuisionis inter proximos: non considerantes qualem domum postea habebūt, quibus omnibus comminatur dominus væ æternæ damnationis. Esa. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis soli in medio terræ? Sanè tales cito morientur, nec amplius in illis locis habitabunt. Sed in inferno, vbi propter talium acquisitionem non solum ipsi, sed & eorum successores in talibus, perpetuò damnabūtur. Ad hoc est exemplum cuiusdam militis defuncti: qui in dexterio nigerrimo apparuit, de cuius naribus fumus & flamma procedebant, qui apparuit tectus pellibus ouinis, & molem terræ gestans in humeris, ille autem cui apparuit dixit ei. Estis vos dominus Fredericus? illo respondente ego sum. Adiunxit vnde venitis? & quid signāt ista quæ video? Ego (inquit) in maximis pœnis sum, pelles istas a tali vidua abstraxi, quas modo ardentes sentio. Similiter partem cuiusdam talis agri mihi vendicaui iniustè, cuius nunc pondere prēmor, sed si filij mei ista restituerent pœnam meam multum alleuiarent. Sicque euanuit. Audientes autem filij verba patris, maluerunt eum in pœna manere, & seipsos damnare, quàm iniustè detenta restituere. Sed circa hoc quæreretur, si maior erit multitudo damnandorum quàm saluandorum. Et arguunt quidā ꝙ non, quia promptior creditur Deus ad saluandum, quàm ad damnandum, præsumptio igitur videtur, quòd pluriū miserebitur quam damnet eius iustitia.

Perpetuitas et certitudo loci damnatorū est maxima pœna.

Exēplū cōtra raptores.

E Saluandorū an damnandorū, maior erit numerus.

Secundò, qualiter implebitur domus Dei cęlestis tanta paucitate electorum, cum infernus (qui longè minor est) capere sufficiat etiam cum dæmonibus tantam damnatorum multitudinem? Tertiò, non videtur conueniens regi regum & domino seculorum, vt plures habeat in carcere vinctos, plures patibulis affixos, & tormẽtis traditos, quàm habeat sibi famulãtes & subditos. Quartò, quomodo potest misericordia Dei, cuius non est numerus, sustinere tantam carnificinam tormentorum? An enim creauit tantam multitudinem in perditionem & mortem? Non enim videtur conuenire diuitijs bonitatis eius, & immensitati misericordiæ suæ eos creasse, quos saluare poterat, & flãmis infernalibus depascendos derelinquere, & igni infernali de ipsis pabulum ministrare. Quintò, Matth. 25. cap. dicitur, quòd quinque erant prudentes virgines, & quinque fatuę: & per fatuas intelliguntur dãnati: & per prudentes saluati; igitur ad minus tot erunt saluati, quot damnati. In oppositum arguitur p illud Mat. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. & per illud Mat. 7. Lata est via quæ ducit ad perditionem: & multi intrant per eam. Arcta autem est uia, q̃ ducit ad salutem; & pauci ingrediuntur per eam. Respondetur per propositiones. Prima est. Simpliciter plures erunt damnati quam saluati. Et ad hoc sunt auctoritates allegatæ in oppositum. Sed adhuc iterum ostenditur. Primò aucto-ritate scripturæ in Psal. 37. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Vnde quædam gl. dixit: Capilli adhærentes capiti Christo, sunt electi adhærentes per fidem; super quorum numerum multiplicati sunt inimici eius infideles, tam mali Christiani, q̃ alterius sectæ. Sicut enim in senectute hominis dealbantur capilli, propter frigiditatem, & cadunt, sic in senectute ecclesiæ nũc refrigerantur charitate Christiani, & facile labuntur in multa vitia. Ad hoc est etiam Christi doctrina quæ dixit Marc. vlt. Qui non crediderit condemnabitur. Sed multo plures sunt infideles quàm credentes, vt patet de omnibus Iudęis, paganis, idololatris, & Saracenis, qui multo plures sunt Christiani: ergo multo plures damnabuntur, quàm saluentur. Sed dices quia scribitur Apo. 7. Vidi turbam magnam q̃ dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, stantes ante thronum. Hoc autem intelligitur de electis ad gloriã, ergo eorum est turba infinita, non est igitur multitudo maior dãnandorũ. Respondetur ꝙ maximus est numerus electorum, quasi nemo nisi Deus nouit, sed minor est numero in comparatione ad numerum malorum, quia secũdum Aristotelem. 2. Topic. homines, vt in pluribus, sunt mali, & vt in paucioribus boni. Si igitur soli boni ad regnum gradiantur, mali ad damnationem: sequitur ꝙ multo plures damnãtur, q̃ saluantur. Vnde hoc confirmat sapiens Eccl. 1. c. Stultorum infinitus est numerus. Sed dices iterum, quomodo credibile est, ꝙ tanta multitudo infidelium, putà Saracenorum, & Iudęorum, sic damnantur cum arbitrentur obsequium se pręstare Deo adhærendo suæ sectæ? Et si scirent se errare, eam delinquerent. Respondetur primo secundum Guil. Parisien. quòd si ignorantia, vel error excusaret (cum omnes peccatores errent & ignorent: & tanto amplius quanto amplius peccant) omnia peccata essent excusabilia; & maiora magis excusabilia, quia maiores tenebras & errores ingerunt peccantibus. Dicitur secundò, quòd tales ad uiã veritatis non veniũt; aut quia nolunt venire ad eam; aut si velint, nolunt diligentiam facere de inquirendo, qui eos instruat; aut saltem non faciunt quod in se est, de perueniendo ad eam. Sed omnibus modis eis imputandum est, si peruersam gradiantur viam, recta dimissa, non obstante ignorantia illius. Igitur minor satis deducitur. De primo patet: Nam volens ambulare corporaliter, si nollet apprehendere viæ ipsius discrimina, & offendicula, & præcipitia, quæ oculis corporeis videri, & pręuideri possunt: sed magis clausis oculis, & auersis a via vellet incidere:

quicquid ei mali, putà offensionis, vel casus euenerit, iustissime ei imputari posset, quia per se poterat huiusmodi pericula declinare: ideo tali qui cognoscit uiam aliam esse bonam, & suam nō esse talem : imputetur si recta via non gradiatur, & in interitum demergatur. De secundo patet, quia si quis voluerit ad locum aliquem (viam ignorans) pergere : & præsto habeat qui eidem viam ostendat : & ducatum itineris præbeat; & neutrum istorum habere velit, scilicet nec ducem itineris, nec viæ ostensorem. Si erret, imputetur sibi error itineris. sed in via morum, multo magis necessarium est habere ductorem, & ostensorē viæ, quàm in via corporali, Quantò pericula maiora sunt in via morum, quàm in via seculi huius; Igitur qui non vult audire ostensores huius viæ; vel sequi ductores itineris morum si aberret, sibi ad peccatum imputetur. Cum igitur vbique terrarum sint Christiani, vel de doctrina & fide eorum rumor; & parati sint tales dirigere & erudire; cum nolunt, eis imputetur. De tertio patet, quia si videris alium in via errare, qui visibilis est, teneris illum ab illo errore auertere; & a periculis quæ in ipso itinere cernis; multò magis in via morū, longè amplius tibi teneris, quàm alij cōsulere; & tanto magis, quanto magis sibimet debitor est quàm alijs; cum ergo hoc non facit, maximè sibi imputandum est. Credendum enim est quòd si faciat quod in se est; puta orando Deū, & diligentiam adhibendo, quantam faceret in acquirenda magna hęreditate temporali, vel vitanda temporali morte quòd Deus sibi administrabit ea quæ sunt suæ salutis. Vulgo dicitur. Adiuua te, & Deus adiuuabit te. Aut per inuestigationem creaturarum, sicut philosophi, per visionem creaturarum, deuenerunt in vnius solius Dei cognitionē. Si enim talento intellectus quis bene negotiatus fuerit, ex consideratione visibilium; facile esset ei, deuenire in cognitionem sui creatoris; & credendum est quòd Deus ei multiplicabit talenta, uel diuinæ reuelationis, vel inspirationis ampliora. Credendum enim est Deum neminem velle deserere, qui ei studeat adhærere: Sed dicit dominus. Arcta est uia quæ ducit ad salutem: & pauci inueniunt eam, quia pauci sunt qui quærunt eam. Omnis enim qui quærit inuenit. Secunda propositio loquendo de tenentibus fidem catholicā. Simpliciter plures erunt saluati quàm damnati. Probatur, quia credendum est pueros baptizatos ante annos, in quibus cognitione vtuntur decedentes, saluari. Sed quasi tot moriuntur intra illam ætatem, quot moriuntur in ætate adulta: vt experientia docet. Et cum hoc multi de adultis saluantur: ergo simpliciter credendum est plures Christianos esse saluatos quàm damnatos. Tertia propositio. Probabiliter, & sine assertione, magis consonum est scripturæ & dictis sanctorum, plures Christianos adultos damnari, quam saluari. Probatur, primò auctoritate scripturæ Psal. 39. Vbi dicit dominus. Annuntiaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Glossa magistri. Mali super numerum electorum: ergo post annuntiationem & prædicationem euangelij, adhuc multo plures sunt reprobi quam electi. Secundò hoc ostenditur p figuras. Nam dominus ascendens in mōtem vbi transfiguratus est: tres tantummodo assumpsit, quibus gloriā suā demonstrauit: & nouem inferius dimisit. Tertio, quia de sexcentum milibus, qui exierunt ab Aegypto, & transierunt mare rubrum, solum duo intrauerunt terrā promissionis. s. Caleph & Iosue. Sic de baptizatis in mari rubro baptismi, pauci intrant in terram promissionis. Vnde in vita Thomæ Cantuarien. legitur, quòd die quo sanctus prædictus moriebatur: in toto mundo mortui sunt tria milia & triginta & tres: de quibus tria milia, ierunt ad infernum: & triginta ad purgatorium: & tres, euolauerunt ad cœlum, scilicet Thomas martyr, & duo alij quorum vnus, suo charo hoc reuelauit. Tertiò, hoc idem aliquibus apparentijs ostendi potest. Primò, quia plures sunt q hastiludia, & olympiades cernunt, quā qui

Christiani plures saluabūtur quā dānentur.

Saluandorū numerus paruus exemplo admirādo declaratur.

qui fortiter agonizent,& vincant. Secundum autem Aristotelem,non fortissimi coronantur,sed agonizantes. Vnde Iud.6. In figura legitur,quòd Gedeone ineunte bellum contra Madianitas: in quo digni tantummodo fuerunt pugnare,qui manu tantum lambebant aquam. Qui verò toto corpore prostrati bibebant,illi non fuerunt digni victoria illa, qui tamen multo plures fuerunt ijs, qui tantum manu lambebant aquam. Sic illi digni sunt victoria contra hostes infernales,& per consequens corona æterna, qui tantummodo ista terrena manu tangunt.i.qui ea tangunt tantum,quantum est ad salutem corporalem necessariũ.Non aũt illi,qui tota mente,& toto corpore,& toto conamine,his intendũt: qui sunt multo plures prioribus. Præterea,viæ difficiles communiter dimittuntur, & faciles multum deambulantur. Sed facilè itur in infernum,dicente Virgilio Aeneid.6. Facilis descensus auerni. Ad se perdendum sufficit solus homo,sine quocunque alio adiutorio.quia Oseæ 13.Perditio tua ex te Israel. Difficilis est autem ascensus in cœlum,dicente Seneca. Non est ad astra mollis e terris via:ideo non est mirum,si plures vias illas quas reputant faciles ambulant,ducentes in infernum,& dimittunt plures eas quæ ducunt in cœlum. Dicit.n.Aristo.2.Ethic.ꝙ contingit vno modo bene agere, sed infinitis modis deuiare: ideo facilè a rectitudine obliquari. Similiter, via lata omnibus se offert,nec indiget vt quæratur: via vero cœli arcta, a multis ignoratur,nec quæritur:ideo pauci ambulant per eam.Thren.1. Viæ Sion lugent, eo ꝙ non sit qui veniat ad solemnitatem.Præterea,secundum Gul.Parisien.libro de fide & legibus, multi sunt qui damnantur, & pauci qui saluantur: & in naturalibus, & in moralibus, similitudinem habet. Viliorũ enim & ignobilium,semper maior est multitudo,quã preciosorum,atque nobilium,vt ferri,& plumbi,quàm auri,& argenti: & lapidũ ignobilium quàm gemmarum.Similiter quercuum quam cædrorum, vel palmarum: & eodem modo stultorum hominum,quàm sapientum,& malorum quã bonorum.Videmus etiam,quia in tanta multitudine virorum, paucos de illis, Reges & Principes temporales efficit Deus:nec in hoc mirari debemus, quanto minus mirari debemus, si paucis larginntur, præclara ac nobilissima Regna cœlestia:puta cum tam raros videmus, qui Regna cœlorum appetant, vel qui eadem curent, tam multos autem qui ab eis se auertant,& contraria sectētur. Non inde miremur si pauci illic perueniant.Præterea si videremus,de centum partibus generis humani, nonaginta nouem totis studijs currentes per viã quæ ducit ad mortem: paucos vero currentes per viam,quæ ducit ad vitam. Non miraremur si tota illa magna multitudo deueniret in mortem, & sola illa paucitas perueniret ad vitam.Quid igitur mirum si vnusquisque hominum ad finem peruenit, ad quem totis viribus ac studijs tendit? Ad primum igitur in oppositum dicendum, ꝙ omnium Deus miseretur,secundum præsentem iustitiam: immo etiam ipsorum damnatorum, qa non punit eos quantum iustè posset punire.dicere.n. possent dãnati illud Thrē. 3. Misericordiæ domini multæ,quia nõ sumus cõsumpti. Tunc tamen in eis magis apparebit, & laudabitur Dei iustitia quam misericordia. Neque enim vt vult Gul.Parisien. esset perfecta laus Dei & completa,si non esset ei perennis & perpetua laus & gloria Dei iustitia, quemadmodum de bonitate,& misericordia. Et sicut iuges laudes & gratiarum actiones, continuè resonabunt eius misericordiam in redemptis & saluatis:sic plãctus & eiulatus, resonabunt Dei iustitiã in perditis & damnatis. Et propter hoc, vt vult Gul.Parisien. infernus in glorificatorum auribus,ineffabili suauitate sucinet in paradiso. Nec esset iucunda,& ex omni parte perfecta laus,nec musicalis cõcentus suauitas:͙si discantus infernalis a parte iustitiæ Dei resonans, cantui misericordiæ deesset: iuxta quod scriptum est in Psal.100. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Ad secundum dicitur, ꝙ infernus minor est ampli-

Via inferni facilis, via cœli difficilis.

Miseretur Deus omnium secundum præsentē iustitiã.

Infernì magnitudo.

amplitudine ipsa terra, eo ꝙ continetur in terra. Sed in inferno ponentur damnati compacti, sicut oues, vt supra dictū est. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt. Sed in paradiso, erunt beati collocati, secundum Regalem magnificentiā. Oportet autem Reges, iuxta magnificentiam Regiam ampla habitare palatia: ideo palatium cœli latum est, propter tot Regum, & Reginarum magnificentiam complendam. Ideo, ibi melius est sequi viam paucorum, quam viā multorum. Vnde in historijs Phrysonū legitur, ꝙ quidā eorū Dux noīe Rathboldus, cū deret baptizari, & iam vnū pedem haberet in lauacro, & alterum extra. Interrogauit, vbi plures maiorum suorum essent, in inferno an in paradiso: & audiens plures esse in inferno intinctum pedem retrahens. Sanctius est (inquit) plures quàm pauciores sequi: & ita ludificatus a dæmone, promittente sibi, ꝙ tertia die incomparabilia bona sibi conferret. Quarta die subita & æterna morte perijt. Sic multi se volunt magis sociare cum illis qui vadunt in infernum, quàm cum paucis qui in paradisum festinant. Ad tertium dicitur, ꝙ si reges & principes haberent iustitiam agere super subditos plenam & perfectam, ita vt possent tam in foro interiori, q̄ exteriori iudicare: in multis locis appareret infidelium cruciatus, plus quàm modo: & forte vbique in arboribus inuenirentur suspensi, modo vero nō nisi dimidiam iustitiam habēt, scilicet in foro exteriori, Christus autē factus homo residuum iustitiæ suæ cōtulit homini: quando Ioa. 5. pater omne iudicium dedit filio, quia filius hominis est: vt si homo se iudicet in præsenti, nō iudicetur in altero, & ita, quia Deus & de exterioribus, & de interioribus iudicat: non est mirum, si multos infideles & rebelles, iudicet ad inferni patibulū: & plures quàm iudicent reges, & principes ad temporale patibulum. Dicitur secundò, ꝙ peccatores & damnati, pro nihilo reputantur. Esa. 40. Gentes quasi vacuum & inane in conspectu domini Dei reputatę sunt. Non est igitur mirum, si illa tota multitudo non reputetur, sed in patibulis suspendatur, quæ nullius est valoris: quoniam Eccl. 16. c. Melior est unus timens Deum, quàm mille filij impij. Ad quartum dicitur ꝙ non delectant Deum tormenta malorū, quasi cōplaceret in ipsis. Esa. 1. Heu (inquit) ego consolabor super hostibus meis: & vindicabor de inimicis meis. Sed tamen in ipsis delectantur, in quantum per ea malum reordinatur: & propter pulchritudinem iustitiæ quæ in eis inæstimabiliter miranda est & laudanda: & quam tanto delectabilius intuebuntur sancti in patria, quàm hic cogitent eam, vel audiant. Et quanto maior erit eis ibi amor iustitiæ quàm hic. Et quanto magis videbitur ipsa diuinæ iustitiæ magnitudo. Ex quo sequitur secundum Gul. Parisien. ibi maius gaudium futurum esse de aspectu pulchritudinis diuinæ iustitiæ quæ ibi conspicietur lucidissimè: quàm esset gaudiū ex omnibus huius mundi gaudijs, si conflarentur in vnum. Ad quintum dicitur primò quòd ibi ponitur numerus certus pro incerto. Nec ex hoc argui potest æqualitas damnatorū & saluatorum. Vnde Esa. 24. Dicitur quomodo si paucæ oliuæ quę remanserunt excutiantur ex oleo: & racemi, cum fuerit finita vindemia, eleuabunt vocem suam, & laudabunt cū glorificatus fuerit dominus? Sicut enim contingit in nuce, ꝙ post excussionem nucum, remanent paucę respectu earum quę ante fuerant: & pauci racemi post vindemiā, respectu eorum qui ante fuerunt. Sic pauci erunt saluati respectu damnandorum. Dicitur secundò ꝙ propter significationem quandam, dicuntur quinque: quia omnes saluandos necesse est habere quinque: scilicet fidem veram, non fictam, baptismum, in adultis pęnitentiam, ablati restitutionem, & Dei & proximi amorem, a quibus deficiunt damnati. Sed dices, hæc opinio de multitudine fidelium, ꝙ plures eorum dānabuntur, magis ducet fideles ad desperationem, quàm ad benè agendum inclinaret. Respondetur ꝙ non: immo ad

Deus & Sancti, quō delectantur in tormētis malorum.

Saluandos oēs necesse ē habere quinq;

benè

benè agendum stimulat. Si enim deberent solum esse tres saluandi,& ego scirem, sperarem esse vnus ex illis: & ex operibus operam darem,ut efficerer eorum tertius,ideo non est desperandum, sed laborandum, quia pulices & pediculi,& cætera nullius valoris animalia, sine labore acquiruntur, bona vero & vtilia, vt oues & boues, non nisi cum labore magno possidentur.

Spiritualis desolatio, ex quatuor bonorum priuatione damnatis prouenit: quòd laborum duo sunt uitia: quòd damnati obliuiscentur a Deo, sanctis, & amicis: & cognoscent beatos & econuerso. Cap. XXIIII.



Ctaua pœna spiritualis est defectus consolationis non tantum corporis: sed etiam ipsius animæ. Nam, vt videmus, aliqui corporaliter consolantur, qui non spiritualiter, & econuerso: quamuis consolatio animæ redundet in corpus. Quanta ergo pœna damnatis erit, qui considerabunt a nullo, scilicet nec a Deo: nec ab aliqua creatura, consolari in tam maximis pœnis: sed erunt in inferno positi, quasi Deo non sit amplius de eis cura. O domine Iesu, quantam curam pro homine saluando habuisti? qui homo fuisti passibilis, abiectus,& despectus,& mortem tam vilem passus es. Psal. 76. Nunquid obliuisceris misereri Deus? aut continebis in ira misericordias tuas vtique domine, quia nunc est tempus misericordiæ. Tunc aût iustitiæ, vbi dicet qlibet illud Ps. 70. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Erit igitur occasione huius desolationis in damnatis grauissima pęna ex quatuor. Primo quia erunt priuati omni diuina consolatione, quia Deus iudex iustus, nihil eis dabit in quo sibi complaceant: immo de quocunque recordabuntur, siue de Deo, aut alia re quacunque: hoc totum erit in desolationem. Inde est quòd infernus appellatur, secundum Papiam: acheron, ab a quod est sine, & chere quod est gaudium, quasi sine gaudio. Non enim habebunt aliquã gaudij consolationem retro a mundo quem dimiserunt, quia non valent eis eius suffragia. Nec desuper a cęlo, quia non fluit inde desuper aliqua misericordia. Nec de futuro sperant gratiã aliquam: ideo sunt semper sine gaudio: vt sicut est locus cęli semper cum gaudio: mundi vero locus, modo cum gaudio, modo sine gaudio. Sic & infernus locus est, semper carens gaudio. Bernar. Quid erit cum se videbit illa misera conditio, omni se consolatione priuatam. Iob 15. Auferetur de tabernaculo eius omnis spes fiduciæ. Exemplum ad hoc. Luc. 16. De diuite, qui cum petijsset guttam aquæ,& responsum fuisset de chaos magno, desperans, rogare cępit pro fratribus suis. Inde dicitur infernus terra miseriæ, quia ibi est ablatio omnis refrigerij: miseria enim opponitur fælicitati: ideo sicut fælicitas perfecta patriæ supernæ, excludit omnem defectum: sic miseria inferni, excludit omne refrigerium & solatium. In hac vita sustinemus multas miserias: propter quod Iob 13. De homine dicitur, quòd repletur multis miserijs. Sed inter eas multa sunt refrigeria: & scit istas miserias tandem debere deficere. Sed in inferno vbi est summa miseria, nullum est refrigerium a Deo, vt pro gratia singulari, damnati vellent permanere in illis pœnis, saltem tot annis, quot sunt guttæ aquæ maris,& grana arenæ eius: & postmodum liberi essent: & ex hoc refrigerium aliquod susciperent, quãuis enim illa sint innumerabilia nobis: finita tamen sunt, & a Deo dinumerata: & sic aliquando finem haberent. Sed cũ sciũt nunquam finem hic habere pœnam eorum: ideo refrigerio carent. Hic autem, vt dictum est, non sic punit Deus: quia quantumcunque hic aliquis patiatur, aliquam tamen consolationẽ suscipere potest. Sicut Iob, licèt grauissimè afflictus, patienter tamen sustinuit. Scriptũ enim est Iob 2. ꝗ percussit eum Sathan vlcere pessimo, a planta pedis vsque ad verticem capitis, qui testa saniem radebat in sterquilinio. Et cum dixisset illi

G Damnati omni diuina consolatione priuabũtur

uxor

vxor sua. Adhuc tu per manes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere. Ait illi. Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, cur mala non suscipiemus? In quo patet patientia eius: quam non habebunt damnati: ideo blasphemabũt, & maledicent: sicut consulebat mulier Iob dicens. Benedic Deo, idest maledic. Tantum enim abhorret scriptura diuina maledictionem, vt loco maledic posuerit benedic. vnde in omnibus his nõ peccauit Iob labijs suis. Gl. Duobus modis labijs peccamus. Primò, cum iniusta dicimus. Secundò, cum iusta tacemus: sed Iob, neque contra ferientem, superba dixit, neq; contra suadẽtem, recta tacuit: & sic patet, ꝙ per patientiam, & sapientiam, quibus vxorem arguit (quæ sunt duo dona Dei) consolatus est. Et etiam quia hæc pęna præsens, temporalis ẽ: & per patientiã potest esse æternæ vitæ meritoria: & cum hoc purgatiua & satisfactoria. Sed nihil tale accidet dãnatis. Hæc autem pęna illis dabitur qui hic habent consolationem suam mundanam in iocis, truphis, comestionibus, potationibus, luxurijs, & alijs peccatis multis, de quibus noluerunt pęnitere. Credunt enim tales decipere Deũ, quia dicunt ore se dolere de peccatis, & proponere abstinere. Sed in rei veritate, aliud habent in corde, quod patet. Quia facta oris confessione coram sacerdote, tali quali, statim redeunt ad modum viuendi priorem. Et sicut prius iurauerũt, & blasphemauerunt, sic postea faciunt, dicentes, ꝙ aliter viuere non possunt. Et ideo, quia hic noluerũt acq. escere Deo, in futuro in nullo Deus acquiescet eis. Secunda pœna erit, quia priuabũtur Angelorum consolatione. Post diem iudicij nullus bonorum Angelorum ad dãnatos descendet; modo enim ad purgatorium quandoque creduntur descendere, ad purgandos consolandum. Sicut in libro de dono timoris legitur, ꝙ quidam peccator correptus grauissima infirmitate, rogabat dominum, vt eum tolleret de mundo isto, quod cum frequenter petijsset, adstitit Angelus Dei, dicẽs se missum, ad petitionem suam expediendum. Elige, inquit, tibi quod vis, aut duobus diebus in purgatorio stare, aut duobus annis infirmitatẽ istam sustinere. At ille gaudẽs elegit primũ, & sic mortuus est. Post horã aũt modicã, apparuit ei Angelus existenti in purgatorio; quẽ anima illius defuncti videns, ait. Quis es tu? Qui ait. Ego sum Angelus domini, qui apparui tibi in seculo adhuc viuenti. Cui ille, absit. Tu non es Angelus, quia Angeli non mentiuntur. Tu autem mihi mentitus es, dicens, quòd solum duobus diebus starem in purgatorio: hic autem steti tot annis. At Angelus. Scias quòd nondum hic per horam integram stetisti. Tunc ille. Rogo ergo quòd me reducas ad seculum, quia paratus sum sustinere quamcunque infirmitatem quæ Deo placuerit, dummodo hic non reuertar: quod & factũ est diuina dispensatione. Et regressus hic, sustinuit patienter infirmitatẽ per duos annos, post quos mortuus est. Piè ergo creditur, quòd boni Angeli, visitent in purgatorio suos conciues, & consolentur eos: & vt patienter sustineant exhortantur: & specialiter eos visitant, quorum fuerunt custodes. damnati verò nunquam sic per bonos Angelos consolabuntur: & hoc iustè, quia nunquam eis voluerunt acquiescere, vel si quandoque acquieuerunt, non tamen perseuerauerunt: & maxima erit desolationis occasio in eis, dum recordabuntur, ꝙ Deus eos tantum dilexit, quòd eis (sicut dicit Hierony.) ab ortu natiuitatis dederit Angelum custodem. Quanta insuper desolatio eis, non acquieuisse monitionibus sui boni custodis, & cum eo non iuisse ad gloriam cęlestem: sed magis acquieuisse illi damnato Angelo dato in exercitium? Considera enim, quòd si tibi darentur duo viri: quorum vnus induceret ad bonum terminum, alius instigaret ad malum: si crederes malo inducenti te ad locum talem, qualis est infernus, quantũ dolore, & tristari deberes, quia malo acquieuisti, & bono credere noluisti? Sic erit de damnatis in eodem loco. Tertia pęna erit, priuari omnium

H Labijs duobus modis peccamus.

Angeli ĩ infernũ non descendent post diẽ iudicij.

P

Angelis nostris custodibus, acquiescere debemus:

nium

I Sācti nō cōpatien tur dam natis.

niū sanctorum compassione. Primò quidem quia sancti tunc compati non poterunt, eo quòd (vt dicit Gul. Parisien. lib. de virtutibus) cum compassio sit quędam cordis miseria; si esset in eis compassio, esset in eis cordis miseria: cū ergo miseria tunc se totam conferat in gaudium, quod erit de omnino sublata miseria; sequitur, quòd in illa fælicitate, nulla erit compassio. Tum etiam, quia tunc lætabuntur sancti de iustitia Dei. Psal. 63. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: vt enim dicit Gul. Iustitia Dei de dānatis, apponet maximum ferculum gaudij beatis, cum viderint eos cruciari: ita quòd tot fercula, quot tormenta. Summè enim diligunt iustitiam Dei, quam hic esurierunt: ideo nimirum si tunc saturati erunt. Tum tertiò, ratione amoris gloriæ Dei, quam summopere zelant. Ita vt transacto mari huius seculi, decantent illud Exodi 15. Cantemus domino, gloriosę enim glorificatus est equum, id est cętum diaboli: vel equum, id est superbiam: & ascensorē eius: id est totam cateruam superborum proiecit in mare, idest in abyssum æternarum amaritudinum. Et hoc idem dicitur Apocalyp. 19. Post hæc audiui quasi vocem tubarum multarum in cęlo dicentium: alleluia, laus, gloria, & virtus, Deo nostro: quoniam vera, & iusta, iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit omnem terram in prostitutione sua. Caterua enim malorum, est illa meretrix magna, quæ meretricium ac turpitudinem omnimodam peccatorum spreto sacratissimo Christi connubio, nec erubuit, nec expauit. Vnde. Psal. 37. Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Quia iustus balneabit se, cum viderit tantam de damnatis fieri iustitiam: & sic pater in cęlo, non tristabitur de damnatione filij in inferno: nec filius, de damnatione patris: nec filia, de damnatione matris. O quanta tristitia in damnatione illa, quando scient filios & filias quos ita charè nutrierunt, gaudere de damnatione sua. Vnde dist. 50. quarti dicit magister inquirendo. Sed cum sancti malos in tormentis videant: nonne aliqua comparatione erga eos mouebuntur? Nonne eos de tormentis liberare cupient? & respondet in fine capituli dicens. Iustorum animæ & si naturæ suæ bonitate misericordiam habent, iam tūc creatoris sui iustitiæ coniunctæ tanta rectitudine constringentur, vt nulla ad reprobos moueantur compassione. Scotus vero in 4. eadem dist. dicit. Non credo quòd beati consolentur absolute de pœnis eorum: nec gaudent de eis, nisi propter iustitiam iudicis: & quia vident Deum hoc velle, volunt & ipsi: hoc tamen (si placeret Deo) absolutè nollent. Nec propter hoc est in eis tristitia, quia voluntas eorum pro tunc non est tristitiæ capax, propter dilectionem perfectam, quæ impedit omnem tristitiam: non solum oppositam, sed etiam quamcunque contingentem. Quartò, ideo nō compatientur sancti damnatis, quia tūc perpetuæ obliuioni tradētur. Primò quidem obliuiscentur a Deo dicente eis. Nescio vos. Matthei 25. Amen dico vobis quia non noui vos. Iob. 24. Vsque ad inferos peccatum illius, obliuiscatur illius misericordia. Vnde Guilielmus Parisien. libro de fide, & legibus. Sicut hircus emissarius absque custode relinquebatur in deserto, expositus bestijs deserti ad deuorandum propter peccata quæ in figura portabat: Sic populus oneratus peccatis a Deo custode & defensore, de relictus bestijs inferni diruēdus reponitur sine consolatione. Vnde alter hircus cremabatur in templo: alter in desertum mittebatur, quia peccatorum quidem in ecclesia ardore charitatis concremantur, & contritionis calore. Alij verò in desertum inferni peccata portantes, absque omni consolatore dimittuntur. Secundò obliuiscentur a sanctis, vnde infernus a poetis vocatur lethes, idest obliuio, quia in perpetuam obliuionem tradentur. vnde sancti omnium illarum miseriarum obliuiscētur. Iob 11. Miseriæ obliuisceris, & quasi aquarum quæ præterierunt non recordaberis: & hoc ideo, quia inebriantur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis

Damnati perpetuæ obliuioni tradentur.

luptatis potantur. Psal. 33. Ideo dicitur. Prouer. 31. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ: & dolores non recordentur amplius. Sed damnati bonorum non amplius recordabuntur, quæ scilicet tūc habeant, quia non habebunt. Thren 3. Repulsa est a pace anima mea, oblitus sum bonorum. Tertiò obliuiscentur ab amicis suis. Psal. 9. Perijt memoria eorum cum sonitu, non enim curant de eis. Exemplum de quodam puero, a quo cum quæreret pater eius, quomodo vocaretur: Respondit (nescio quo spiritu inspiratus) vos vocamini dominus cito oblitus. Vnde possunt dicere damnati illud. Psal. 37. Amici & proximi mei de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam. Hac pęna plectentur, qui Deum hic obliuiscuntur, vacantes delicijs & ebrietatibus & meretricijs. Psal. 49 Intelligite hæc quę obliuiscimini Deum, nequando rapiat & non sit qui eripiat. Sed quærit Bon. in 4. dist. 50. Vtrum damnati mutuo cognoscant beatos & econuerso, & videtur, quòd sic, quia diues positus in tormentis vidit Abraam, & Lazarum: & econuerso ipsi viderunt ipsum. Luc. 16. In oppositum arguitur, quia inter eos est improportionabilis distantia: nam inter eos firmatum est chaos magnum. Præterea cum compassio sit de bonitate naturæ: si viderent tormenta eorum compaterentur eis, cum ea quæ sunt bonitatis naturæ in eis, non sint ablata: sed hoc non, igitur. Respondetur primo, quòd quia reprobis consideratio gloriæ beatorum est pœna: & cognitio pœnæ reproborum electis est gaudium, quia illi considerant gloriam sub ratione amissionis: isti pœnam sub ratione diuinæ uoluntatis: & gloria electorum semper manet: & post iudicium copiosior erit: ideo electi & nunc, & tunc, videbunt pęnam reproborum, vel in se, vel in Deo, vt dicitur Esa. vlt. Reproborum autem pęna post iudicium intendetur, vt non liceat eis considerare nisi confuse tantum; nec a sanctis auxilium petere, sicut diues petijt, quia tormentorum suorum magnitudinem non poterunt sustinere; ita quòd liceat alijs vacare, nec tunc sancti compatientur eis, quia compati non est de bonitate naturæ nisi passibilis. Quarta pęna erit, quia priuati erunt mutua confederatione, quia non solum sibi inuicem inuidebūt, immo impossibile erit, vt sibi inuicem aliquo amore coniungantur. Hic autem, licet quandoque aliqui se odio habeant: interdum tamen pacificantur, & postmodum fiunt aliquando boni amici. Sed nihil tale inter damnatos poterit fieri; ita quòd de se mutuo gaudere non poterunt. Et licet societas afflictorum quandoque refrigerium præstet, non tamen istis, sed potius augmentum pœnę. Vnde Aug. de damnatis ait. Non propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. 2. q. 1. Multi. Et si quæratur, nunquid poterunt gaudere de dilectione sui, sicut videmus peccatores gaudere, cum se amant inordinatè? Respondet doctor subtilis. dist. 50. quòd si quilibet damnatus, & maximè dæmones, possent stare in cognitione sua, & dilectione perpetua, & ad aliud non determinarentur ab alio, se reputarent beatos beatitudine naturali; & ideo in cognitione sua maximè quiescerent. Sed ad hoc impediuntur quod est eis maxima pœna, quia nullus eorum absolutè, potest stare in cognitione, & dilectione sui, sed tantum, vt est terminus cuiuslibet alterius; sicut infirmus qui se considerat, non tamen delectatur inde, quia non considerat se, nisi vt est terminus concupitæ sanitatis qua caret, & quam obtinere non potest; & ideo amplius tristatur cum plus considerat. Sic diligens se ad habendum aliquid quod non potest habere, ex illa dilectione patitur maiorem pęnam & tristitiam. Damnati igitur amantes se, & considerantes finem propter quem facti fuerunt; & quę potuissent cum diuino auxilio, acquirere maximè cruciabuntur, & confusionem super se habebunt, quia noluerunt facere bonum, & effugere malum.

L Damnati an cognoscant beatos et ecōuerso.

M Damnati an possint gaudere de dilectione sui.

Damnati quatuor bonorum Dei in seipsis desiderant priuationem, quorum scientia est eis indelectabilis. Cap. XXV.

N. Dânati desiderabunt mori, nec poterût.

NOna pœna est mortis desiderium, de quo Apoc 9. Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. In quo apparet, quam infælix erit eorum vita, quando viuent in tanto tedio, ꝙ amarissimus ille morsellus, quem naturaliter refugiunt omnia animantia, erit eis desideratissimus: & mortem illi vitæ præponent; pp quod non sine causa dicit dominus Iudæ Mat. 18. Bonum erat illi, si natus nõ fuisset homo ille. Vnde Aug. O mors q̃ dulcis esses, quibus amara fuisti: te solũ desiderant, qui te vehementer oderunt. Vnde primò vellent, se nunquam fuisse creatos, vel factos, quia si non fuissent facti, non commisissent idem, propter qđ perpetuò damnati sunt: ideo maledicẽt conceptioni suæ & natiuitati. Iob 3. Pereat dies in qua natus sum: & nox i qua dictum est conceptus est homo. Conside remus ad hoc quid dicat homo, cadens in profundam foueam. O maledicte, inquit, væ tibi, quia per talem viam venisti: si non venisses, non cecidisses. ita damnati dicent: si non fuisses genitus, non fuisses damnatus. Talis pœna illis continget, qui considerare nolunt quare facti sunt. De quibus Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, immo deterioris conditionis, quia cum illa iumenta moriũtur, nihil plus de eis remanet, neq; in bonũ, neque in malum: hi autem in tormentis perpetuis manent. Apprehendet etiam hæc pœna eos, qui delicatè nutriti sũt, & qui in hoc mundo bonos morsellos comederunt, quibus mors esset morsellus delicatissimus, quem desiderabunt, scilicet non habebunt, quia impossibile desiderant. cũ ut recitat Aris. ab Agathone philosopho. 6. Ethic. hoc solo priuatus est Deus, quod non potest facere facta esse non facta, & genita esse non genita. Secundo vellent damnati adnihilari, quia & si non potest esse quin fuerint: posset tamen fieri ꝙ nihil essent. Aestimarẽt enim se habere quietem, si omnino non essent, quia enim non habent affectionem honesti, sed commodi tantummodo, vellent Dei & iudicij eius honestatem non esse, & suum commodum reputarent non esse, sicut mẽs mea iudicaret magis appetibile decollari, quàm diuturnam pati ignis adustionem. Sed sicut sancti misericordias domini in æternum cantabunt: sic damnati in æternum iustitias domini ululabũt. Scriptum est enim in Psal. 118. In æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. Et hac pœna plectentur omnes, & maximè qui in hoc mundo apparere uoluerunt aliquid esse, cum nihil essent. tunc autem desiderabunt non esse, & non apparere, sed nimis tardè cum non poterunt. Tertiò uellent non se fuisse redemptos, magna enim erit eis pœna, cum considerabunt, tantum remedium contra sua peccata spreuisse. Cogitare posset, quis si esset adiudicatus morti, vel perpetuo carceri, & aliquis uellet eum liberare, & hanc liberationem contemneret, & postea cum uellet liberari non posset, quanta mæstitia afficeretur? Sic erit damnatis maxima pęna cogitare de illa liberatione, quam contempserunt, immo vellent quòd Deus non fuisset incarnatus, quia magis punientur, eo quòd non curauerunt de tanto bono eis oblato, & maximè Christiani, & hæc pęna maximè dabitur his, qui tanto beneficio sunt ingrati. Miseri proinde sunt illi damnati, qui tãto amoris funiculo ad Christi amorem trahi non potuerunt. Ostendit enim nobis Christus amorem maximum, cum corpus suum morti, & omnia membra sua flagellis exposuit, & etiã morti. Nam vt ait Ber. Si dominus Iesus tot membra habuisset in suo corpore, quot sunt in firmamento stellæ; & in vno quoque membrorum singularem vitam habuisset, omnia sigillatim morti exposuisset, antequam animam vnam in faucibus diaboli dimisisset. fuit igitur Christi passio, pro totius humani generis redemptione sufficiens. Sed maledicti damnati, hoc non curantes, magis

cum, quantum in eis fuit, peccatis suis iterum occiderunt. iuxta illud Heb 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei. Et ita tristabuntur, cum scient se si voluissent per meritum passionis, ab illa
O æterna morte fuisse liberatos. Sed quęritur, quomodo hoc scient cum ibi erũt tenebræ spirituales. Cæco enim vbicunque est tenebra, damnati autem per malitiam suam sunt excecati. Sap. 1. Excecauit enim eos malitia eorum: ergo nesciunt se fuisse redemptos, neque illud beneficium considerabunt. Respondet Bonauen. in 4 dist. 50. ꝙ sicut triplex est actus lucis corporalis, scilicet manifestare, dirigere, & delectare: sic suo modo, est in luce spirituali. Quantum ad primum actum, non sunt omnino damnati extra lucem, quia aliqua erunt eis mani
P festa, sed solum illa, quę faciunt ad cumulum pœnæ, & non alia. Ideo ista lux est ad manifestandum tenebras, & ducentis ad tenebrositatem: ipsi enim habebunt remorsum conscientiæ, & vermẽ, qui continuè mordebit: ideo benè habebunt illam continuam cognitionem bonorum, quæ perdiderunt, & remediorũ quę omiserunt propter eorum mala opera. Similiter, tunc multi arbitrati sũt obsequium se præstare Deo, interficiendo martyres, & tunc certi erunt, se fuisse deceptos: & tunc primò cognoscent defectum, quem antea cognoscere noluerunt. Similiter, qui Deo credere noluerunt: & de fide, & his qui sunt in alio seculo dubitauerunt: tunc certitudinaliter scient. Sed hoc non erit per noui luminis donationem, sed per pęnæ inflictionem, ut patuit de diuite. Vnde Grego. Pœna aperit oculos, quos culpa claudit. Psalm. 9 Cognoscetur dominus iudicia faciens. Quantum vero ad secundũ actum qui est dirigere, tunc erunt omnino extra lucem. Non enim tunc poterunt dirigi, quia erunt extra omnem viam, & tempus, & locum benè agendi. Sicut enim ebrietas aufert sensum & motum: sic æterna damnatio, & acerbitas tormentorum, aufert ab ipsis damnatis vsum rationis quantum ad motum bonæ operationis; immo & cogitationes, quando erunt inebriati de vino iræ Dei. Iob 18. Lux obtenebrescet in tabernaculo impij: ideo dicitur Ecclesiast. 9. Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec ratio naturalis, nec sapientia, scilicet infusa, nec scientia, scilicet acquisita, est apud inferos, quomodo tu properas: & ideo ad infirmi exemplum qui de phrenesi timet, faciamus: ille enim condit testamentum, & de suo facto ordinat. Sic & nos priusquam ad locum illum accedamus, de cõscientiæ nostræ statu disponamus. Quantum ad tertium, erunt etiam omnino extra lucem, quia nihil cognoscẽt in quo delectentur, quia erunt omnino absorpti a magnitudine pœnarum: ita vt non liceat eis cogitare ad aliqua delectabilia. Vnde Grego. Tanta erit ibi vehementia doloris, quòd alibi ferri non possit impetus cogitationis. Et licet scientia quam quis habet in vita præsenti multum delectet eum qui habet: illi tamen damnati, si retineant scientiam hic acquisitam, & maiorem adhuc recipiant; hoc tamen non est eis ad subleuationem pęnæ, vel ad delectationem, sed ad augmentum pęnæ, quia cognoscunt sua culpa se priuari perfectione scientiæ quę solum habetur in superna patria, quam valde optant; immo talis scientia est eis occasio proteruiendi contra Deum, quia quantomagis cognoscunt ipsum, tanto plus tristantur de perditione ipsius, & tantomagis in ipsum irascuntur blasphemando mansuetudinem eius & iustitiam; verum enim cognoscunt sicut dæmones. Sed contra veritatem proteruiant, & certant; ideo dicit Dionysius, quòd phantasiam, siue rationem habent, sed proteruam. Psalm. 87. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia, id est recognoscentur beneficia tua cum gratitudine & iustitia tua, in terra obliuionis? quasi diceret non. Et verè terra obliuionis est infernus, quia ibi obliuiscitur misereri Deus, ibi obliuiscitur mater infantis sui, nec eius miseretur: ibi non erũt in memoria priora. s. ad delectãdũ; ibi quondã amici

Lucis corporalis actus triplex, sic & spiritualis.

Dãnati retinent scĩẽtiam hic acquisitã, sed cum dolore.

obliuiscetur amicorum: vbi etiam damnatus obliuiscet sui ipsius misereri, quãdo seipsum perpetua tristitia affliget. Ex hoc patet, ꝙ damnati dicuntur excecati quo ad directionem & delectationem: & ille sunt tenebræ interiores. Vnde super euangelium vbi dominus iubet seruum proijci in tenebras exteriores, dicit Aug. ꝙ prius etiam fuit seruus ille in tenebris interioribus. vnde Amos. 5. Nunquid non tenebræ dies domini, & non lux caligo, & non splendor in ea? Tenebræ propter exteriores: caligo propter interiores erunt in die iudicij particularis, vel vniuersalis, quo ad malos. Quarto, vellent damnati in extremo iudicio, se nunquam fuisse suscitatos: immo libenter damnatorum animę illa vilissima corpora dimitterent. O quantus dolor ipsis animabus damnatorum in resumptione corporum; sic ꝙ omnes pœnę corporales quę prius dictę sunt in animã redundabũt. Sicut gloria corporis in cœlo in animam redundabit, ideo animæ beatę cum gaudio sua corpora resument; & animę damnatorum cum tristitia. Cogita igitur corpus putridum, & vermibus plenum, & quantum deforme pensari potest. Certè animę damnatorum plus vellent illud habere corpus, quàm illud damnatum cum pœnis illis & cruciatibus. Cur igitur tantum places huic corpori? Cur illud nutris in luxurijs, in gula, in ocio, & alijs delectationibus? Cur non cogis illud seruire tibi, non tu illi? Tu desiderasti vt illud a te non separaretur dum erat in hoc mundo, & non potuisti obtinere, quin per mortem separaretur, tũc optabis vt separetur a te, & non poteris obtinere, quia mors fugiet a te. Talis pœna meritò erit illis qui nimis carnaliter vixerũt, ita ꝙ eorum corpus erit animabus carcer perpetuus. Si enim infirmantur voluptuosi, aut quicq̃ mali in aliquo membro patiãtur, statim apponunt remedium, vadũt ad medicũ adhibent vnguenta; immo quęcunque suaserit medicus obseruando, pro sanitate corporis diligenter obseruant. Sed si infirmentur in anima, non curant; nec quęrunt medicum, immo fugiunt. Nolunt credere Deo ipsos diligenti ad salutem per prędicatores, & confessores; ideo non est mirum si damnentur, sicut non est mirum si quis infirmus nolens credere medico moreretur.

Animæ damnatæ maxime cum dolore resument eorũ corpora.

Ignorantia magna, & negligentia Christianorũ

Quod in damnatis quadruplex erit verecundia, seu confusio spiritualis. Quod Angeli damnatorum pœnam vident in verbo. Quomodo damnati recordabuntur bona a Deo accepta. Et quomodo cognoscent quæ apud nos geruntur similiter & sancti. Cap. XXVI.

Decima & vltima pęna spiritualis, est verecundum stipẽdium, quando damnati non solum verecundia corporali confundentur, sicut confunduntur homines nudi: sed &t verecundabuntur & confundentur, ex denudatione, & visione, seu cogitatione suorum peccatorum, quod modo non fit, quia peccata hominum nunc a solo Deo videntur; nec ex tali uisione curant. Hęc autẽ confusio spiritualis erit quadruplex. Primo enim confundentur ex Dei cognitione. Pensari enim potest, quanta esset latroni confusio, si iudex videret ipsum in furto suo, & hoc benè sciret. Sed maior esset puellę verecundę si a patre suo inhonestè cum alio viro suo videretur, sed verè maior erit in damnatis cõfusio, ex visione patris cęlestis. hęc est illa confusio, de qua Hiere. 17. Domine omnes qui te dereliquerunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur; quoniam dereliquerũt venam aquarum uiuentium dominum. Sed quare modo nõ sic confunduntur peccatores, cum sciant ꝙ aperta sunt, & nuda oculis Dei omnia? Certe hoc est, quia uel non credunt verè, vel si indubitanter credant, uidetur tamen Deus dissimulare peccata, eo ꝙ non punit ea, ideo nõ curant. Si igitur in aliquo inhonesto facto uel uerbo, homines uerecundi confunduntur, quanto magis ex peccato mortali, quod summè Deo displicet confundentur? & hęc pęna erit illis qui modo noluerunt confundi, siue erubescere, de

Peccatores cur modo nõ confundãtur de peccatis.

pec-

peccatis propter Deum, quæ tamen nõ faceret coram hominibus. Ad hoc est exemplum cuiusdam sancti uiri, qui cui dam mulieri eũ insequenti, vt peccaret cum ea, dixit; veni & sequere me: & cũ eam duxisset ad forum dixit. Modo para te: quæ dixit. Non hic, vbi homines vident: sed in domo. At ille. Si tu non vis hoc opus hic exercere propter homines qui viderẽt: nec ego in domo propter Deum qui videret. Vnde Boetius lib. de consolatione. Magna est nobis indita benefaciendi necessitas, cum cuncta agimus ante oculos iudicis, cuncta cernentis. Si tamen coram Deo peccaueris remedium est, vt non in æternum confundaris: vt scilicet confitendo confundaris: de qua confusione. Eccl. 10. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens gloriam & gratiam: quasi diceret. Est duplex confusio: quædam est aliquorum qui ita verecundantur, & confunduntur reuelare in confessione peccata sua, quod ea tacent, & hæc est mala. Alia est confusio qua confunduntur, & verecundantur in confessione: non tamen sic, quin dicant peccata sua: & hæc est bona confusio, ducens ad gratiam & gloriam, ex qua confunditur diabolus: & per quam euaditur æterna cõfusio, quæ tanta est, vt eam cogitare quis non valeat. Secunda confusionis pęna erit, ex sanctorum visione. Non enim solus Deus videbit peccata damnatorum: sed etiam tota cęlestis curia. Et si quæratur, quomodo poterunt sancti Angeli, & alij beati videre peccata damnatorum: cum nunquam ad infernum descendant, & tanta sit paradisi distantia? Ad hoc Bonauen in 4. dist. 50. q. 3. quod isti vident in speculo æterno pęnam reproborum: vt faciat ad eorum gloriam cumulandam, & ad maiorem damnatorum confusionem. sicut magis confunditur latro dũ eius furtum cognoscitur a tota curia alicuius domini, quam si a solo Deo: ita magis confundentur, ad minus magis extensiuè, ex cognitione curiæ cęlestis, quàm si a solo Deo cognoscerentur eorum peccata. Scient enim, &

R

Cõfusio duplex.

S

Peccata dãnatorum quõ videbuntur ab Angelis & alijs electis.

memorabuntur, quomodo eorum peccata visa fuerunt in iudicio a cunctis, & ad eorum confusionis cumulum, recordabuntur illius visionis, cõfundentis. Sicut si quis recordaretur, quod peccatum suum viris honestis fuit, & est notum, confunderetur & verecundaretur. Et in rei veritate magna erit confusio, dum scient damnati peccata sua nota fuisse & esse virgini gloriosæ, Angelis, & sanctis Dei, qui tot erunt in illa superna Hierusalẽ. Et hæc pœna illis dabitur, qui sanctorum vitam deriserunt, nec imitati sunt. Sunt enim multi miseri, qui derident, & obloquuntur, non solum contra sanctorum vitam: sed etiam contra Christum cõtemnentes eius pręcepta, & consilia. Nam confusionem illam damnati non habuissent, si voluissent sequi sanctorum vestigia, vel Dei præcepta: cum expressè scriptum sit Psal. 118. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Et si quæratur an in damnatis erit memoria vel recordatio istorum. videtur quod non, quia dicitur. Eccl. 11. Malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ maximæ: ergo maiorẽ obliuionẽ facit æterna pęna. Secundò rectè oblitus est, qui non habet copiam memorandi. Sed damnati non habent illam copiam. vnde Augustinus: & recitat illud magister in 4. dist. 50. quòd nimio dolore præmuniti & adeo stupescunt & terrentur, vt interim mentem in aliam cogitationem nõ ferant. Tertò, erunt subiecti tempori, & alijs infirmitatibus. Psalm. 74. Erit tempus eorum in secula: igitur ex longitudine temporis, possunt omnium obliuisci, sicut nunc videmus in nobis. In oppositum est sacra scriptura. Dicent enim damnati illud Sapientiæ. 5. Dicent intra se pœnitentiam agentes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, quia deridebamus eorum vitam sanctam. Et Abraam dicit diuiti. Luc. 16. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. hoc aũt nõ dixisset nisi recordari potuisset. Ad hoc respondet Bonauen. in 4. dist. 50. quòd damnati

T

Memoria præteritorũ, an erit i dãnatis.

de nullo recordabuntur ad suam consolationem. Tunc enim, nec eis memoria erit de Deo, vt conuertantur, vel reuertantur ad ipsum, vel vt delectentur in ipso: vigebit tamen in eis actus memoriæ ad eorum desolationem, quia semper habebunt peccatorum quæ cōmiserunt memoriam, & Dei quem offenderunt ad suam confusionem:& hoc per pœnas quæ facient memorari. Dicitur enim Esaiæ 28. Quòd vexatio dabit intellectum. Tunc enim intelligent, quæ hic noluerunt intelligere: quia pœnæ exteriores, ducent ad cogitandum interius suū demeritum, quàm graue sit. Et ita recordatio illa, non est via lucis, sed tenebrarum: nec ponet hominem in statu bono, vt Deo appropinquet, sed potius elongabit ab eo, & a vero lumine eius. Et quamuis eorum anima subiecta sit mutationi & tempori. Non tamen propter hoc istorum obliuiscetur, quia assidua pęna coget memorari. Tertia pœna erit ex aspectu damnatorum. Nam sicut ex aspectu vicini tui patetis confusionem: sicut mulier ex aspectu viri miseri, confunditur in sua miseria, & pater ex miseria filiorum: sic damnati mutuò videntes peccata sua, quæ fuerunt eis prius occulta, confundentur: sicut nunc confunderentur, si viderentur eorum mala ab his, qui sunt similes, & talibus peccatis maculati, & sic infinitis confusionibus confundentur: quoniam a quolibet dæmone & quolibet cum eis damnato, confundentur, & exprobrabuntur: & maximè hi, qui maiorem opportunitatem salutis habuerunt. Et principaliter verecundabuntur Christiani, in quibus apparebit character baptismalis: & per amplius viri religiosi, qui maiorem salutis occasionem habuerunt: & secundum ꝙ maiora & plura peccata habebunt. Confundentur etiam maximè illi superbi dęmones qui de cœlo ceciderunt, & maximè ille Lucifer apostata, cui dicetur. illud Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui illuminabas gentes, qui dixisti in corde tuo, in cęlum ascendam, super astra cœli, & exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Hæc confusio debetur superbis, qui similes dæmonibus Deum contempserunt: voluntatem suam diuinæ voluntati præferentes. Debetur etiam his qui palā & publicè, nō verecundantur peccare, & suis malis alios corrumpere. de quibus Matthei. 16. Qui autē scandalizauerit vnum de istis pusillis minimis qui in me credunt: expedit ei vt mittatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Scandalizare enim est aliquem facere ruere in peccatum, qui dicitur pusillus eo ꝙ nullus scandalizatur passiuè, nisi paruæ virtutis sit, quia homo magnæ virtutis, ex dicto, vel facto malo alterius, non ruit in peccatum. Ideo væ mundo ab scandalis, idest a mundanis hominibus, qui non curant scandalizare proximos: necesse enim est, vt veniant scandala. Hoc est si homines velint viuere mundanè, & in omnibus voluntatem suam adimplere: necessariò ad hoc sequitur aliorum scandalum: quia non formidant proximos scandalizare. Veruntamen væ homini illi, idest communicatio pœnæ æternæ sibi affligendę per quem scandalizātur actiuè. Tales ergo qui hic non verecundantur coram alijs peccare, & alios scandalizare, in inferno, sed valde tardè, verecundabuntur hoc fecisse. Sic & diues euangelicus, cognoscens mala exempla quę coram fratribus perpetrarat: & per hoc ad male viuendum induxerat, verecundabatur: & libenter oppositum tunc fecisset, sed tardè nimis erat. Et si quæratur vtrum diues ille, & similiter omnes damnati, cognoscant ea quæ apud nos geruntur, & similiter beati? Videtur ꝙ sic. Primò de beatis dicit Greg. Quid est quod non vident qui videntem omnia vident? Similiter de malis, narrat. Grego. In dialogo, quòd quidam malus homo, prædixit locum suæ

Confusio magna erit in Christianis, & maxima in Religiosis dānatis.

X *Dānati an cognoscāt quæ apud nos gerūtur.*

suæ sepulturæ: & soluit Grego. ꝙ hoc fuit virtute animæ quæ iam abstrahebatur a corpore. Si ergo plus est cognoscere futura, quàm præsentia, quæ sunt absentia: sequitur ꝙ etiam illa cognoscant. In oppositum tamen arguitur, Animæ beatæ magis adhærent Deo, q̃ aliqui viatores: sed aliqui viatores ita adhærent Deo, ꝙ parum vel nihil sciũt de his quæ hic geruntur, igitur. Secundò, in damnatis lumen cognitionis non accrescit, sed potius obscuratur. Sed cũ damnati erant hic, non poterant cognoscere ea quæ erant apud inferos, ergo nec modo cognoscere possunt ea quæ fiunt apud nos. Tertiò, tam isti q̃ illi diligunt nos. Sed qui diligit alterum, cõgaudet bonis, & contristatur in malis: ergo si mali non debent cognoscere vnde gaudeant, nec boni vnde doleant, videtur ꝙ isti, nec illi cognoscunt. Et confirmatur per illud quod dictum est Iosiæ. 4. Reg. 22. Dixit enim ei dominus ꝙ auferret eum ne videret mala gentis suæ. Respondetur, ꝙ aliquid potest dupliciter cognosci: vno modo propria cognitione, & hoc dupliciter. Vno modo, quia aut est rei vt absentis, & talis modus non inuenitur in animabus separatis, quàmdiu sunt in locis sibi deputatis, quia nimis distant a nobis nisi fortasse diuina permissione veniant ad nos. Alio modo per quandam coniecturationem, sicut facimus de illis quos nouimus, cum sint nobis absentes, & talis in damnatis potest esse non in bonis, quia huic admixtus est error, ; & dubietas. Alio modo potest aliquid cognosci per alterius instructionẽ, & hoc dupliciter. Vel per alterius relationem, & sic referũt Angeli boni bonis: & mali malis: vel per illustrationem & reuelationem, & hoc tantum in bonis. vnde Aug. lib. de cura pro mortuis agenda. Possunt, inquit, spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur (quæ necessarium est eos nosse) non solum præsentia, sed etiam præterita, & futura, spiritu Dei reuelante, cognoscere. & Greg. In dialogo. Fit in electis quoddam mirabile, vt illos quos nunquam

Υ Cognoscitur aliquid multis modis.

hic viderunt, vel nouerunt, bene cognoscant &c. Quarta pœna confusionis, est confusio ex interiori aspectu peccatorũ suæ animæ conscientiæ, quam quisque damnatus videbit maculatam & turpẽ. Eze. 14. Confundantur ab iniquitatibus suis. Sicut habens pulchram vestem, confunditur si ceciderit ex defectu suo in luto. Quia magna damnatis erit cõfusio, qui tam pulchram animam a Deo susceperunt, tamquam ad imaginem suam factam: & tamen eam ita sordidè confunderunt. Sic igitur de inferni doloribus pauca de infinitis excerpsimus, quia non credimus cor sufficere ad cognoscendum, nec os ad loquendum, quantæ in inferno sunt miseriæ. Qui igitur vult fugere a ventura ira, faciat dignos fructus pęnitentiæ, & abijciat peccata a conspectu Dei. Mercator enim quod longo tempore, & magno labore acquisiuit, ingruente tempestate, totum proijcit in mare, quod facit timor periculi; sicut legitur de Paulo Actu. 4. ꝙ in instanti periculo maris, ipse & socij eius instrumenta nauis proiecerunt in mari cum tenderẽt Romã. Sic tendenti in illam imperialem ciuitatem cęlestis patriæ, necesse est abijcere omnia peccata, propter periculum amaritudinis æternæ, ne absorbeamur ab illo introitu, deprecando Deum, dicentes illud Psal. 68. Non me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

Cõscientia maculata cognoscetur a singulis dãnatis.

Septem pœnarum inferni qualitates: peccati proprietates, ꝙ pœnæ damnatorum sit æterna septem rationes: ꝙ damnati sint incorrigibiles tres causæ. Cap. XXVII.



NOta quòd variæ sunt qualitates & conditiones pœnarum inferni, quæ faciunt ad aggregationẽ earum. Prima est æternitas. de qua Mat. 25. Ibunt hi in supplicium sempiternum. vnde Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura & compedes: tortura ad cruciandum: compedes ad eum pœnis perpetuis

desinendum. Sed (vt dicit Guil. Paris.) Quidam mirantur æternitatem pęnarũ infernalium solam immensitatem misericordiæ Dei considerantes, & magnitudinem iustitiæ eius non attendentes: Cũ nec minor, nec minus æterna sit Dei iustitia, q̃ eius misericordia: nec minor, nec minus æternus debet esse ipsius effectus in damnandos, & puniendos, q̃ effectus misericordiæ in saluandos. Mouet etiã insipientes & incredulos, ꝙ peccatum momentaneum est, & admodum breuis perpetratio ipsius: qualiter ergo, inquiunt, iusta potest esse pęna æterna pro eo illata: in quo manifestum est eos non cognoscere naturam ipsius peccati? Peccati enim perpetratio, vulneratio est spiritualis ex prima comparatione. Ps. 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Non est autem mirum, si ex vulneratione breuissimi tẽporis, vulnus multæ durationis relinquatur. Secundò, perpetratio peccati casus est in profundũ, ex quo notum est, quia nihil obstat quin casus huius breuissimi tẽporis fieri possit, vt sit in profundũ etiam cum multo tempore. Tertiò ipsa perpetratio peccati, est sicut furtum vel rapina spiritualis, vel sicut aliquid ex maleficijs forinsecis: mutilatio aũt, vel mors quæ, pro talibus infligitur perpetua est. Quartò, ipsa peccati perpetratio, est quasi contractus, & emptio infernalium tormentorum, nec non & venditio, quo precio breuis voluptatis seipsum tam in anima q̃ in corpore vendit insanus peccator. Cui autẽ dubium est, quin ex venditione, & emptione, quantumcunque breui tempore fiant, ius perpetuum rei emptæ acquiratur emptori, & quin transferatur res, empta perpetua alienatione a venditore? Hoc etiam multiplici ratione ostendi potest, primò secũdum Gul. Parisien. Mala merita omnino nostra sunt: bona vero merita omnino Dei sunt, & minimum habent a parte nostra. Magis igitur debentur nobis de iustitia pœnæ malorum meritorum, q̃ præmia bonorum. Ex quo sequitur, ꝙ de iustitia magis pro malis meritis puniendi sumus, q̃ remunerandi pro bonis, si igitur æternaliter

Z

Peccati proprietates, & effectus.

remunerandi sumus pro bonis, multo fortius æternaliter puniendi sumus pro malis. Ordo enim diuinæ iustitiæ exigit, ꝙ sicut præmia respõdent proportionaliter actibus virtuosis, ita & pœnæ respondeant peccatis. Sed præmia beatorum erunt ęterna, ergo & pœnæ damnatorũ erũt æternę, & hoc est quod vult dicere dominus Mat. 25. Ibũt hi in supplicium sempiternum: iusti autem in vitam æternam. Secunda ratio est, ex qualitate offensi. Nam in humana conuersatione, quãto maioris dignitatis est offensus, tanto offendens, maiorem pœnam meretur. Dando enim alapam regi, mortem meretur: vbi dãdo puero, etiam pro iniuria, non meretur, cum igitur homo per peccatum quantum in se est percusserit Deũ, qui est infinitæ dignitatis, sequitur ꝙ pœnã meretur infinitam. Tertia ratio, quia manente causa, manere debet effectus. Causa aũt pœnæ est culpa: igitur cum culpa mortalis post mortem ab anima tolli non possit, quia secũdum Dan. hoc est homini mors quod Angelis casus, ergo semper debet manere pœna. Vnde secundum Guil. Paris. Peccati perpetratio, est quędã ligatio, siue vinculatio peccantis. Natura vero vinculationis est, vt tandiu ligatum hominem teneat, q̃diu vincula ipsa insoluta, & indirupta durauerunt. cum ergo continuè duret vinculum culpæ: continuò durat vinculatio pœnæ. Vnde sicut ignis iste materialis non deficit, q̃diu materiam paratam inuenit: ita ignis inferni æternus est, quia materia ignis inferni æterna est, scilicet peccati macula: ideo secundum Greg. Momentaneũ est quod delectat: æternũ quod cruciat. Quarta ratio, peccator quantum in se fuit, peccauit voluntate perpetua. Nam semper voluisset viuere, vt semper potuisset peccare. Quod enim peccator peccatũ dimiserit, hoc est ex parte Dei, qui per mortem subtraxit sibi peccandi facultatem: ideo iustum est, vt æterna pœna puniatur. Hanc rationem assignat Greg. 4. dialog. Iniqui voluissent vtique sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim, quia in

Iustitiæ diuinæ ordo qd exigat.

pecca-

Peccatoris iniqua voluntas. peccato semper viuere cupiunt:quia nũquam desinunt peccare dum viuunt.& concludit. ad magnam ergo iudicantis iustitiam pertinet,vt nunquam careant supplicio,qui in hac vita nunquã voluerunt carere peccato, & nullus detur iniquo terminus vltionis,qui quãdiu valuit noluit hr̃e terminũ criminis. Quinta ratio, quia ratio peccatoris, proposuit bonum minimum summo bono & infinito. Nam diuiriȩ, honores, & voluptates, sunt valde paruum bonum & mixtũ amaritudine: Deus autem summum bonum est:& non haber amaritudinem conuersatio illius (vt dicit sapiens) miser autem peccator vt consequatur illud fragile bonum temporale, contemnit,& dimittit summum bonũ, transgrediendo eius pręcepta,ideo quia in infinitum erranit,in infinitum puniri debet. Vnde Chrys.dicit, ꝙ Christus in fine reprobis dicet,ostendens ꝙ iustè condemnet eos ad pœnas ęternas. Ego propter vos homo factus sum : propter vos delusus,cęsus,crucifixus: ego super gloriam meam vos habui : & vos omnẽ rem vilissimam terræ amplius dilexistis, quàm iustitiam meam, & fidem. vnde Greg.in dialog. Factus est malo dignus ęterno, qui in se peremit bonum ęternum. Sexta ratio, quia istud videmus cõmuniter obseruari in humanis legibus, ꝙ qui peccauit momentaneo tempore, perpetuò priuetur hominum conuersatione. Nam secundum Aug.lib.de ciui. Dei.21. Adulterium, homicidium, & huiusmodi secundum leges temporales & humanas, puniuntur morte: licet sit maleficium temporale:& licet citò trãseat actus eius pęna tamen est perpetua: quia separat a vita ista,& conuersatione hominum mors quę infertur, ad quam nunquam reuertitur. Septima ratio, quia ipse damnatus stat in inferno cum voluntate obstinata,& semper odit Deũ punitorem suum : vnde & propter odiũ quod habent ad ipsum, dicitur Apoca. 16.quòd damnati manducauerunt linguas suas prę dolore, & blasphemauerunt Deum habentem potestatem super has plagas. Ratio autem dictat, & iustitia exigit (vt dicit Greg.) ꝙ sicut pęnitentibus, & veniam postulantibus, iudex debet misericordiam facere:sic & obstinatis & contumacibus, nullam debet veniam præstare. Quantum enim durat iniuria(vt dicit Guil. Paris.) tantum debet durare & pœna.isti autem,in inferno peccatis suis superaddunt impęnitentiam,& contumaciam, nunquam pęnitere volentes, sunt enim incorrigibiles. Primò, quia tales a Dei gratia & adiutorio sunt exclusi,sine quibus nulla culpa corrigi potest, quia homo est spiritus vadens,& non rediens:vadens per se in peccatum, sed per se non rediens a peccato. Tum secundò, quia derelictus est a Deo,& ab omni creatura,quæ eum corrigere posset. Eccl.7. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexit. Tum tertiò, quia ille obstinatus est in suo errore: vnde Eccl.11. Si ceciderit lignum ad Austrum, siue ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit,idest si ceciderit lignum,idest homo ad Austrum.i. in calore charitatis ad gloriam, ibi erit, quia nunquam poterit demereri.Si vero ad Aquilonem.i. in frigore infidelitatis vel peccati mortalis ad infernum, ibi erit,& manebit:glossa.Quem locum tibi præparaueris in futuro habebis.Quæ seminauerit homo, hæc & metet.vnde Bern. super hoc verbo,vbi te inuenerit, ibi te iudicabit. Videat arbor quò casura est antequam cadat,quia postquam ceciderit, non adijciet vt resurgat: sed neque vt se vertat. Qua parte casura sit arbor si scire volueris,ramos eius attende vbi maior est horum copia, & ponderosior, inde casuram non dubires. Rami nostri, desideria nostra sunt quibus ad Austrum extendimur si spiritualia sunt. Si aurem carnalia ad Aquilonem. Vnde Iuniperus optimè custodit ignem (vt dicunt naturales)intantum, quod sub cineribus Iuniperi ignis quandoque per annum seruatur ab extinctione. Inde dicitur, Iuniperus,quasi gignens, vel nutriens pyr, idest ignem.

B Incorrigibiles, sunt dãnati varijs modis.

Casus hominis vltimus irreuocabilis est.

Per Iuniperum, vt vult Grego. intelligitur peccatum, quod maximè nutrit & conseruat ignem inferni:ita vt, non solum vno anno vel duobus: sed perpetuò in anima peccatrice conseruetur. Secunda conditio harum pęnarum est ipsarū pœnarum multitudo, quæ tanta est, ꝙ vix numerari potest. Deutero. 32. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Habet siquidem dominus sagittas mulras ī pharetra sua quas nondum extraxit. Mala enim inflicta hic homini propter peccatum, ibi complebuntur perfectè. s. fames, sitis, frigus, calor, infirmitas, lassitudo, mors. Sed adhuc inauditas & nondum extractas superaddit. Vnde Greg. Erit in inferno frigus insuperabile, ignis inextinguibilis, vermes immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cædentium. Horrenda visio dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum. Vnde Iob 20. Pluet super eos bellū suū, quia sicut guttæ pluuiæ sunt innumerabiles, ita & pœnæ eorum. Vnde & septé alia mala ponuntur. Eccl. 40. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio. Et iterum in eodem c. Et super peccatores septuplum. Ad hæc mors, sanguis, cōtentio, & romphea, oppressiones, fames, & contritio, & flagella super iniquos: creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est cataclysmus, idest omnium bonorum perditio quo ad illos. Quanta igitur erit afflictio, vbi tot pœnæ concurrunt, cum vnica pœna in præsenti tantū affligat? vnde Rom. 2. Ira Dei & indignatio, supple sanctorum, & creaturarū: tribulatio supple corporis, & angustia animæ supple in omnem animam hominis operantis malum. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, lana supple nudati, mors depascet eos, quia reliquerunt semper in eis germen vitæ: vt patet de Titione gigante, cuius vt dicit Virg. Vultures in inferno semper iecur comedebant, & semper renascebantur. Tertia cōditio, est continuitas in pœnis. Nō enim hodie tenetur pro vero, quod legitur in quodam apocrypho de Iuda, qui visus fuit habere requiem pro aliqua die. Sed tenent doctores, quòd nulla est interpollatio in afflictione damnatorum. Apocalyp. 14. Ascendet fumus tormentorum in secula seculorum: & non habebunt requiem die, ac nocte: quia cum non sit interpollatio in culpa, nec debet esse in pęna: immo poetæ in suis poematibus, visi sunt hoc sentire. Nam secundum eos in inferno est vna pęna, quòd vnus est ibi, qui maximam molam necessariò habet portare super vnum maximum montem: & statim quando est ibi, dimittit ibi eam ruere ad pedem montis: & ibi iterum se inuenit, & iterum eam sursum reportat; & sic perpetuo nunquam cessat; per quam fictionem voluerunt poetæ designare perpetuitatem infernalis pęnæ, quę continuè non facit nisi incipere. cursus enim illius pœnæ nunquam terminatur: sed continue renouatur. Ecclesiast. 18. Cum consummauerit homo, tunc incipiet; & cum quieuerit, tunc operabitur. Ad hoc est exemplum in vitis patrum, de quodam qui vidit quomodo, anima cuiusdam hypocritæ educta fuit de corpore. Cum enim nollet exire, facta est vox ad dæmones, qui eam extrahere volebant, dicens sic. Extrahite eam velit nolit; & sicut non dedit mihi requiem in peccatis quę fecit assiduè coram me; ita & vos, nec detis ei requiem in tormentis. Et si dicatur. iuxta illud Iob 24. Transibunt ab aquis niuium, ad calorem nimium; quod videtur in isto transitu esse interpollationem. Dicitur, quòd ille transitus est ab vno contrariorum in aliud; ita tamen semper est sub altero damnatus; ex quo iudicari potest quanta sit illa afflictio. Si enim febris interpollata, & permittens aliquantulum quiescere in somno, sic affligit; quantomagis illa continua afflictio, & sine quiete? Quarta conditio est extraneitas pęnarum. Sunt enim ille pœnæ inconsuete, de quo Gregorius. Hic flamma quę succendit illuminat; illic ignis

Pœnarū inferni multitudo.

Pœnæ infernales sunt continuæ, et sine requie.

C

gnis

gnis crucians obscurat. Hic metus admittitur, cum tolerari incipit quod tenebatur, illic & dolor dilaniat, & pauor angustat. Horrendo igitur modo tunc erit reprobis dolor, cum formidine, flamma cum obscuritate, & quia a uoluntate sui conditoris discordauerunt; ideo a suis qualitatibus in eis tormenta discordabunt. Item August. Sic omnipotens iustitia futurorum pręscia, a prima mundi origine gehennę ignem creauit, quasi esset contrarius igni isti, qui adeo scilicet succensus, numquam extinguitur, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur, succensione non indiget, ardore non caret, consumptionem non habet. Et licet sit corporeus; corporalia tamen & incorporalia torquet. Certum est enim, quod sicut consuetudo facit ad hoc, vt facilius pęna feratur; ita dissuetudo, vt magis affligat. Ad maiorem ergo reproborum afflictionem sic quòd pœnis insuetis torquentur. Exemplum ad hoc in Numeri 16. de Dathan & Abiron, qui ad maiorem confusionem ipsorum, morte insueta puniti sunt. Quinta conditio est uniuersalitas. Non enim pœna illa erit particularis in anima solum, vel corpore solum, vel in vna, vel in aliquibus partibus corporis solum, sicut in pręsenti accidit in quibusdam passionibus; sed totum hominem occupabit, & omnes sensus, & interiora, & exteriora. Psal. 85. Ingrediatur putredo in ossibus eius. Ecce quo ad corpus, & sicut aquę in interiora eius, quo ad animam. Vnde in libello Petri Cluniacen. legitur, quòd fuit quidam sacerdos in Pictauia, qui multis vitijs subiectus; inductus est a quodam Priore Cistercien. ordinis, ita quòd promisit ei se ordinem illum intraturum, sed differebat de die in diem. Cum autem subito infirmaretur, & Prior vocatus adesset, inducebat eum ad reddendum promissum. Sed illo adhuc differente, subito clamauit, dicens. Pater, ora pro me. Ecce duo dracones ad deuorandum me parati; illo vero cum alijs astantibus orante, liberatus est, sed nec sic implebat promissum: & ecce iterum cępit clamare petens orationes dicens. Ecce ignis occupat me ad deuorandum, & apponebat lecti coopertorium igni: sed tunc iterum liberatus ad orationes, non implebat promissum: Et ecce subito factus est in ectasi; & raptus ad iudicium, audiuit sententiam condemnationis contra se fieri, & rediēs ad se ait. Ecce duo dæmones ferunt sartaginem magnam, vt frigar in ea in æternum. Et tangens cucullam Prioris dicebat. Non insanio, sed sicut verum est, quòd hæc cuculla est: ita verum est quod dico: dum etiam hæc diceret, cecidit de sartagine vna gutta super manum eius, quæ deuorauit eam vsque ad ossa & ait: modo saltem credite. Ecce nunc dæmones proijciunt me in sartaginem: & hæc dicens expirauit: vulnus autem prædictum apparebat in eo semper & post sepulturam. Ex quo apparet quantum afflictiuus est ille ignis, cuius sartaginis gutta sic pœnetrauit. Sexta est conformitas pœnæ ad culpam, & hoc multipliciter. Primo, erit conformitas pęnarum ad grauitatem culparum. Sap. 7. Potentes potenter tormenta patientur: & fortioribus fortior, instat cruciatio, quia tales, vt cōmunius grauius peccāt. & Apo. 18. Reddite illi sicut reddidit vobis, duplicate ei duplicia, & sequitur. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit; tantum, &c. & Deutero. 25. Pro mensura delicti, erit & plagarum modus. & Mat. 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Hoc est, secundum mensuram meriti, vel demeriti; erit mensura pręmij & pęnę. Vnde inter humanum & diuinum iudicium est differentia, quia secundum iudicium hominum, quandoque pęna maior pro minori culpa infligitur, scilicet quando ex minori culpa, maius nocumentum hominis imminet. Sicut furtum punitur grauius, quam adulterium, cum tñ adulterium grauius sit furto. Sed s̄m Dei iudicium, grauior pęna, culpę grauiori debet. Secūdò respōdet pęna culpę in multitu-

Ignis inferni qualitates.

Pœna in inferni erit in singulis partibus.

Iudiciū humanū & diuinum differunt.

titudine, quia quot hic fiunt peccata, tot ibi erunt tormenta. Matth. 13. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. vbi Isidorus sic dicit. Alligate ea, quia consimiles rebs; consimilis cruciatus constringit: & ita etiam correspondet in loco, quia simul adulteri ponentur: simul superbi, & sic de alijs. Tertiò, respondet pœna instrumentis peccandi. Sæpe enim ipso instrumento offensionis suæ puniuntur peccatores, vt Goliath suo gladio occisus est. 1. Reg. 17. & Amã in patibulo, quod parauerat Mardocheo, suspensus est. Hester. 10. & diues epulo in lingua peccauerat, in lingua est cruciatus. Sap. 9. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. & Iudicum. 1. de Adonibezech dicitur, sicut feci ita reddidit mihi dominus. & Apocal. 13. Qui in captiuitatem duxerit: in captiuitatem vadat; & qui gladio occidit, necesse est eum gladio occidi. Et secundum hunc modum, qui seipsos hic tractant malè viuendo; illic seipsos maledicendo, odio habebũt. Et qui hic iurando Deum & sanctos blasphemant; illic Deum & sanctos negabunt; ut sicut sancti qui hic Deum semper laudauerunt. (Iuxta illud. Psal. 33. Semper laus eius in ore meo) in cœlo semper eum amabunt, & laudabunt; sic & mali qui hic ipsum blaspbemauerunt, illic semper eum blasphemabunt. Exemplum ad hoc narratur. Quidam enim sanctus vir, vidit in visu quendam honoratum virum secularem, qui multum excesserat in gloria mundi: in gula, & luxuria: in cantibus & varijs solatijs, illuc deduci. Et ecce princeps dæmonum surgens de cathedra sua, & occurrẽs ei collocauit eũ in ipsa, dicẽs. Sede hic pro honore quem habuisti in seculo: erat autem cathedra tota ignea: oblatus est autem ei vase potus amarissimus, & fætidus, & immũdus, & coactus est bibere a dicentibus bibe hoc loco potuum delectabilium quæ bibisti in seculo. Astiterunt autem & duo dæmones cum tubis: insufflantes in auribus eius, & exibat per aures, & oculos, & nares, & cæteros meatus flamma ignea: & sic inquiunt, pro cantilenis varijs quæ audisti. Posuerunt etiam serpentes circa collum, & brachia, dicentes. & hoc est pro mulierum amplexibus. & sic miser torquebatur in quibus peccauerat. Quandoque tamen puniuntur contraria pœna, ita ꝙ pœnæ damnatorum in instrumento, vel loco, vel modo agendi, sunt contrariæ eorum peccatis. Iuxta illud Psal. 31. Erubescant impij, & deducantur in infernum: & sequitur, muta fiant labia dolosa .s. falsorum iudicum, & aduocatorum, & virorum mendaciũ, quæ hic peccando aperiebantur, & quæ loquuntur aduersus iustum in superbia: & in abusione legum, & consuetudinum, malitias & cautelas componendo: tunc enim ibi habebunt pęnam suam loquacitati cõtrariam. quia 1. Reg. 2. Impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir, eo ꝙ non erunt tunc talis potentiæ sicut erãt dum viuerent: & sic de alijs peccatoribus est intelligendum. Vt superbi qui ab omnibus gloriosi volebant videri; ibi erunt sub omnibus in tenebris latẽtes, vbi vix poterunt videri dicente domino. Inutilem seruum mittite in tenebras exteriores. Abdiæ 1. Veruntamen detraheris in profundum laci. Inuidi qui cor frigidum habebant, qui cum viderẽt alios commendare vel prosperari, semetipsos interius corrodentes affligebant: tunc calorem ignis, & vermem æternæ miseriæ patientur: videntes bona sanctorum, cũ primò vocabuntur benedicti patris. Cupidi similiter, qui amplas terras, & infinita bona mobilia, & immobilia habuerunt, in arctissimo puteo detrudentur omni bono carentes, sine spe consolationis: lamentantes illud Sap. 5. Transierunt omnia velut vmbra. Pigri etiam q hic quæsierunt suæ carnis requiem, tũc nullam habebunt quietem. Iuxta illud Hiere. 16. Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem. Gulosi qui ibi excedunt, ibi esurient. Esa. 65. Serui mei comedent, & vos esurietis. Luxuriosi q in lubricis delectati sunt, tunc lugent,

rebun-

quia ibi erit fletus, & stridor dentium: & contra illicitam visionem dæmonũ terrebuntur aspectibus. Horum exempla patent in scripturis de Lucifero primo. de quo Esa. 17. dicitur. Ascendam super Astra, similis ero altissimo: ecce peccatũ, & sequitur. Veruntamen ad infernũ detraheris, in profundum laci: ecce pœnã oppositam. Similiter de diuite, qui quotidie epulabatur splendidè, qui in inferno punitus est aquæ pœnuria. Et similiter etiam quandoque simili pœna peccatores puniuntur. Vnde in vitis patrum, cuidam sancto viro seni ostendebantur singulæ pœnæ inferorum, peccatis debitæ: ita ꝙ alienam rapientes, & de huiusmodi acquisitis vasa argentea facientes, semper in talibus torquebantur: sicut furi ostenditur furtum ad suam confusionem, ita hæc illis semper ostendebantur. Luxuriosi in locis genitalibus suspendebantur, & torquebantur. Recidiuantes, serpentes continuè euomebant, & semper resumebant. & sic de alijs. Septima est pœnæ inutilitas. Nam inferni pœnæ sunt infructuosæ ipsis damnatis. Pœnæ enim præsentis vitæ vtiles sunt ad tria, scilicet quo ad peccatorum purgationẽ, ad futuræ pęnæ diminutionem, vel anullationem, & ad præmij augmentum, vel acquisitionem. Pœnæ autem purgatorij sunt vtiles ad duo prima, sed non ad tertium, quia non habet meritum. Pœna autem inferni ad nihil omnino vtilis est damnatis. vnde Bernar. In inferno confessio potest esse, sed non prodesse. Eccl. 17. A mortuo, quasi nihil perit confessio. Similiter lachrymæ ibi nihil valẽt; ibi enim peccatores frustra flebunt, quia ibi peccatorum suorum veniam nunquã obtinebunt. Ideo Arsenius fratribus petentibus verbum, dixit. Plotemus hic fratres antequam eamus ad locum, vbi lachrymæ corpora nostra consumant: & sic non est ibi locus pœnitentię fructuosæ. Vnde magister Ioannes de Abbatisuilla. Sabinen. Episcopus Cardinalis dicebat, ꝙ fuit quidam fœnerator, quem cum moneret suus sacerdos ad pęnitentiam: semper dicebat benè adhuc faciã, quia satis est adhuc de tempore. Similiter in infirmitate existens sic dicebat, bene adhuc faciam: & cum improbè instaret sacerdos, videns periculum, ille subitò rapitur quasi mortuus; & cum adhuc instaret sacerdos, hortans adhuc ad pœnitentiam clamauit æger. O pœnitentia vbi es? de cætero pęnitere non valeo: hoc iusto iudice iudicante, quia dum facere pœnitentiam poteram nolui; modò dum volo, non possum; & hæc dicens mortuus est. Hæc ex libro de dono Spiritussancti. Est tamen damnatorum pęna alijs quàm damnatis, vtilis ad tria. Primò, vt conseruetur diuina iustitia. Secundò, vt electi de diuina iustitia gratulentur. Iuxta illud. Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit, &c. Et tertiò, vt diuina misericordia ab eis cogitetur; videntes enim eorum cruciatus, diuinam misericordiam recogitant, quo hæc se euasisse cognoscunt.

Damnatorũ pœnæ sunt inutiles, & infructuosæ, pœnæ verò vitæ præsẽtis sunt ad tria vtiles.

Pœnæ dãnatorũ alijs ad tria sunt vtiles.

Nouem vtilitates in pœnarum infernalium consideratione. Cap. XXVIII.

Consideratio pœnarum inferni vtilis est valde & necessaria. Postquam enim Hieremias ollam succensam viderat, & faciem eius a facie Aquilonis: & audierat dicentem dominum. Ab Aquilone pandetur omne malum. Hiere. 1. Hortabatur postmodum cęteros ad illud spectaculum contuendum. Hiere. 13. Leuate oculos vestros, & videte quæ veniunt ab Aquilone. Per Aquilonem enim, quæ est regio intemperatissima, & a sole maxime elongata: intelligitur gehenna, in qua erit intemperata acerbitas pœnæ, & elõgatio a sole iustitiæ: quam sæpe respiciebat Hieronymus, qui dicebat. Cũ considero Iob sedentem in sterquilinio. Ioannem esurientem in eremo. Paulum occisum gladio. Petrum suspensum in patibulo. Tunc cogito quid in futurum reprobis faciat qui in præsenti sic affligit quos amat. Hic autem respectus, vel consideratio vtilis est ad multa. Primò, facit benè pugnare contra diabolum. Quis enim considerans ꝙ si victus fuerit ab eo, ducet ipsum ad illa tormenta, non pugnet virilius ne vincatur? Psal. 113. Mare vidit & fugit: mare, s. æternæ

D

Pugnare facit contra diabolũ pœnarũ inferni consideratio.

amaritudinis: vidit homo,& fugit,scilicet peccatum: vt patet in vitis patrum de eo qui tentatus ad solem Aegypti nudus se ponebat,quærens quomodo sustinere posset ignem inferni qui non poterat solem sustinere. Vnde Aegesippus de cladibus Iudeorum lib. 5. Cum Titus Vespasiani filius Hierusalem obsedisset & suos animaret ne timore mortis recederent,vel desisterent a prælio:præposuit eis exemplũ Leonidis Regis Lacedemoniorum, qui(cum instaret prælium, & videret innumerabilem Persarum exercitum contra trecentos Lacedemonios, quibus præerat)ait suis cum cibum sumerent ad virium confortationem. Prandeamus hic socij, quia hodie cęnaturi sumus apud inferos: quod verbũ apud Lacedemonios adeo valuit, quòd nullus, vno excepto, a prælio se subtraxit, sed pugnauerunt,& quasi victores fuerunt. Sic qui cogitat quàm mala sit cęna inferni, viriliter dimicat; ne vincatur, & victus ad illam deducatur. Similiter narrat beatus Athanasius de sancto Antonio,quòd cum diabolus eum tentaret de peccato; ipse incendij æterni pęnas peccato debitas rememorans, eidem opponebat, scilicet diabolo, qui ei sub specie pulcherrimæ mulieris apparebat; & tandem diabolus i specie paruuli Aethiopis nigerrimi apparens ei,& ad pedes eius prouolutus se victum ab eo confessus est. Vnde quędam concubina respondisse fertur amasio suo,a quo cum tunicam peteret:& ipse diceret illam satis habere vestimenta. Non inquit, parum est quicquid mihi das pro pęna æterna propter te sustinenda? Sic enim deberent mulieres cum eis aliqua donaria offeruntur per diaboli ministros,vt peccent dicere, nimis parum est pro æterna pęna sustinenda. Non enim tanti æternaliter pęnitere.

Carnem domare facit inferni cõsideratio

Secundò, valet ad domandum carnem. Vnde Isidorus lib 1. soliloquiorum. Propone tibi aduersus carnis ardores æterni supplicij ignes. Memoria ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ. Videmus enim, ꝙ quando digitus est adustus, applicatur ad ignem, vt minor calor extrahi possit per maiorem; Sic & peccator inflammatus igne peccati: si per considerationem igni se applicet infernali; minor calor extrahi poterit a maiore. Et sicut baculus qui versatur & reuersatur in igne ad apponendum ignem, ex ipso igne consumitur paulatim & denigratur. Sic quicunque per iugem meditationem uersatur in igne illo, necesse est, vt in eo consumatur carnositas. Si enim iuxta dictum sapiẽtis. Eccl. 12. Frequens meditatio carnis: id est rei finitæ & corruptibilis, fit afflictio, quantomagis meditatio illius æterni ignis, qui carnem cruciaturus est? Exemplum de hoc in vitis patrum, vbi narratur, quòd duo fratres dimissa pęnitentia, regressi sunt ad mundum. Postea vero diuino spiritu tacti, regressi sunt & recepti:& vterque inclusus est in cella separata: & ministratum est eis idem genus refectionis, secundum pęnitentiam taxatam. In fine vero anni iussi sunt egredi. Et ecce vnus apparuit valde pinguis & rubicundus: alter vero miro modo macilentus & deformis; & inuento per inquisitionem, quòd idem fuerat vtrique ministratum,& nõ aliud, mirati sunt patres: & diuisis ipsis, quæsitum est a pingui quid cogitasset: & dixit, quòd de bonitate Dei, qui eum reduxerat super hoc gratias agens assiduè: Secundus requisitus de eodem, dixit,quòd de peccatis suis cogitabat propter quæ Deum tam grauiter offenderat, & pœnas æternas meruerat,ex hoc dolens assiduè: & iudicauerunt patres eos eiusdem meriti. Ex quo patet, ꝙ huiusmodi meditatio, carnositatem consumit, qui carnositas dispositiua est ad multa mala. Vnde cuidam viro pingui deridenti quendam clericum macilentum, & dicenti. Domine clerice, vos videmini venire de inferno. Respondit clericus dicens: Domine & vos videmini habere faciem euntis illuc. Abac. 1. Incrassata est pars eius. & Hieronymus cuidam. Impinguauit te Deus ad victimam.

Pœnarũ infernalium cõsideratio auellit a delectabilibus mundi.

Tertiò, hæc consideratio auellit a delectabilibus mundi. Exemplum ad hoc in vitis patrum, dixit senex quidã,

quòd

quòd nutrix cum ablactare vult puerũ, & a dulcedine lactis auertere, ponit aliquod amarum in mammilla: quod sentiens puer, retrahitur ab ea. Sic & tu, adiunge amaritudinem inferni delectabilibus mundi, & retraheris ab eis. Iob 6. Nunquid gustare poterit, quod gustatũ affert mortem? quantomagis si afferat mortem amarissimã? ideo dicebat sponsa Christi. Cant. 4. Ibo ad montem myrrhę. Descẽdit quippe in vallem myrrhę, qui descendit in amaritudinẽ conscientiæ suæ. Ambulat in campo myrrhæ quẽ affligit tentatio huius vitæ. Sed conscendit in collem myrrhæ qui considerans pœnas purgatorias, timore compungitur & dolore. Sed mons myrrhæ est inæstimabilis amaritudo mortis æternæ. Vadam igitur, inquit sponsa, vt paueã. vadam, vt caueam. vadam vt euadam. vadam vt lugeam. non perfunctoria prælibatione: sed crebra cognitione. Vnde Psal. 134. Fulgura in pluuiam fecit. Timor quippè pœnarum inferni, fulgura ipsius conuertit in abundantiam lachrymarum. Nam lachrymæ illæ non ex amore, sed ex timore procedũt: propter quod si quis conqueratur, quòd lachrymas habere non possit, oculos suos aperiat per considerationem ad fumum inferni, & ad ardorem eius, & ad vehementiã venti Aquilonis: a quo pandetur omne malum: tunc sufficienter materiam lachrymarum hauriet. Quartò, valet ad reuocandum a uia perditionis: via enim peccatorum est tenebrosa. Prouerbiorum 4. Et ideo non vident pręcipitium ad quod ducit: & ideo perambulant illam viam, quousque corruant in locum perditionis, iuxta illud. Eccl. 21. In fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Cum autem incipiunt illuminari cogitando de fine peccatorum, auertunt se de illo præcipitio: & trementes recedunt ab illa via. exemplo Dauid qui dicebat. Psal. 118. Cogitaui uias meas, & conuerti pedes meos, in testimonia tua. Vnde in aliquibus regionibus consuetudo est, ꝙ latrones a rupe præcipitantur, & in casu per lapides penitus confringuntur. Sed antequam veniat latro ad crepidinem, ponitur velum ante oculos, qui si videret loci horrorem & profunditatem, prius permitteret se vulnerari, & oculos extrahi, quàm se in præcipitium daret. Sic ante oculos cordis ponit diabolus velũ, scilicet delectationem in temporalibus: ne putei infernalis consideret profunditatem & acerbitatem pęnarum. Si enim pœnam gehennæ considerarent, potius permitterent se excoriari, quàm culpam mortalem perpetrare: & ideo cessare debemus a peccato, cõsiderata pęna sequẽti, & ei debita, quia Iob. 17. Si sustinuero, idest si expectauero me emendare, vel conuerti, infernus domus mea est. Lupus enim timore canum ouem dimittit: & auis timore lapidis, vel sagittæ viridem ramum, aut etiam timore laquei granum deuitat: & pisces timore hami, escam contemnunt: & tamen pauci timore ęterni supplicij, peccata relinquunt in hoc bestijs deteriores: & hoc est quod dicit dominus Mat. 11. Cecinimus vobis, id est vitam æternam promisimus, & non saltastis, idest non applausistis, vos a terrenis eleuantes, sicut qui saltat. lamentauimus uobis. i. lamentum æternum comminati sumus, & non plorastis, idest secundum glossam planctum pęnitentię non fecistis. Quintò, valet ista consideratio, quia est occasio homini ponendi se in bono statu: incitãdo ipsum ad pęnitentiam agendam in pręsenti. Cum enim peccatorem oporteat, vel ęternam pęnam sustinere, vel pręsentem & transitoriam, quis cogitãs ad conditiones vtrarunque pęnarũ, non pręeligeret sustinere hic quam ibi, nisi sit insensatus? Propter quod dicitur Abac. 3. Ingrediatur hic, scilicet putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut quiescam in die tribulationis, & ascẽdam ad populum accinctum nostrum. & Iob 9. Dimitte me domine, vt plangam paululum dolorem meum antequam uadam, idest potius eligo hoc, quàm illud, & sic peto fieri. Exemplum ad hoc de quodam scholari delicatissimo, qui Bononię commorans intantum refugiebat statum pœnitentię, quòd nolebat ad sermones uenire, uel aliquid audire loqui,

Consideratio pœnarũ inferni reuocat a via peccati.

C

Incitatio ad bonum oritur a cõsideratione pœnarum inferni.

qui, quo moueretur ad ingressum religionis. Factum est autẽ ut quidam prędicator compatriota suus & familiaris, visitaret eum in domo sua. Cum autem ingrederetur cameram eius, ipse timens ne vellet ei prędicare; dixit. Frater ad quid huc uenitis? Si uultis mihi loqui de Deo, non curo audire. Si uero de alijs negotijs, bene ueniatis. At ille. Magister habeo uobis loqui de quibusdam negotijs. Et ex quo non uultis loqui de Deo, non propono loqui uobis nisi de licentia uestra. Tunc recepit eum ad loquendum de illis negotijs. Cum autem huiusmodi uerba & rumores essent finita, & frater uolens recedere, uidisset delicatissimum lectum & pomposum in quo iacebat, dixit illi. Magister, date mihi licentiam dicendi uobis unum uerbum de Deo. Ille uero, licet cum difficultate, concessit. Tunc frater ille. Magister obsecro, ut hac nocte dum intraueritis lectum uestrum, cogitetis quem lectum habituri sunt in inferno, qui hic pęnitentiam non agunt. At ille. Quis lectus erit ille? Respondit frater. Esaias dicit. Subter te sternetur tinea: & operimentum tuum uermes. Post hęc verba, discessit frater. At ille in nocte sequenti recordatus uerbi cum esset in lecto, non potuit dormire, cogitans de illo lecto inferni; & intantum praualuit huiusmodi cogitatio in eum, ꝙ post modicum religionem ingressus est. Vnde & de Fulcone Massiliẽ. legitur, quòd cum esset primò ioculator, cępit cogitare, ꝙ si daretur ei in pęnitentia, ꝙ semper iaceret in pulcherrimo lecto & molli: ita quòd nunquam pro aliquo inde recederet. Si non posset hoc sustinere, quanto minus in pęna inæstimabili inferni? Et propter hoc factus est monachus magnus, & deinde Massiliensis episcopus. Quod similiter considerans Dauid, ad pęnitentiam mouebatur: dicens. Psal. 70. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas; & conuersus viuificasti me, & de abyssis terrę reduxisti me. id est de periculo cadendi in abyssum. Hæc autem consideratio mouit eremitam quendam ad asperrimam pęnitentiam, quam agebat in profunda eremo: a quo cum quæreretur a quibusdam qui eum inuenerunt: cur se ita interficeret. Respondit. Totus labor vitæ meæ, non est idoneus comparari ad vnum diem tormentorũ, quæ peccatoribus in futuro seculo præparantur. Hæc in uitis patrum. Hæc etiam consideratio mouit Petrum eremitam ad pœnitentiam mirabilem: de quo narrat Gregorius, ꝙ cum esset secularis, & quasi mortuus, inferni supplicia vidisset: & multos huius seculi potentes ibidem, & se cum illis ibi debere submergi. Astitit quidam choruscus subito, & perhibuit dicens. Egredere & vide, qualiter amodò sit tibi viuendum. Qui surgens hæc narrauit: & tanta postmodum pęnitentia se afflixit, vt si lingua hoc taceret, pęnitentia & conuersatio clamaret. Et ideo si sępe quiescere non potes in lecto molli, & camera parata, & suauiter redolenti. Si non potes per horam modicam, febrem sustinere. Si non potes tibi dictam iniuriam perferre. Si non potes alterum in maiori honore respicere. Si uis tantummodo hic habere tibi placentia. Considera quomodo pati poteris inferni tormenta, vt semper videas inimicos tuos, & audire eorum opprobria, & irrisiones, dum te uidebis a societate sanctorum turpiter expelli. O quomodo pęnitentia huius mũdi leuis erit: si quis omnia ista in mẽte reuoluat. Sexto hæc consideratio confirmat hominem in bono; facit enim aperire oculos, vt uideant homines bonum, quod prius non viderant. Vnde Gregorius pęna oculos aperit, quos culpa claudit. Nec solum hoc facit cum fuerit experta, vt patet in diuite Epulo ne qui diuerterat oculum suum a Lazaro: immo etiam, si fuerit oculis considerationis diligenter inspecta. Dicunt enim naturales, ꝙ dormientes fulgure percussi inueniuntur habere oculos apertos. Sic qui dormiunt in peccatis, cum huiusmodi fulgure in mente percutiuntur, per considerationem debitam: statim aperiunt oculos ad videndum bonum, & illud perficiendum. Sicut enim collyrium

Meditatio vtilissima super pœnis inferni.

Confirmantur in bonũ qui hic æternas considerant pœnas.

collyrium

collyrium clarificat oculum, sic & consideratio infernalium tormentorum: vnde Iob. 17. In amaritudinibus moratur oculus meus. Illius enim oculus moratur in amaritudine, qui diligenter considerat amaritudinem gehennalis pœnæ. Et per huiusmodi amaritudinis considerationem, recuperat amissam visionem. In signum cuius, Tobias fellis linitione, visum recepit. Tob. 11. Nihil enim hominem in bonum magis confirmat, quàm huius mortis timor. Vnde Eccl. 27. Nisi in timore domini te tenueris, cito subuertetur domus tua. Exemplum ad hoc in vitis patrum. Fuerunt duo, scilicet vir & mulier: vir sanctissimæ vitæ, sed infortunatissimus in mundo, intantum, ut etiam in morte cum deberet sepeliri, tanta fuit pluuiæ inundatio, quòd vix potuit multis diebus sepeliri. Vxor vero econtrario pessimæ vitæ: sed fortunatissima. Factum est autem, vt post mortem vtriusq; filia quædam quã habebant, cogitare cœpit cuius vitam imitaretur. Cum autem suggerente carne, aliquantulum inclinari cœpisset ad imitandum vitam matris: facta est in ectasi. Et ecce ostensus est ei locus amenissimus in quo cum vidisset patrẽ inter alios beatos: occurrens ruit in amplexus eius, rogans vt eam secum ibi retineret. At ille; non potes hic modo remanere: sed si duxeris vitam quã ego duxi, tandem huc venies, & eris semper mecum. Mox autem auulsa ab eo, ducta est ad locum quendam, de quo deorsum respiciens, vidit matrem in horribili tormento: quæ respiciens sursum, & videns filiam, cœpit eiulare & clamare dicens. Filia, vide quid patior propter immundam vitam meam. Recordare obsecro, quot dolores propter te sustinui, & si quid potes adiuua me. Ad hæc verba illa commota compassione, ad se redit gratias agens Deo super his quæ viderat: & tunc confirmata est ad patrizandum, timens illuc deduci, vbi viderat matrem: & facta est mulier sancta & magnæ abstinentiæ. Sic & Psalmista qui dixit. Psal. 17. Omnia iudicia eius, scilicet condemnationis malorũ,

Exẽplũ animaduertẽdũ.

in conspectu meo (& sequitur) & iustitias eius non repuli a me. Propter hoc .s. feci fiducialiter omnem iustitiam. Sic etiam in libro de dono timoris legitur de alia muliere. Cum enim quidam eam adamasset adulterino modo: in peccato suo subito mortuus est: pro quo cũ ipsa multum doleret, & desideraret scire de statu suo: Cum aliquando sola in lecto iaceret, apparuit ei ille adulter, pro quo erat solicita, totus ardens vt ferrum candens & ait. Vide qualis sum exterius, & ecce cogitare poteris, quamliter mihi est propter peccata mea interius: tunc ipse emisit in oculis eius vrinam ardentem quasi metallum bulliẽs: cuius ardor terram videbatur comburere, & penetrare, & subintrare, qui post hoc disparuit: illa ad hæc perterrita, ita conuersa est, & tanta pœnitentia sese onerabat, ut omnibus grauis & importabilis videretur. Septimò, talis meditatio est materia glorificandi Deum: sicut iustitiæ quæ fiunt in regno in patibulis, sunt occasio benedicendi regem. Vnde dicunt turbæ. Apoc. 19. Laus, & gloria, & honor, & virtus Deo nostro, quia vera iudicia eius sunt & iusta. Sic Dauid dicens. Psal. 118. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ. Laudabat enim dominum corde directo in eum, eo ꝙ præcognouerat ipsa iudicia terribilia eius. Octauo expellit acidiam: nihil. n. pœnas & pœnitentias præsentes reputare facit, quæ ad comparationem eius nihil sunt. Vnde Ber. Vigilias times & ieiunia, manuumque labores. Sed hæc leuia sunt, flammas perpetuas meditanti. vnde in vitis patrum, dicit quidam iunior frater seni. Quid faciam pater, quia sedens in cella acidior? Respondit senex, nondum vidisti futura tormenta, quia si illa posuisses in corde tuo, & esset cella tua plena vermibus vsque ad collum, sustineres patienter, & non acidiareris. Sicut enim cum imminet naufragium, omnes apponunt laborem ad exonerandum nauem: nec est ita infirmus aut debilis, quin pro posse manus apponat adiutrices: Sic timor inferni diligen-

Glorificãt Deũ qui hic æternas pœnas pẽdũt.

Accidia expellitur ex consideratione pœnarũ inferni.

ligentiam adhibere facit ad peccata deponendum, restituendum, & bene agendum: & latrones existentes in terra cordis nostri reprimendum, & super eos vigilandum. Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas a iudicijs enim tuis timui. Nono, hæc meditatio contemnere facit præsentia omnia. vnde Eccl. 11. Et si multis annis vixerit homo: & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Exemplum in legenda beati Ioannis euangelistę: cum quidam diuites ad prędicationem Ioannis omnia dimisissent: & postea uidentes seruos suos in gloria mundi; beatus Ioannes facto auro de virgis & gemmis de sabulo, restituit eis omnia. Cum autem quidam iuuenis per eum resuscitatus, narrasset eis de gloria quam amisissent: & de supplicijs quæ eos expectabant: Illi iterum redditis gemmis & auro, omnia contemnentes, redierunt ad paupertatem prius assumptam. Quis enim debeat de se, vel de aliquo alio curare, si in fine illis tormentis tradi debeat? Ideo cõuertantur in infernum omnes gentes, quę obliuiscuntur Deum. Psal. 9. Melius enim est in præsenti vita, per considerationem descendere ad inferos: quàm hominem ascendere ad cęlos, idest ad honorum celsitudinem per considerationem: exemplo Luciferi, & suorum complicum. Ait enim. Ascendam super cęlos, & similis ero altissimo. de plu ribus autem dicit Psal. 108. Ascendunt vsque ad cęlos: sed sequitur, & descendunt vsque ad abyssos. De primis vero scribitur. 1. Reg. 2. Dominus deducit ad inferos per considerationem, & reducit. Sed sicut huiusmodi meditatio cedit ad bonum electorum, ita cedit reprobis ex eorum impęnitentia ad graue malum. Roman. 2. Secundum duritiem tuam & cor impęnitens, thesaurizas tibi iram. Exemplum Grego. in dialogo. Quidam nobilis ciuis Romanus, nomine Stephanus, defunctus fuit apud Constantinopolim, in mane cum deberet sepeliri, surrexit, & retulit mala de inferno quæ viderat, &c. Hoc autem nocet eis, quia vbi deberent credere & timere, ista non credunt, neq; timent: dæmonibus deteriores. Nam dæmones credunt & contremiscunt. Exemplum de sancto patre, qui tentatus quæsiuit a dæmone cur tentaret eum, cum supplicium eius augeretur. Respondit dæmon, quia sciebat iudicium non esse venturum, quousque impleatur numerus electorum: & ex hoc volebat prolongare iudicium, ne ita cito veniret eius supplicium.

Mũdi cõtemptio, oritur ex consideratione pœnarũ inferni.

Dæmones cur nos tentent.

Duæ viæ quadrupliciter differentes: quarum altera est in principio facilis, difficilis vero in fine quadrupliciter: altera autem contra difficilis in principio, facilis in fine: ad cuius ascensum tria requiruntur iuuantia, & duo stimulantia, quid sit declinare ad dexteram, & quid ad sinistram. Cap. XXIX.

Quia vero periculum est tendere versus illam domum infernalem, quã descripsimus horribilem: expedit cognoscere vias, quibus itur in illam, & earũ conditiones: vt fugiantur, & ad viam paradisi diuertamus. Sumus. n. in hoc mundo, quasi in biuio: vbi duæ viæ sunt. Vna tendit in ciuitatem Babylonis, quæ est ciuitas perditionis. Alia tendit in Hierusalem supernam, in qua est visio pacis. Eę autem duæ viæ multipliciter differunt. Primò, quidem (vt dicit dominus, Matthei. 7.) Lata est & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem; quæ ideo dr̃ lata (vt vult Chrys. Homilia. 3. super Mat.) quia illa via non est intra regulam veritatis & disciplinę conclusa: ambulantes in ea, nõ quod debeant agere, hoc agũt, sed quod delectat: ideo in ea ambulant hoĩes ridẽtes, & gaudentes, & comedentes. Cũ. n. quis introierit in eam, prout vult se agit: nec coangustatur in aliqua parte, ita vt delectet eum ambulare per eam. Et ideo multi ambulant, quia multi suas sequuntur cõcupiscentias. Homines. n. (vt vult philosophus. 2. Topi. 3.) Pluribus sunt mali, & in paucioribus boni: quod ideo est (vt vult Augu.) vt exerceant bonos. Si enim essent plures boni, quàm mali; iam

E

Via inferni lata cur dicatur.

iam non auderent exercere bonos. plures enim sequuntur turbam, vt faciant malum. vnde Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. Ad hoc exemplum Rathboldi Phrisonum ducis. qui (vt refert Sigisbertus) prædicatione Vulfranni Episcopi, ad hoc adductus, vt baptizaretur: cum vnum pedem in lauacro intinxisset, alterum pedem retrahens: interrogauit, vbinam plures maiorum suorum essent in inferno, an in paradiso: & audiens plures esse in inferno; intinctum pedem retrahens; Sanctius est, inquit, vt plures quam pauciores sequar; & ita ludificatus est a dæmone promittente ei, quòd tertia die abhinc incorruptibilia bona ei daret; qua die subita & æterna periit morte. Sed via paradisi (vt ibidem dicit dominus) arcta est; immo dominus illã viam perambulauit, habendo in cruce pedem sub pede; ideo autem arcta dicitur (ut vult Chrysost. in loco allegato) quia illa est via iustitiæ quę intra regulam veritatis & disciplinæ inclusa est, & ambulantes in ea, non quod delectat faciunt, sed quod debent; ita vt quandoque pęniteant, qui eam ingrediuntur. In ea enim ambulant tristes, lugentes, & ieiunantes, ita vt diceret propheta Dauid. Psalm. 72. Mei autem penè moti sunt pedes; penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Ideo duo calcaria nobis adhibentur ad pungendum, & stimulandum nos, vt per illam viam arctam incedamus, quę secũdum Augustinum sunt amor diuinę iustitię, & timor infernalis angustię, quæ duo necessaria sunt. Alias, si equus noster vno calcari pungeretur, & non alio; nec rectè, nec secure incederet, quia sine timore quandoque generatur stulta præsumptio, & sine amore desperatio. Vnde Gregorius primo moralium. Cum quis solo timore bona agit, a malo pœnitus non recedit, quia eo ipso peccat, quo peccare vellet si iustè potuisset. Inde est quod propter huius viæ arctitudinem, pauci per eam gradiuntur, ita vt videatur deserta via, & male tritata. Thren. 1. Viæ

Via paradisi cur sit arcta.

E

Calcaria duo necessaria ad ambulãdum in via Dei.

Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad solẽnitatem, supple paradisi. Quia uero via ista stricta est, ideo caute ambulandum est i ea, vt homo videat vbi ponat pedem amoris sui. Augu. Pes animæ amor est, qui si rectus est, dicitur charitas, si curuus cupiditas. Sicut enim contractus ire non potest ad sanctum Iacobum, sic qui pedẽ istum non haber, non potest ire in cęlũ. Itẽ quia; via ista arcta est, timendum est illis valde, qui latam habent conscientiam. Lati enim currus, incedere non possunt per uiam arctam, & ideo cum conscientia eorum sit quasi quidam currus magnus & latus ferens eos ad terminum suum, timendum est talibus, ne sint extra viam istam. Et quia illa ducit in cœlum; timendum est, ne pes extra eã ponat. Nam in via alpiũ alta, si pes exeat viam, statim cadit in abyssum. Sic homo in infernum, si pedem amoris extra illam figat. Secundò differunt, quia via inferni est uia obliqua. Serpens enim, quasi semper tortuosè incedit, ideo serpens ille antiquus, qui vocatur diabolus, primus adinuenit illam uiam tortuosam & obliquam, quam sui sequaces imitantur. Iuxta illud Psalm. 11. In circumitu impij ambulant, quam sapiens sibi difficilem æstimabat. Non tam ad cognoscendum, quàm ad gradiendum; cum inter tria difficilia, vnum dixit esse viam colubri super petram. Sapiens enim quam cito se sentit in uia obliqua, tam cito se conuertit ad rectam; eo quòd quanto diutius ibi steterit: tanto a termino longius declinabit. Ideo debemus cauere, ne intremus huiusmodi uias, sicut Psalmista dicebat. Psal. 118. Ab omni uia mala prohibui pedes meos. Et audire Hieremiam præcipientem. Reuertatur unusquisque a via sua mala. Hierem. 18. Contra malos qui eas nolunt dimittere, cum tamen se sciant a recta uia diuertere; contra quos Hier. 2. Quia uilis facta es nimis, iterans uias tuas. Sed uia paradisi recta est. Esaiæ. 26. Semita iusti recta est, rectus est callis iusti ad ambulandum. Formicæ enim sibi rectas uias, & stri-

Via inferni est obliqua.

Via paradisi est recta, & tendit a dextris magis q̃ a sinistris.

ctas facere solent, per quas iugiter incedunt, & solent grana ad domicilium deportare. Sic viri sancti vias virtutum eligunt rectas, per quas vadunt, & ad paradisi domicilium grana meritorum trahunt. Inde Prouerb.6. Iubetur insipienti. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Sed dices via domini est a dextris; via mala a sinistris: iuxta illud Prouerbior.4. Vias quæ a dextris sunt nouit dominus, idest approbat: peruersæ vero sunt, quæ a sinistris. Et secundum Psalmistam. Psal.1. nouit dominus viam iustorum, idest approbat. Cum igitur ille qui declinat a dextris, vel a sinistris, obliqua & non recta via incedat: videtur ꝙ cęlorum via sit obliqua. Inde Deutero.5. præcipitur. Non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Sed per viam quam præcipit dominus Deus vester, ambulabitis. Respõdetur secundum glos. Prouer.4. ꝙ dextera via bona est, sinistra reproba: & ideo non prohibemur dextra via ambulare; sed an dextram vel sinistram declinare. Declinat autem ad sinistram, qui iniustus est, declinat ad dextram, qui sibi vult arrogare ꝙ iustus est. Declinat ad dextram, qui de suis viribus præsumit saluari; declinat ad sinistram, qui propter suam fragilitatem, desperat se posse saluari; declinat ad dextram, qui plus uult sapere quàm oportet: declinat ad sinistram qui stultitiæ famulatur. Hæc glossa. Omnis enim qui uiam domini perambular, dextram sequitur, idest potiorem uiam. Sed dum est in uia dextra, a dextris ab ea non declinet nimis excedẽdo, quia præcipit sapiẽs. Eccl.7. Noli.n. nimium esse iustus. Tertiò differunt, quia uia cęli laboriosa est, & difficilis. Actu.14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnũ cęlorũ. & Luc.ult. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ideo dicebat. Ps.16. Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Seneca. Nõ est ad astra mollis, e terris uia. Quia .n. recta est illa uia, nec ab ea declinare oportet, ꝙ tñ fit faciliter, ideo sine ductore difficilis est ad tenẽdum. Ideo dicitur Sap.10. Iustum deduxit dominus per uias rectas. Sed uia inferni facilis est ad ambulandum, & sine labore. Inde Virgilius 6. Aeneid. facilis descensus auerni. Sicut enim onerata quadriga ad ascendendũ indiget pluribus equis propter laborem ascensus, ubi in descensu sufficeret unus solus equus, sic ad ascensum laboriosum paradisi, non sufficit homo solus ad se trahendum cum onere carnis suæ, sed requiritur Deus auxilians, prælatus adiuuans, & Angelus custodiens. ubi ad descensum inferni ipse peccator solus sufficit. Ose.13. Perditio tua ex te Israel, ex me tantũmodo auxilium tuum. Sed dices laboriosa & arcta est uia quę ducit ad cœlum, ideo illam intrare timeo. Respondet Aug. Si dicis aspera est uia quæ ducit ad uitam, Christus transiuit per eam, & adhuc post caput, membra dubitant pertransire? Sed dicis Christus transiuit Deus & homo, uides quot milia nunc post eum transierunt? Senes enim, & iuenes, & puelli, & puellæ, per eam transeunt, & transierunt, & uiam quam tu times intrare tibi tritam fecerunt. Præterea duabus de causis declinat quis a rectitudine uiæ Christi. Vel timore alicuius mali quod æstimat se passurum si per uiam illam incesserit. Vel amore alicuius boni quod æstimat se habiturum, si a uia Christi recesserit. Vnde Aug. Omnia peccata duę res faciunt in homine, scilicet cupiditas & timor, ꝓpter delectationẽ, mala facimus, propter tristitiam, a bonis recedimus. Qui timore mali a uia domini recedit, est quasi equus umbraticus, qui umbram uiæ timet, & periculum uerum non timet. Vera mala sunt, mala futuræ uitæ quæ ipse non timet. Præsentia uero mala, non sunt nisi umbra futurorũ malorum. Sap.5. Omnia transierunt sicut umbra. Prouenit autem iste timor uiæ ex defectu cognitionis, ideo in Ps.90. Vocatur timor nocturnus. Nisi enim in tenebris peccatorum essemus; bene uideremus, ꝙ non sunt condignæ passiones huius temporis

G Declinare neque ad dexteram, neque ad sinistram quõintelligatur.

Via cœli laboriosa est et difficilis.

H

Viã cœli intrare non est timẽdũ.

Peccata omnia ex duobus oriũtur.

poris ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ro. 8. Inde Ber. Quid est quod non optamus, & per medios enses (fieri oporteat) tantam declinare miseriam, & ad tantam accelerare gratiã, nisi ꝙ mortua est fides nostra? Qui vero amore temporalis boni retrahitur a via cęli, stultissimus est, cum spiritualia in infinitum excedant hæc caduca, & trãsitoria. Si igitur propter hæc temporalia ita occupamur, vexamur, & angustiamur, quanto magis cum labore maximo illa bona permanentia & æterna quærere debemus? Si enim temporalia bona sola voluntate, sine labore nõ habentur: nec etiam utilia animalia, vt oues & boues: sed benè inutilia, vt pulices & pediculi (velimus nolimus) sine labore in nobis oriuntur. Similiter malæ herbæ ut vrticæ, vepres, & spinæ, sine labore proficiunt, & sine cultura fructificant, benè vero uineæ sine sumptibus magnis multitudinem, fructuũ non asportant. Similiter credendum est, ꝙ mala perpetua faciliter lucrari possunt. Aeterna vero non sinę sumptibus pęnitentiæ, & laboribus magnis: alioquin Deus viliora reputaret cęlestia quàm terrena. Sed iterum dices. Quomodo dicis vias cęli esse duras, & arctas, & laboriosas, cum dicat dominus Mat. 11. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue? Quomodo etiã dicis inferni vias faciles, cum tamen dicant damnati illud Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles? Ad hoc facile respondetur, primò, ꝙ uia inferni facilis est in ingressu quasi strata floribus: scilicet præsentis delectationis dulcore & temporali iocũditate. Sed tamen multipliciter est difficilis. Primò, quidem in progressu propter conscientiæ remorsum, qui multum affligit animam. Nõ enim patitur ordo diuinæ iustitiæ, vt vel ad momentum sit culpa sine pœna. Vnde Aug. Iussisti domine & sic est, vt pęna sibi sit ipse animus inordinatus. Inde Eccl. 21. Via peccantium complãtata est lapidibus, idest mirabiliter dura, & plena offendiculis ad ruendum.

Dubitatio circa duas vias, & solutio.

Viæ peccantium difficiles

Secundò, difficilis est in regressu: vix enim potest quis a suo peccato, postquã ingressus est regredi exemplo domus Dædali, in quam cum quis introierit, vix exitum inuenire potest. Hinc est ꝙ lubricus, postquam luxuriosè vixit, vix se continere potest, & sic de alijs. Psal. 1. Beatus qui in uia peccatorum non stetit: consuetudo. n. & status in peccato, multum facit ad hanc difficultatẽ. Tertiò difficilior est in egressu, propter separationem a præsenti voluptate. Dicũt enim naturales, ꝙ talpa, quamdiu uiuit, incessanter fodit sub terra, & ortos deuastans: oculos habet sub pelle. Sed prope mortem scinditur eius pellis: & tunc uidet. Tunc sic voluptuosi & diuites, incessantur thesaurizant sub terra: & consequenter sibi thesaurizant irã Dei, & nihil in cęlo reponunt, & suis auaritijs, rapinis, & litigijs, deuastant ortos ecclesię vel domos proborum uirorum. Nec oculos habent, vt videant quæ recta sunt, & maximè cęlestia. Sed cum ad mortẽ perueniunt, vt inde egrediantur: tunc aperiuntur oculi eorum & tũc rectè considerant, quamuis tardè, quod nihil profuerunt omnia ad quæ vacauerunt: dicentes illud Sap. 5. Quid nobis profuit superbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Quartò uero, difficillima est hæc uia post egressum, propter subsequens gehennæ tormentum. hæc. n. est uia, quæ videtur homini recta. Sed nouissima eius ducunt ad ad mortẽ. Sed uia cęli in principio dura est, & aspera, quousque in consuetudinẽ deueniat, vt dictum est satis. Postea vero facilis, & delectabilis inuenitur. Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis. & Prou. 3. Ducam te per semitas æquitatis; quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens nõ habebis offendiculũ. vnde Ber. Experto credite, quia uia monastica quãto arctior, quanto molestior, tanto latior, tanto iocundior inuenitur in progressu. Et hãc viam non solum consuetudo facilem reddit, sed etiam labores, & tormenta, & angustiæ saluatoris. vnde & de eius aduentu. Esa. 40. dicitur. Erunt aspera in

vias planas.i.faciles ad ambulādum, & tertiò spes præmij promissi, adeò reddere debet eam facilem. unde Chryso. Qui uiam laboriosam æstimant, suæ desidiæ est accusatio. Si.n.tempestates pelagi nautis, vulnera militibus, frigora & glacies agricultoribus leuia, & portabilia sunt propter spem præmij temporalis, multo magis cui cœlum placet, nullum debet sentire periculum. Maximè labores mitigat in benignum finem venire. Ne aspicias, inquit, ꝙ aspera est via, sed quò ducit. Nec aliam ꝙ lata est, sed ubi desinit. Quartò differunt, quia uia inferni est uia mortis. Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ eius. Omnes qui ingredientur ad eam, nō reuertentur, peccator.n.peccando, in infernum cōtinuè descendit, & aliquando ita, ꝙ nunquā reascendit. unde Prouerb.12. In semita iustitiæ uita. Iter autem deuiū ducit ad mortem. Et ita qui ambulant per eam, appropinquant usque ad portas mortis æternæ, immo latrones & homicidę per eam qui tali graditur uia ambulant, & viam faciunt. Iob 9. Venerunt latrones, & fecerunt sibi uiam per me. In via autem vbi sunt latrones, nihil transeuntibus remanet pulchrum & bonum, quin totum rapiant. Sic diaboli latrones in uia ista, omnes gratias & virtutes animæ depredantur & extirpant, iuxta illud Thrē.1. Manū suam misit hostis, ad omnia desiderabilia eius, ideo petebat peccator, vt hæc uia ab eius terra tolleretur, cum dicebat in Ps.118. Viam iniquitatis amoue a me, non dixit. Moue me a uia iniquitatis, sed amoue a me viam iniquitatis. Contingit aliquando quando uia fit per campos alicuius, vbi non debet esse via, petit a domino suo, ꝙ amoueatur uia illa. Sic diabolus & peccata, fecerunt viam per hominem qui est in peccato, immo ꝙ deterius est voluntariè in seipso fecit viam. dicunt enim diaboli illud Esa.51. Incuruare vt transeamus, incuruare, scilicet a dignitate tua, ad terrena ista concupiscenda, ut transeamus. Sed dicit Ber. Ne credas dicentibus vt transeamus, hærere enim volunt, non transire. unde Eccl.7. Omnis mulier fornicaria quasi stercus in via ab omni prætereūte conculcabitur. Sed uia cœli est uia uitæ. de qua Ps. Deo gratias agit cum dixit. Ps.15. Notas mihi fecisti uias uitæ, quas tamen prius sibi desiderat demonstrari, dicens. Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Via inferni est via mortis.

Duæ viæ paradisi quarum una peditibus, & altera equitibus conuenit.

Cap. XXX.

K

SI verò quæratur quæ sunt vię paradisi, & quę sunt vię inferni. Ad primum respondet Ps.24. Vniuersę uię dn̄i misericordia & veritas. Hic Aug. super Ps.137. Misericordia & ueritas, sūt vniuersæ viæ domini, & sic nō sunt aliæ vię quibus ad nos venit: nec alię quibus nos ad illum veniamus. ꝙ si dicatur qa alibi dicit Psal. Omnes viæ tuæ veritas: Non est ergo aliqua misericordiæ via: Respondit Aug. super Psal.118. ꝙ erga sanctos, vniuersæ viæ domini misericordia, & vniuersæ viæ domini veritas, quia & in iudicando eis subuenit, & ita non deest misericordia, & in miserando id exhibet quod promisit, ne veritas desit. Hæc August. Sic igitur sicut sunt duæ viæ quibus ad nos venit dominus, scilicet misericordia in primo aduentu, & veritas in secundò. Sic ijsdem vijs nō alijs gradimur ad dominum. Et conuenienter sunt iste duæ viæ. Nam alia via requirit̄ p peditibus, alia pro equitibus. Pro peditibus sufficit semita, vbi pro equitibus latior requiritur via. Sic quidem per arctam pęnitentiæ viam gradiuntur, veritatem iudicij de se facientes. Nec expectantes Dei iudicium, & isti ambulant per viam veritatis arctam. de qua Dauid dicebat. Ps.118. Viam veritatis elegi, ideo iudicia tua facere, supple non sum oblitus, cuius exemplo Tobias. Tobiæ 2. in captiuitate positus, viā veritatis non deseruit, hæc via mundissima, qua quotidie in iudicio Dei aquis lachymarū mūdātur, & purificātur

Viæ duæ qbus tēdimus ad Deū, & ipse ad nos.

L


tur peccatores, vt sint immaculati. Psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et per hanc viam sępe Deus graditur, quia Psal. 76. Deus in sancto via tua. & hanc libenter docet, quia Mat. 22. Viam Dei in veritate doces. Hæc maximè peditibus conueniens est: vtpote religiosis, & viris sanctis, qui calcant mundum, sicut pedites terram, qui mundiorem viam eligunt, ne pedes affectionum luto auaritiæ & luxurię polluant, qui semitas strictas eligunt, vt breuius ad terminum perueniant: qui expeditiores, & per paupertatem leues, & deonusti velocius currunt, vt ad terminum perueniant: quemadmodum ille de quo. 2. Regum 18. Cucurrit Achimaas per viam compēdij, & preuenit Chusi. Hęc insuper via pacifica est, iuxta illud Prouerb. 3. Vię eius uię pulchræ, semitæ eius pacificę. Tales enim in pace a mundi turbinibus viuunt. Quamdiu enim sumus in via ista, pacis conscientię ad Deum & ad mundum, latronum spiritualium insidias, & homicidia non sentimus: & a diabolo tuti sumus, si in ea cautè ambulemus. Sed si ab ea recesserimus, ad viam vitiorum, & delectabilium mundi, in periculo sumus, quin ęternaliter a dęmonibus occidamur, diabolus enim (sicut dicitur Prouerb. 13.) insidiatur in uijs quasi latro, & quos incautos uiderit, interficiet. ideo dicit Apostolus. Ephe. 5. Videre quomodo caute ambuletis, uocatione qua uocati estis. Contra illos fatuos, qui uiam uitiorum litigiosam, & dyscolam, magis quàm uiam uirtutum eligunt, de quibus. Psal. 13. Côtritio & infęlicitas in uijs eorum, idest destructio corporis per uoluptates, & infelicitates animę, per mala desideria in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt.

M Alia est uia misericordię, quę latior est, ideo equitibus magis côuenit, per quos intelliguntur qui seculi negotijs occupantur: qui ideo dicuntur equites, quia a suis prælatis, quasi equorum uehiculo, per paradisi uiam uehuntur. Hi enim per uias misericordię gradiuntur ad

Misericordiæ via latior est.

Deum. Est enim uia hęc charitate strata, quę ita lata est, ꝙ continet Deum, & proximū amicos, & inimicos. Est enim uia regia & publica, per quam omnes ambulant, qui ad paradisum tendunt, de qua Nume. 20. Via publica gradiemur, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes. Et Nume. 21. Via regia gradiemur. Hęc est uia, quam uiator Paulus demonstrare solebat. 2. Cor. 12. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Sed multi eam ignorant ignorantia crassa, uel affectata, de quibus Iob 21. Qui dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam uiarum tuarū nolumus. Sed. 1. Cor. 14. Ignorans, scilicet tali ignorantia, ignorabitur cum illis, qui damnati dixerunt Sap. 5. Errauimus a uia ueritatis, uiam autem domini ignorauimus. In his ergo vijs semper eundum est, nec reuertendum est contra eos, qui plus reuertuntur in vno die, quàm vadant in uno mense: cum tamē Ezechiæ 1. De sanctis animalibus dicitur: ꝙ animalia non reuertebantur cum incederent. Nec etiam standum est in via: propter quod præcipit dominus Luc. 10 Neminem salutaueritis in via: idest quamdiu viatores estis, nulli rei amore vel familiaritate adhæreatis: ne per huiusmodi impediamini ire ad Deum.

Septuplex via inferni: facilis quidem in principio: sed in fine difficilis.
Cap. XXXI.



Ed uiæ inferni sunt multiplices. Multipliciter enim contingit deuiare: vt dicit Aristoteles. 2. Ethicorum. Vnde tales viæ sunt magis deuiationes quàm viæ: propter quod peccatoribus præcipitur. Ezechiel. 33. Reuertimini a vijs vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? Quando- que enim contingit ire ad aliquem, per vias diuersas, & modis diuersis: puta pede, equonaui, quadriga. Sed non refert quocumque modo veniatur, dummodo ad terminum deueniatur. Sic in infernum per diuersas peccato-

N

Viæ inferni sūt magis deuiatiōes quā viæ.

rum vias, & per diuersas vnius peccati species itur. Ideo qui vult velociter illuc peregre proficisci, vitare debet omnes vias & modos peccandi: dicendo cũ Dauid. Ps. 118. Omnem viam iniquam odio habui. & iterũ. Ps. 118. Odiui omnem viam iniquitatis. Vulpes.n. Samsonis in facies erant diuisæ: sed in caudis ligatæ & vnitæ. Sic in facie conscientiæ diuisi sunt peccatores: sed in cauda, vel in fine ligabuntur in vnum locũ. Prima itaq; via superborum est, quæ montuosa est & alta. Sunt.n. sicut capræ quæ semper volũt in locis altis ascẽdere. Et quia locus montuosus difficilis est ad ambulandum: cõiter.n. hoĩes fatigantur & sudant in ascensu: & ppea qñ possunt tales vias declinãt. Ista est via superborũ, qua quærunt se alijs peruerse dominari, magnos reputari, exaltari, alios deprimere, se extolere. Sed laboriosa est, quia multum perturbantur, & anxiantur tales, & alijs famulantur vt honorem intentum habeant. vnde Greg. in moralibus. Omne quod hic eminet, meroribus plus afficitur, q̃ honoribus gaudet. Sed superbus non sentit istum laborem. Primò, quia vanus est: res aũt vana & leuis cito ascendit. Iob 11. Vir vanus in superbiam erigitur: sicut vas vacuũ super aquas natat, licet plenũ ad ima tendat. Secũdò, quia superbus paucũ habet amorem ad Deũ, & multum ad mundũ. Accidit.n. de eo sicut de lepore, qui facilè ascẽdit ad mõtem currendo: cum tñ communiter ascẽsus sit difficilis: & hoc quia erura anteriora habet, breuiora posterioribus. Ita licet sit facilius descendere per humiliationẽ, q̃ ascẽdere p elationẽ: tñ qa supbus crura anteriora. i. affectiones ad Deũ modicas habet: & crura posteriora. i. affectiones magnas habet ad mundum: ideo non sentit laborẽ: sed faciliter currit; iuxta illud Iob 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Tertiò, hæc via facilis est ad oberrandum. Alti.n. montes facile niuibus operiuntur. Sicut autem nix publicam viam operiens, itinerantem errare facit, & lędit eius oculos. Sic splendor mundanæ gloriæ niui similis (eo ꝙ luceat in simpliciũ oculis, & ad modicum feruorem diuinę iustitiæ, vel iram regum, & principum; cito liquescit & emollitur) impedit, ne superbus viam Christi ignoscat. Ps. 76. Semitę tuę in aquis multis. i. in voluptatibus, honoribus, & delicijs; & vestigia tua non cognoscentur. s. tunc. Quartò, periculosa est via ad ruendum. rupes.n. & muri alti, altam viam habent, & ascẽsum difficilem. Sed magis sunt subiecti tormentis & machinis q̃ bassi, & alta cã panilia, tonitrius q̃ tuguria. Sic & superbi, casui & ruinæ. Vnde Grammaticus dicit. Præpositioni quot accidunt. i. ppositis in dignitatibus. Respondet vnum. Quid ? Casus tantum. i. ruina. Et de his tribus dr Eccl. 20. Via peccantium cõplantata lapidibus. i. dura & aspera doloribus; & in fine inferi & tenebræ & pœnæ. Inferi propter primum, quia desiderauerũt dignitati sublimitatem: ideo ad inferorum abyssos deijcietur. Ps. 72. Deiecisti eos dũ alleuiarentur. Propter 2m dicitur tenebræ, quia malè acquisiuerũt mundi claritatem, & a vera claritate defecerũt, dicentes illud Sap. 2. Iustitiæ lumen non illuxit nobis. Nec mirum, quia Christus lux vera quæ illuminat mundum: viam humilitatis, quam ab infantia didicit, semper vadit, & nunq̃ viam superbiæ: ideo in illa via nõ apparet lux. Propter tertium dr, & pęnæ propter voluptates & desideria, quæ suis altis animis anteq̃ ruerent compleuerunt: hæc est prima via. Secunda via est spinosa, ita ꝙ transiens per eam apprehenditur: ab ipsis dilaceratur, pungitur, & cruentatur: & sic habet laborem. Ista est auarorum via, in qua quæruntur diuitiæ spinis assimilatæ. Luc. 8. Quia mentem dilacerant distrahendo a Dei timore: & pungunt continuis solicitudinibus, timoribus, & angustijs. Cruentant etiam in ducendo ad diuersa peccata: puta mẽdacia, periuria proditiones, fallacias, vsuras, & sic de alijs. de quibus dici potest illud Oseæ 2. Sepiam dicens auaris vias tuas spinis. Solent.n. auari facere ne quis sua ingrediatur loca: sicut solent facere rustici sepem de spinis, ne quis ingrediatur eorum hæreditatẽ. vnde Threno. 3. Con-

O Via prima inferni est superborũ.

Via secũda inferni est auarorũ

Conclusit vias meas lapidibus quadris, & bene quadris, quia sicut figura quadrata inepta est ad motum: sic nec ipsi ad largitatem vel comparationem moueri possunt. Huius autē viç terminus, est infernus.quia.1.Timo.6.Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum & tētationem diaboli:& desideria mala quæ mergunt hominem in interitum.s.inferni. Tertia via est lutosa,difficilis quidē, quia in ea lubricatur homo. Pes etiam inficitur in cęno,& cum difficultate distrahit eū;& talem viam.s.lutosam solēt bestiæ peragrare. Hæc aūt est luxuriosorū via bestijs similiū. de quibus.Ps.77. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Tot.n.ibi sunt stercora, quot peccata. Isti difficulter retrahunt pedē affectionis a luto voluptatum, quibus infiguntur.Ps.10. Inquinate sunt viæ illius in omni tempore. Semper.n.in luto luxuriæ mala est via, & ibi semper malè ambulatur, immo tales omnem locum per quē transeunt inficiunt.i.pueros & adolescentes.Sicut testudo vel limax murū maculat,per quem transit.Tales autem vix redeunt a via ista, quis sit ita turpis & lutosā. Et ratio huius est, quia Dei auxilium ad eos non dirigitur:vt a luto in quo sunt subtrahantur, sicut pater filium in luto existentem extrahit,clamātem illud Psal.68. Eripe me de luto,vt non infigar. Deus aūt non est porcus vt per lutum transeat,& quia lata via cōmuniter propter lutum dimittitur, & stricta minus lutosa est:maximè quando exeunt ripas: ideo strictam pęnitentiæ viam arripiamus, & lutosam luxuriæ relinquamus. Nam nunc in via mundi aquæ diuitiarum,& deliciarum, totum inundauerūt. Olim diuitiæ erant intra ripam necessitatis. Act.4. Diuidebant omnia,prout vnicuique opus erat: delitię etiam erant intra ripam sustentationis.1.Tim.6.Habentes alimenta,& quibus tegamur:his contenti simus. Modo totum est extra ripam,& mensuram rationis, ideo nunc uia ubique lutosa est luto luxurię, ideo fugiat eam quilibet. Nam quilibet viam mundiorem eligeret,ne sua vestimenta uel calciamenta inquinet:multo magis ne suam animam tali infectione polluat. In uia.n.corporali non potest homo polluere nisi pedes;& si est pollutus exterius non tñ interius.In uia autem lutosa luxurię & in corpore,& in anima,& in fama, polluit homo;ideo est maximè fugienda. Et si in hunc mundum per uiam lutosam cōcupiscentię & originalis peccati uenimus, tñ debemus ad nostram redire patriam per aliam uiam,sicut ex diuino responso accepto,reges per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.& 1. Reg. 13. pręceptum est uiro Dei qui iuit ad Hieroboam in Bethel, ne reuerteretur per uiam qua uenerat.Quarta uia est tenebrosa,ideo difficilis,quia qui per eam ambulant oportet ire palpando, ne cadant in aliquod precipitium, quod non uidetur, hęc est inuidorum uia de qua Ps.34.Fiat uia illorum tenebrę & lubricum,& Angelus dñi persequens eos.Tenebrę quia inuidus tenebrosus est.Dicitur.n.inuidus quasi non uidens,quia bona aliorum uidere non potest, nisi cum magna sui afflictione; & semper in timore stat ne alij habeant bona, de quibus potest intelligi illud Prou.2.Ambulant uias tenebrosas, qui lętantur cum malefecerint.s.alijs hoībus,& exultant in rebus pessimis.i.in casibus aduersitatum aliorum.Secundò uia illa est lubrica, quia periculum uię lubricę est, qñ pes non sistit ubi primò ponitur.Sed statim labitur ultra, ideo facit hominem cadere. Sed si staret ubi primò ponitur, posset rectè transire. Sic pes affectionis hominis circa alium,puta circa propinquum,parentem,uel discipulum, aliqñ satis bonus est.Sed qñ ultrà labitur,circa alium forte meliorem se,tunc labitur in peccatum inuidendo, & malè de ipso iudicando,& sentiendo.Sed Angelus dñi persequetur eos,quia tales persequūtur bonos,nec possunt eos uidere,& eorum bona principaliter persequuntur, ideo obstāt eis Angeli tamq̃ eorum aduersarij, sicut Angelus aduersatus est Balaam,qui ueniebat ad maledicendum filijs Israel.Dicebat.n Angelus,ego ueni ut aduersarer tibi, quia peruersa est

Via tertia inferni est luxuriosorum.

Via quarta inferni est inuidorū.

uia tua, mihi quia contraria. Ad hos aũt non accedit Deus, nec per uiam eorum, quia Deus nõ est latro, ut de nocte & in tenebris uadat. Quinta est tumultuosa, ideo difficilis, q̃a cum multi per eã ambulent, ita se comprimunt, q̃ q̃nque impinguuntur homines; aliqñ constringũtur, de qua dicit Petrus Christo per eam ambulanti. Præceptor, turbæ te comprimunt. Hæc iracundorũ uia qui propter iracundiã; multis & uarijs modis affliguntur, & cõculcantur minis, rixis, contumelijs, clamoribus, & odijs: & hoc dicit. Psal. 13. Contritio & infęlicitas in vijs eorum, quia conteruntur corporaliter, & fælicitate priuantur, quo ad animam pp iram suam: ideo sequitur: & viã pacis non cognouerunt. Sexta est sumptuosa, utpotè cum uillæ hospitia cara sunt: & multũ hoĩes expendunt, & hęc est gulosorũ, qui vt satisfaciant gulæ suę non curant de tali difficultate, expẽdentes multam pecuniam in detrimentum animæ & corporis. vnde Seneca. Cito morimur, quia de mortibus pascimur. i. de animalibus mortuis, quod maximè faciunt gulosi. de quibus. Psal. 48. Hæc uia illorum scandalũ ipsis. postea in ore suo complacebunt: licet. n. sæpe recipiãt ipsi animæ & ẽt corpori scandalum præ doloribus & singultibus; tñ postea trãsacto dolore, volunt complacere ori suo. Septima est tediosa, ideo difficilis, quia q̃nque multum saxosa, q̃nque tota plana & uniformis, & nescitur terminus. Hæc est uia accidię, q̃ surgit ex duritia pęnitẽtię; & etiã qn aliquis uult semper occupari in uno aliquo; puta uel semper legendo, uel semper orando, uel semper meditando, uel semper manibus laborando. Dr̃ enim cõiter q̃ uia qñ est tota plana magis fatigat ambulantem, q̃ qñ est aliqñ plana, aliqñ montuosa per paruos colles. Sic in opere humano, melius fertur labor, qñ aliquis uno tp̃e legit, alio orat, alio in exterioribus uacat, q̃ si semper uellet legere, orare, uel operari, quia ex tali continuatione uniformi alicuius rei, aliqñ attediatur homo. Exemplum de beato Antonio, qui uidit Angelum aliqñ orãtem, aliqñ laborantem, cui dixit Angelus, ut similiter faceret; & sic fecit. & per hoc accidiam uitauit. contra multos pigros, qui nolunt audire consilium; de quibus Prou. 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Non. n. piger uult audire solicitantem ad bene agendum, uel corripientem; & hoc ideo, quia sepem ponit inter se, & corripientem. Et quia oẽs iste uiæ sunt malę; derelinquendę sunt iuxta illud Esa. 1. Derelinquat impius uiã suã.

Via quĩta inferni ẽ iracũdorũ.

Sexta via est gulosorũ

Via septima est via accidiæ.

Duo signa æternæ damnationis: quadrupliciter nobis loquitur Deus: septem inducentia ad obstinationem, quam tria mala sequuntur. Cap. XXXVII.

Nota quòd signa æternę reprobationis inueniuntur ex scripturis sacris. Primum est incorrigibilitas, seu obstinatio in peccato, & duritia cordis: & hoc habetur. Eccl. 4. Cor durum male habebit in nouissimo. Dr̃ enim naturaliter res dura quæ nõ cedit tactui sicut lapis. Sic cor durũ est, quod non cedit digito Dei tangenti ipsum tactu diuinæ inspirationis. Sed, vt ait Psal. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Loquitur. n. nobis Deus quadrupliciter. Primò, per inspirationes, secũdum illud Psal. 94. Audiã quid loquatur in me dñs Deus. Secundò, per scripturas. Iob. 33. Semel loquitur Deus. s. in scripturis, & secundo idipsum nõ repetit, quia nõ oportet, cum oĩa in scripturis plenè cõtineantur. Tertiò, per proprium filium. Heb. 1. Nouissimè diebus istis, locutus est nobis in filio, non solum per verba: sed ẽt per opera & facta, quæ debemus imitari. Quartò, per tribulationes Iob. 4. Qñ solet sopor. s. peccati occupare hoĩes, & dormiunt in lectulo, s. delectationis mundi: tũc aperit aures virorum, & erudiens instruit eos disciplina. Hodie igitur. i. in vita præsenti: si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut Hebræi in deserto, quibus iurauit Deus, si introibunt. i. non intrabunt in requiem meam. Sicut & ille de quo Apost. Ro. 2. Tu aũt secundum duriciã tuã, & cor impęnitẽs, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelatio-

P

Q

R

Loquitur nobis Deus quadrupliciter.

lationis iusti iudicij Dei. Sicut & illi de quibus Stephanus Act.6. Dura ceruice, & incircũcisi corde & auribus, vos semper spirituisancto restitistis. Exemplũ de illo, de quo in lib. de dono fortitudinis legitur, qui cum diuitijs plenus, quas malè acquisiuerat moreretur, & ad pœnitẽtiam prius moneretur, nec vellet: tandẽ in fine cũ acrius moneretur dixit, se non posse amplius pœnitere, quia ipse ibat in inferno cũ celeri cursu, dicẽdo verbis gallicis: Ie men voys en enfer, le grãt pas, le grãt pas: & cũ nõ posset virtute deficiẽte amplius totum dicere, dicebat uirtute qua poterat: le grant pas, le grãt pas, &c. Tales.n. obdurati, cõiter improuisa, aut subita morte moriuntur. Apo.2. Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere. Ecce ego ponã eã in lectũ .s. mortis subitò, & oẽs qui mœchantur cum ea. Et ꝙ hoc sit iustum patet, quia sicut artifex inueniens ferrum durũ: fornacem succendit, & martellos parat, ad domandum illud: Sic Deus ignẽ, & tormenta, & torrentes pœnarum parauit, ad contundendã duriciam superbiæ & inobedientiæ, & obstinationis. Deut.32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; &c. Huius aũt indurationis multa sunt inducentia, quæ maximè cauenda sunt. Primũ est nimia solicitudo secularis. Sicut.n. carnes fiunt duræ cum liquor exprimitur, & humor eliquatur. Sic per solicitudinẽ seculi, paulatim humor gratiæ & deuotionis subtrahitur: & inde quasi insensibilis fit ad diuina. Vnde Ber. ad Eugeniũ. Prudentius te abstrahas a curis huius seculi, ꝙ̃ traharis ab illis, ne paulatim ducaris ad cor durũ. Sicut.n. frigus solet aquam constringere, & in frigidis regionibus ita perdurare: ꝙ in crystallum induratur. Eccl.43. Frigidus ventus Aquilo flabit: & gelabit crystallus ab aqua. Sic si frigus indeuotionis diu permaneat in hoĩe: ita ꝙ per magna tp̃a peruagetur in curis seculi, nec reuertitur ad cor suum per contritionem; nec ad Deum per deuotionem; tunc sępe voluntas sua ita induratur, ꝙ vix se ad bonũ ordinare potest. Iob.38. In similitudinem lapidũ durantur aquę,

Similitudo pulcherrima.

S Obstinationis peccatorum causæ sũt multæ.

& superficies abyssi.i. cordis peccatoris constringitur. Si.n. non fluant & refluãt; aquę faciliter congelantur. Sic stans, & occupatus nimiũ secularibus negotijs, nisi per interpollationem se ad Deũ conuertat; cito efficitur durus, & penè indeuotus & aridus. Sępe.n. contingit, quòd hoĩes qñ recedunt a terra propria, ita radicantur in patria aliena, ꝙ ad propriam redire dedignantur; ut apparuit de filijs Israel, qui in Babyloniam captiuati: postea, paucis exceptis, in Hierusalem redire recusarunt; ut patet. Esdrę.1. Sic homo qñque ita longè recedit a Deo conuertendo suam intentionem ad secularia negotia; & per iniquitatem & obstinationem, ꝙ ad ipsum redire contemnit: immo captiuitatem, & peregrinationem pro patria eligit: de quibus conqueritur dominus per Iob 30. In eorum canticũ uersus sum, & factus sum illis in prouerbium: abominantur me, & longe fugiũt a me: & Hiere.2. Quid inuenerũt patres vestri in me, quia elongauerũt se a me, cũ tñ deberẽt aduertere illud. Psal.72. Qui elongant se a te peribunt. Secundum inducens, est frequẽs flagellatio sine emendatione. Sicut incus ferrea, ex frequenti malleatione, magis induratur. Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, & quasi malleatorum incus. Sicut etiã via quanto magis teritur pedibus ambulantium, tanto magis induratur. Sic aliqui quanto magis atteruntur, & percutiuntur tribulationibus, tanto fiũt deteriores. Hiere.5. Percussi eos & non doluerunt, s. contritione, attriui eos, & renuerunt accipere supple disciplinam se emendando. Inde imprecatur eis diabolus illud Deut.28. Sit terra quam calcas ferrea.i. qua viator es, & ambulãs in hoc seculo, sit dura & obstinata. Sicut.n. pasta humida ex commixtione farinæ induratur: ita cor hoĩs humidum prius per deuotionem, ex aggregatione terrenorum, & eorum frequenti cogitatione, siccatur & induratur. vnde ex corde auari, & diuitijs, fit quasi cæmentum indissolubile: & ita durum & impenetrabile, ꝙ vix gladio diuini iudicij frangi possit. Aliter.n. in re molli taliter in re dura percutit gladius.

Flagellatio sine emendatione inducit indurationem.

dius. Nam rem mollem cito penetrat: duram vero minime. Sic molle cor per sui & aliorum pietatem facilè penetrat diuinorum iudiciorum gladius: nō aūt cor durum & obstinatum. Qñque tñ percutit Deus cor obstinatnm flagellis suis: & tunc videt lachrymari, & emittere aquā contritionis: licet hoc sit apparenter. Sicut videmus ꝙ tpe nubiloso sudant lapides, & videntur flere: sed hoc non est verum, sed ab extrinseco prouenit, non ex interiori lapidum; Sic multi tpe pestis & belli, vel famis, videntur lachrymari pro peccatis; sed hoc non est ex interiori cordis: ideo recedente nubiloso tpe, non amplius sudant lapides; sic nec illi recedente gladio Dei. Quidam verò vsq; ad interiora penetrantur; quemadmodum legitur lib. numeri, ꝙ petra bis virga percussa, fluxit aquas largissimas. Psal. 72. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Et iterum. Psal. 113. Conuertit petram in stagna aquarum; & rupem in fontes aquarum. Contingit ita qñque, ꝙ magni peccatores & obstinati, qñ a Deo visitantur, ꝙ ad magnas lachrymas & pœnitentias faciendas se conuertunt. Tertium inducens est, ex aduersitate in prosperitatem migratio. Sicut. n. metallum per ignē liquefit, sed amoto igne magis induratur; sic aliqui, dū sunt in igne paupertatis, & tribulationis, liquefiunt per cōpūctionē & deuotionē; Sed si perueniāt ad prosperitatem, & diuitias; duri efficiuntur & crudeles. Sic Pharao inter flagella liquefactus & compunctus, se disponebat ad bonum: recommendans se Moysi: sed habita quiete, & remotis flagellis indurauit. Exo. 18. Exemplum de hoc in vitis patrum de quodam fabro, qui erat valde deuotus & liberalis ad pauperes: sed per orationem cuiusdam sancti reperto thesauro, effectus est durus & crudelis ad pauperes. Sed Deo dispensante oīa sibi fuerunt ablata, & pauper effectus, reuersus est ad deuotionem pristinam. Sed sunt aliqui, qui sicut nec franguntur timore: ita nec molliūtur amore, sed sicut flagellis, ita beneficijs indurantur. de quibus Prou. 17. Impius ꝓcaciter obfirmat

Similitudo memorāda.

Prosperitates aduenientes peccatoribus eos indurāt.

vultum suum. Ideo & dominus econtrario firmat suos, vt non habeant quod cupiunt. s. regnum æternum. Sicut. n. in nemore clauso, dominus nemoris habet sub sua potestate diuersa genera aīaliū, quædam indisciplinabilia, nec domesticabilia, vt leo, & aper: & ista non capiuntur nisi ad vinculādum, vel occidēdum: leo. n. capius, vinculatur & includitur. aper occiditur, & mactatur. Alia sunt domesticabilia, & disciplinabilia, & hęc capiuntur ad domini solatium, vt simia & chirogylius. Sic homines qui sunt in carcere huius mundi, quod est nemus clausum, qñ sunt indomabiles, in fine vitæ capiuntur, & vinculātur vinculis. inferni: sed domabiles, per correctionem qñ capiuntur, eliguntur ad Dei solatium, & seruitiū. Huius est figura Dan. 1. Quòd Rex præcepit introduci pueros doctos disciplina, q possent stare in palatio Regis. Si igitur talis est disciplina, ꝙ per eā venitur in Regnum: sequitur, ꝙ indisciplinabiles timore, nec amore, nec flagellis, extra Regnum vinculis retrudentur. Destruit. n. artifex materiam, de qua nō potest facere quod intēdit. Exo. 32. Scio ꝙ populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos, & disperdam eos. Arbor. n. quæ nec simi appositione, nec superfluorum præscisione fructificat, ab agricola iubetur præscindi, & in ignem mitti. Sic qui nec terroribus, nec beneficijs, ad bene agendū conuertuntur. Quartum inducēs, est iræ succensio: sicut. n. calor aeris consumit humiditatem interiorem: ita ira, quæ est accensio sanguinis circa cor, humanum humorem gratiæ consumit interiorem. Gen. 49. Symeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia: maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorū quia dura. Symeon interpretatur quasi audiens mœrorem, & signat iracundos: qui semper habent aurem erectā, si quid malè de eis dicatur, vt se defendant, & in eos insurgant: & ideo uas bellicosum dicitur. Leui interpretatur additus, & significat eos qui semper furori addunt, & quasi pro vno maledicto reddūt duo, vel tria, de quibus. Prou. 16. Sermo durus

Iræ damna grauia.

rus suscitat furorem. Sicut Nabal Carmelus dicebatur durus. 1. Reg. 16. Quicunque enim talibus se allis erit, vel affricuerit, quasi a lapide durissimo, non sine vulnere, vel liuore, ab eis abscedet. Eccl. 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? Non ne si se colliserint cōfringentur? Omnium.n. aliorum hominum corda, velut cacabi sunt: malorum vero corda sunt ollæ æneę confringentes fictilia. Quintum inducens est mala assuefactio, seu prauorum inuitatio. Consuetudo.n. est quasi altera natura, & facit habitum mentis. Habitus autem est de difficili mobilis a suo subiecto: ideo peccatum cōsuetudinarium difficile tollitur: & tāto grauior, quanto consuetudo magis prolixior est. Vnde & Lazarus qui sepultus erat, & super eum lapis signans duritiam, cum difficultate fuit resuscitatus, quia concurrentibus multis.s. clamore Christi, fletu, oratione, &c. Hier. 7. Indurauerunt ceruicem suam, & peius fecerunt, quam patres eorum. Si.n. nauis vbi est ferrum, casu ab adamante trahitur, vix, aut nunquam, potest amplius recedere ab adamante. Sic si in naui mentis humanæ per consuetudinem peccandi ferrum durę obstinationis inueniatur: ita a peccatis & consuetudine trahitur, vt nunquam recedat ab ea. Prou 27. Adolescens iuxta viam suam graditur, & cum senuerit non recedet ab ea. Cū senuerit.i. cum in peccatis antiquatus fuerit. Et taliter aliquando indurantur, ꝙ & quantomagis cum bonis ambulant, tanto deteriores fiunt: sicut luna quantomagis soli coniungitur, tanto plus lumen perdit: immo quandoque ita coniunguntur, quòd boni inde deteriores efficiuntur: sicut cum luna immediatè cōiungitur soli, non solum eclipsatur, sed & eclipsat solem. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiā. Sextum est negligentia & sui; & prælatorum. Multi.n. seipsos negligunt, nec ad se cogitant: & ideo indeuoti atq; aridi permanent: quemadmodum multi literati, qui sunt quemadmodum lapides in aquis: qui licet continuè aquis rigentur, non tamen inde molliores, sed duriores fiunt. sic multi, licèt sint continuè in aquis scripturarum, & scientiarū natantes, & studentes: remanent tamen duri, & sicci, & indeuoti. Similiter & prælatorum negligentia circa subditos, quæ est obdurationis eorum quandoque causa, quia eos non docent, quasi non pertineat ad eos: sicut dicitur de struthione, ꝙ induratur ad pullos suos, seu oua sua vnde nascuntur, quasi sua non sint. Iob 39. Induratur ad filios, quasi nō sint sui. Et si aliquando doceant, aut corrigant: hoc non est sufficienter, ad emolliendū cor durum. Non enim sufficit vna & leuis percussio ad scindendam vel eradicandam quercum: nec vna sola gutta cauat lapidem. Sic nec vna mollis correctio, emollit cor durum, aut duritiam eradicat a corde. Septimum est impudētia, quando quis non erubescit peccare: tunc.n. magis induratur, & frustra corrigitur, & admonet. Eze. 3. Domus Israel attrita est fronte, & indomabili corde. Hier. 4. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hoc autem pōt multipliciter contingere aliquando, quia talis derelinquitur a Deo, & ei subtrahitur diuinæ gratiæ auxilium: vt medicus ægrum dimittit, quando non proficit. Exo. 33. Non ascendam tecum, quia populus durę ceruicis est. Et Eccl. 7 Nemo corrigit quem ille despexit. Aliquando hoc procedit ex multitudine peccatorum. Prouer. 18. Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit. Sicut .n. in torculari videmus, ꝙ per immensitatem ponderis desuper positi vinum effluit, & racemorum massa siccatur, & induratur; sic qn̄ multitudinis peccatorū pondus in corde ponderatur, totus humor spei, & gratiæ a tali per desperationem abducitur, & sic obstinationis duriciam incurrit cor. Iob 15. Non credit, ꝙ reuerti possit de tenebris ad lucem, circunspectans vbiq; gladium; & sic dum aufertur verecundia, impudenter, & effrontè & obstinatè peccat; ideo si habeamus cor durum, clamemus ad Deum, ut auferat a nobis. Iuxta illud Eze. 11. Auferam a vobis cor lapideū, & dabo vobis

cor

Consuetudo in peccatis indurationē inducit.

Prælatorum & suimet peccatoris negligētia indurat cor.

T Erubescētia cū non inuenitur in peccātibus, fiunt obstinati.

cor carneum. Bern. Nemo vnquam duri cordis salutē adeptus est, nisi a quo Deus abstulit cor lapideum, & dedit cor carneum. Præterea cor durum est quod nec a compunctione scinditur, nec deuotione mollitur, nec mouetur precibus, nec minis cedit; induratur ad flagella ingratum est ad beneficia, infidum ad cōsilia, &c. Vnde fit sicut ludens ad talos qui cum calefactus & incensus fuerit ad ludendum, damna & incommoda vilipendit; & sequitur eum ignominia & opprobrium. Qui enim perdit ad talos vestes, & alia huiusmodi, abit confusus & ignominiosus. Ramus .n. ī principio ortus sui tener est, qui tpis processum induratur. Sed eos sequuntur tria mala. Primò, sicut derelinquunt Deum, ita derelinquūtur a Deo 2. Reg. 1. Mōtes Gelboe, id est, obstinati nec ros deuotionis; nec pluuia misericordię aut compassionis, veniant super vos: immo sicci maneant & indeuoti, cæteris exuberantibus copia virtutum, & omnium bonorum; & hoc ideo quia a Deo non visitantur. Oleę 4. Non visitabo super filias vestras cū fuerint fornicatæ. Exo. 32. Non ascendam tecum, quia populus durę ceruicis est; vt medicus ægrum cui non proficit, derelinquit. Secundò, percussio Dei continua, vt malleus feriens super incudem. Deut. 3. Scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam, & sequitur. Deut. 32. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Tertiò, destructio, sicut opifex materiam destruit, de qua non potest facere quod intendit. Exo. 32. Scio ꝙ populus iste duræ ceruicis sit. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & dispergam eos. Summum autem remedium contra obstinationem, est frequens auditus verbi Dei. Psal. 147. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flabit, &c. Vnde populus Israel quāuis esset duræ ceruicis, fleuit, cum audiret verba legis. Neemiæ 8. & Mar. 26. Fleuit Petrus gallo cantante. Vnde in vitis patrum cum quæreret quidam ab Abbate Ioanne de duritia cordis, respondit. Quid durius lapide? quid mollius aqua? & tamen gutta sæpe cadendo lapidem penetrat. Sic verbum Dei, cor durum aperit ad timorem Dei. Secundū remedium est tribulatio Christi, vel fuimet. Moyses enim percussit virga bis silicem, & illa largissimas dedit aquas. Sed multi sunt duriores petra, qui virga crucis, & tribulationis percutiuntur, non tamen inde emittunt lachrymas contritionis. Secundum ęternæ reprobationis signum est, nolle audire verbum Dei, aut ipsum despicere. Hoc primo probatur auctoritate dn̄i, dicētis. Io. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. & iterū Io. 10. Oues meæ vocē meā audiūt, & sequunē me, & ego do eis vitā æternam. ꝑpea vos nō auditis, quia non estis ex ouibus meis. Si .n. ipsius testimonio, beati qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud: consequens est maledictos esse, qui nec audiūt, nec custodiūt. Psal. 118. Maledicti qui declinant a mādatis tuis. Qūo .n. sanari poterit, qui medicum contemnit, sine quo sanari non pōt? de quo. Psal. 106. Misit verbū suum & sanauit eos, & eripuit eos, de omnibus interitionibus eorum .i. de omnibus mortibus, quia tot mortes in eis sunt, quot mortalia peccata. Si .n. esset vnus medicus qui solo verbo sanare posset, cū quanta multitudine confluerent ad eum malè habentes: & tn̄ ad audiendum verbū Dei, & ad eundum ad medicum animarum, qui solo verbo sanat, pauci aut nulli confluunt. Sap. 16. Neq; herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus do mine, qui sanat oīa. Est .n. verbū Dei, vt inquit Bern. Potio medicinæ vehemens: scrutans corda & renes. Si esset vnus medicus, qui solo verbo illuminaret; tunc oēs cęci ad eum currerent: quantomagis ad Christum, & prædicatorem eius qui verbo illuminat mentes hominū? Psal. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum, & c. qn̄ clamat illud. Psal. 33. Accedite & illuminamini: facies vestræ non confundentur confusione æterna, qua confundentur facies conscientiarū, qui Dei verbum nolunt audire. Audientē .n. verbum Dei, Deus audiet: & nolentem audire, Deus non exau-

Cor durū quale est.

V *Obstinatos sequūtur tria mala.*

X *Remediū contra obstinationem.*

Reprobationis æternæ signum secundū.

Verbi Dei efficacia maxima.

exaudiet. Narrat Iacobus de Vitriaco, ꝙ rusticus quidam, nolens vnquam audire verbum Dei, mortuus est. Cum aũt ad ecclesiam delatum esset corpus eius, & sacerdos & clerici officium cantando circa corpus facerẽt, imago crucifixi cępit obturare suas aures, a cruce manibus separatis: quod cum circunstantes aspiciendo mirarentur: ait sacerdos ad populum. Scitis quale hoc signum est? Iste qui hic iacet, nunquam voluit audire verbũ Dei: & ideo modo est in manu diaboli: idcirco sic obturauit aures suas, ne audiat preces quas pro eo nunc fundimus. Prou. 28. Qui declinat aurem suam ne audiat legẽ: oratio eius erit execrabilis. Secũdò, hoc idẽ probat Apostolus. Ro. 1. loquens de Romanis. Sicut inquit nõ probauerunt, Deum habere in notitia. i. non curauerunt habere notitiã de Deo: tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt. Si. n. Romani gentiles reprobati sunt, quia nõ curauerunt cognoscere Deum, nec haberent copiam verbi Dei & doctrinarũ eius: quantomagis Christiani, qui quotidie habent verbum Dei ad valuas suas, & nolunt audire: nec de sua salute consulunt, nisi morbis & verberibus a Deo cogãtur? Similes Nabuchodonosor, qui noluit credere cõsilio Danielis, quousq; percussus est. Ps. 17. Disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit. Orat. n. sæpe ecclesia pro talibus (qui nolunt aperire aures ad verbum Dei. i. os ad cibum animæ, quia auris est os cordis, quo incorporatur cibus iste) dicẽs illud. 2. Mach. 1. Adaperiat cor vestrum in lege sua. Mater n. habens filiũ languidum, & nolentem sumere cibum: os eius aperit, vt intrudat cibum. Sic qui fastidiunt verbum Dei: mater ecclesia pro eis orat, vt os & aures aperiat Deus: & sæpe Deus eam exaudit, remouens auriũ surditatem: sicut dæmoniaco fecit, iubens illud Marci. 7. Effeta quod est adaperire. Hi sunt, de quibus Act. 6. ꝙ continuerunt aures cum prædicaret eis Stephanus veritatem: quibus ablata est intelligentia scripturarum, quia audire noluerunt eos, qui a spiritu sancto erant

Verbum Dei libẽter est audiendum.

edocti declarare mysteria eius. Vnde multis de causis prohibetur hæc intelligentia, vel diuini verbi prædicatio & declaratio. Primò, pp obstinationem auditorum: & propter hoc a Iudęis subtractum est verbum Dei. Act. 13. Quia vos indignos iudicastis æternę vitæ. Ecce conuertimur ad gentes. Secundo pp eorum indignitatem, quibus prædicãdum erat. Eze. 3. Adhærere faciam linguã tuã palato tuo, & eris quasi vir mutus, quia domus exasperans es. Vnde Matth. 7. Nolite mittere margaritas ante porcos: ideo qui in sordibus est sordescat adhuc, quia illo dignus est. Tertio ex iusto Dei iudicio: sed nobis ignoto: propter quod his qui erãt in Asia prohibiti sunt Paulus & Barnabas a spiritu sancto prædicare verbum Dei. Act. 16. Hoc idem Psalmista testatur. Psal. 80. Et nõ audiuit (inquit) populus meus vocẽ meã, & Israel non intendit mihi: ideo dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. i. quia non audierunt me: dimittam eos secundum desideria eorum, incidere de peccato in peccatum, de laqueo in laqueũ, de damnatione in damnationem: vt inueniant multas & nouas adinuentiones ad se perdendum, vt communiter faciunt nobiles & præsides qui habent dirigere populum. Tales. n. communiter, non audiunt verbum Dei: ideo infinita mala procurãt populo, & imponunt ceruicibus eorũ quod non facerent, si in timore audirent verbum Dei. Sunt. n. isti nobiles, sicut sui nobiles canes, qui habent aures versus terram pendentes: ita ꝙ operiunt foramen, per quod intrant vox & sonus. Sic libenter audiunt loqui de terrenis vanis, & truffis: & nunquam volunt audire de supernis: cum desuper habeant obturatas, & clausas aures. Et hoc multiplici de causa. Primò, quia in sermonibus, quandoque tangitur eorum vita, & putant, ꝙ quicquid in eo dicitur propter eos dicatur. Scabiosus. n. pectinem timet, & fugit: & propter hoc sermonem audire nolunt, quia scandalizarentur. Vnde & pharisei audito domino scandalizati sunt. & eo audito vnus post alium recedebat.

Y Verbi Dei intelligentia, multis de causis ꝓhibetur.

Z Principes, & Nobiles vt plurimum non libẽter audiũt Dei verbum.

Mat.

Mat.15. Vnde Ioã.15. Sermo meus non capit in vobis. Non.n. capit hamus piscẽ nisi capitur a pisce. Sic nec peccator a verbo Dei, nisi verbum Dei per verã fidem, & affectionem capiat: & ideo prædicatores sunt sicut piscatores, qui piscãt ad lineam. Quia in linea, raro capiunt magnos pisces. Hier.8. Magnificati sunt, ditati sunt: præterierunt sermones meos pessimè. Secundò, hoc contingit quandoque ex eorum certa malitia, quia bonos abhorrent, eorum bonam doctrinã irridentes. Bufo.n. sustinere non potest odorem vineæ florentis, nec noctua diei lucem. Similes Regi Ioachim. Hier.26. Qui prædicationem Hieremiæ contempsit audire, & librum eius cõbussit. ideo venit super eum gladius Regis Babylonis, & perdidit Regnum: ductus captiuus in Babylonem. Quem non secutus est Carolus Magnus, qui in mensa sua ẽt legere faciebat sacram scripturam: vt simul cum corpore anima reficeretur. Sicut.n. verbum Dei æternum est pabulũ Angelorum in cœlo, sic verbum Dei est pabulum animarum sanctarum, in hoc mundo. Ideo dixit dominus diabolo q ieiunus erat hoc cibo. Non in solo pane viuit homo, &c. Tertiò verò, ideo nolũt audire, quia morbum suum non cognoscunt; ideo ad medicum accedere nõ curant. Sicut phrenetici, quia non sentiunt dolorem suum, non curant de medico; immo rident, cum sunt in maiori periculo constituti. Tales.n. ab infantia nutriti sunt in malitia, vel nunquam correcti sunt; ideo malum suum, crudelitatẽ videlicet, blasphemias, & animum elatũ credunt esse virtutem. Et tales nunquã, aut vix sanantur, etiam per verbum Dei. Sicut.n. ille dæmoniacus, & mutus ab infantia, cum discipulis offertur, non sanatur; nec dæmon eijcitur, sed solũ per dominum Iesum. Sic tales ab infantia repleti diabolica vita, per prædicatores, aut quoscunque alios correctores: non poterunt emendari, nisi dominus Iesus apponat manum. Quartò vero, ideo nolunt audire, quia nolunt a sua bestialitate immutari: immo eos derident, qui ad verbum Dei audiendum vadunt: dicentes eos velle fieri eremitas, & papellardos: Verbum enim Dei, virtutem habet immutandi. Psal.45. Dedit vocem suam, mota est terra. vnde ministri Pilati, missi ad capiendum Christum, capti fuerunt in sermone eius, quando dixerunt: nunquam sic locutus est. Sic & Saul audiẽs prophetas, immutatus est in virum alterum. 1. Reg 10. Quintò, quandoque secundum Chrysostomum, quia talibus non sapit verbum Dei. Non enim possibile est inter tantas amaritudines seculi huius, gustum eorum sapere verbũ Dei. Sicut enim acerbitas multi aceti, propter immixtam guttam mellis non mutatur. sic est in homine malo, quòd propter modicam dulcedinem uerbi Dei quæ a prædicatore propinatur, nihil in tali mutabitur de multitudine amaritudinis malitiæ eius. Similiter si ostenderis leoni, vel cani viridem herbam; aut campum bene florentem; non excitas eum ad concupiscentiam, quia non habet hoc a natura. Et econtrario si boui ostendas carnes, non concupiscit, quia non est bouis natura. Sic homini carnali, si de bono cœlesti loquaris, non inde excitatur in concupiscentia. Vnde quemadmodum lapidem humectat aqua cadens desuper; abintus autem siccus est, quia non intrat eum humor; Sic tantummodo sonus verbi Dei, desuper percutit aures talium: in cor autem eorum nihil descendit. Hæc Chryso. Sextò, hoc idem testimonium perhibet Rex Ezechias in suo cantico. Esa.38. Non expectabunt (inquit) qui descendunt in lacum veritatem tuam. Degenerem enim se probat, & paterna hæreditate indignum, qui vocem patris audire dedignatur. Vnde & ibidem subdit. Pater filijs notam faciet veritatem suam; non alienis ab eo. Aues enim pascunt & nutriunt filios suos, non alienos, cibo quem ex ore suo emittunt. Sic verbo, quod ex ore Dei processit, cibat electos suos, non alienos a mensa sua; ad quã vocati venire cõtemnũt. Auis.n. syluestris, si euadat, frustra clamatur post ipsam; & frustra sibi cibus ostenditur, quia non ueniet ad manum domini sui: sed potius elongabitur, & perdet eam.

Similitudines variæ, & pulcherrimæ.

Non